

M

THOMAE IOR-DANI MEDICI

Peſtis Phænomena


SEV

De ijs quæ circa febrem peſtilentem apparent, exercitatio.



AD

NOB. ET CL. V.
D. IOANNEM CRATONEM
A CRAFTHEIM. IMP. CÆS.
MAX. II. AVG. TAM
CONS. QVAM VALET.
TVEND. PRÆS.





FRANCOFVRTI
Apud Andream Wechelum.
M. D. LXXVI.



T. IORDANVS MEDICVS D. D. IOANNI CRATONI S. D.


PRimordia fœturæ ingenij, tibi ſummo medicorũ imperatori, deuouenda, Crato præſtantiſsime, putaui, priſci ſeculi virorum veſtigia imitatus, quibus, primitias frugum, aut fructuum, ante deguſtaſſe, quàm, ſub perſona ſacerdotis libantis, Deo litatione obtuliſſent, religio erat.

Adductus ſum, vt id facèrem, & inueterata, non minus,

quàm præpostera eorum consuetudine, qui genium, suis voluminibus, perpetuitatis prorogatorem mutuaturi, tutelæ prætextu, patrocinium magnatum implorant: eos ceu Deos indigetes, codicis vestibulo succenturiatos appingunt: quorum maior hercle numerus, vt vix primo limine literas salutarit, secretiorum naturæ mysteriorum, & physicorum problematum (nisi forte de Rebuspub. constituendis, legibus irrogandis vel antiquãdis, perfunctoria instituatur quæstio) vsq; adeo rudis, & imperita est, vt ijs ipsis hactenus, si vsus postulet, patrono sit opus, quos defenso res parant. Aliter tu, si quid incom-

comtum, indecenterue positum, à veri tramite deuium, plus æquo criticum iudicaueris, nõ modo asteriscis signandi, verum restiuendi, corrigendi, pumice abradendi, expungendi, obliterandiq́; & censoriã & tribuniciam habes potestatem. Ex aduerso, si quid vero non discrepans, attamen partibus, suisq́; numeris, ad amußim minime absolutũ, Momi lucernam effugere non poterit, tum non ense, sed calamo stricto, vitilitigatores querulos compescere, liuidos censores refutare, suggillatores mordaces prosternere, vt acerrimo veritatis propugnatori, eiusq́; seuero vindici conuenit, infracto ne cun-

cteris animo. Demum publice extare nobis viuis, meæ obseruantiæ documenta volui, vt ex quo in tuam me recepisti clientelam, cum nullis modis me euehere destiteris, hoc gratæ mentis monimentum posteritas haberet. Vale, Brunnæ Marcomannorum Cal. Martij, Anno M. D. L X V I.



CAPITA TRACTATVVM QVI IN HOC LIBRO continentur.

TRACTATVS I.

1. *Descriptio morbi communis, sparsi popularis & vernaculi.* Cap. 1.

2. *Causa, origo, differentia, cognatio morborum prædictorum.* Cap. 2.

3. *Definitio pestis, & quidnam inter eam febremq́; pestilentẽ intersit.* Cap. 3.

4. *Essentia febris pestilentis eiusq́; partitio.* Cap. 4.

5. *Causa febris pestilentis est putredo, diuersa tamen ab aliarum febrium putredine.* Cap. 5.

6. *Num putrescat aër, & quibus modis corpora nostra afficiat.* Cap. 6.

7. *Putredo febris pestilentis ad qualitates manifestas reduci potest.* Cap. 7.

8. *De contagio eiq́; affinibus quæstionibus.* Cap. 8.

9. *Cur non omnes febres putridæ perinde vti pestilentes contagij compotes sint.* Cap. 9.

10. *Quod non omnes pestilenti constitutione ex æquo afficiantur, & infecti*

non eodem modo laborent. Cap. 10.
11. Vtrum habitus corporis rarus vel densus aëri pestifero magis obnoxius sit. Cap. 11.
12. Expenduntur rationes eorum, qui causam pestilitatis non in aëris putredine collocant. Cap. 12.
13. An febris pestilens citra humorum putredinem consistere possit. Cap. 13.
14. Quamobrem lotia peste correptorum sanis persimilia sint. Cap. 14.
15. Arteriarum pulsationes in sanis & peste occupatis ferè æquales esse. Cap. 15.
16. An sub diaria vel habituali febribus, pestilens comprehendi possit. Cap. 16.
17. Tertia febris ardentis species esse pestilens quibusdam statuitur. Cap. 17.
18. Infectis maiore cum vitæ discrimine cõuersamur quam si cadauera eorum tractemus. Cap. 18.
19. De Lue Pannonica. Cap. 19.

TRACTATVS II.

1. Thucydidæa pestis descriptio. Cap. 1.
2. Symptomata febris pestilentis quoad functiones animales læsas. Cap. 2.

3. *Cordis actiones læsæ.* Cap. 3.
4. *Naturæ functiones læsæ.* Cap. 4.
5. *Symptomata febris pestilentis ad excretiones pertinentia.* Cap. 5.
6. *Affectuum corporis qualitatumq; permutatio.* Cap. 6.
7. *Signa febris pestilentis ex genuinis eruta fontibus.* Cap. 7.
8. *Signa pestis demonstratiua.* Cap. 8.
9. *Prognostica eiusdem.* Cap. 9.

TRACTATVS III.

1. *Prouidentia in peste necessaria.* Cap. 1.
2. *Aëris Correctio.* Cap. 2.
3. *Vitæ lex in victus obseruatione.* Cap. 3.
4. *Reliquarum rerum non naturalium norma.* Cap. 4.
5. *Febris pestilentis indicationes Curatiuæ.* Cap. 5.
6. *Diæta.* Cap. 6.
7. *Pharmacia, vbi pestem eliminantia recensentur medicamina.* Cap. 7.
8. *Chirurgia: Vbi de venæ sectione, cucurbitulis, & tumorum curandorum ratio traditur.* Cap. 8.
9. *Solennes Antidoti. Amuleta.* Cap. 9.

Appendix.

Lapidis Bezoar virium exquisita descriptio.
Tria pesti aduersantia consilia cum regimine.

IN LIBRVM THOMÆ IORDANI DE PESTE.



Acta Dijs supplex PESTIS, *sic ore locuta est:*
Thomæ Iordani tollite quæso librum.
Exul propter eam toto iam rideor orbe,
Nec possum stabili fixa manere loco.
Iuppiter iratus, maiores æthere pestes
Respondit, vindex numinis ira dabit.
Hæ nihil Hippocratis metuēt vel docta Galeni
Pharmaca, cœlesti ni iugulentur ope.
Dixit: & ardenti pestes effundit Olympo,
Pannonis ora quibus flagrat & ægra malis.
Christe procul nostris terris has exige pestes,
Hæc feriant hostes fulmina sæua tuos.

Georg. Purk. D.

EPI-

EPIGRAMMA.

Οἱ ποτὲ τοῦ λοιμοῦ ἀλκτῆρ' ἕλληνες ὄρεξαν,
ἱπποκράτει τὸ γέρας τίμιον ἠδὲ κλέος,
Αὐσονίων τοίνυν καὶ τευτονὶς αἶα τί δώσεις
Ἰορδανῷ? νόσον ὃς τὴν σ' ἐδίδαξε φυγεῖν.
ἡ μὲν ἀγήραον ἕν, σὺ δὲ τῷ ἕτερον φέρε κῦδος,
ὥσκεν ἔχῃ τὸ κλέος διπλόον ἱπποκράτους.

M. Balth. Eck.

Eiuſdem.

Legerat hunc cultum medicorum inculta libellum
Turba, ſuperba leui nomine facta ſuo.
Peſtiferas qui poſt febres contagia morbi
Explicat, & Medicæ detegit artis opem.
Legerat, atq; dolens minus hæc tibi nota fuiſſe
Dicebat medico verba proterua Deo.
Tunc Phœbus: bona verba precor: tua culpa, quod vnus
Iordanus noſter cultor is artis erat.
Cui non immerito eſt ars hæc cõceſſa medendi
Idq; datum humanis vtile rebus opus.
Hoc vos vtimini grati & tolerate labores:
Haud alio veniunt munera noſtra modo.
Si mala noſſe cupis ſæua contagia peſtis,
Hæc cupidus rerum lector amande lege.

Quando ferat celerẽ secũ[que] ebris improba mortem
Quæuè fugæ ratio cõmoda, percipies.
Fortia corripiat tristis quî corpora tabes,
Expediet docti pagina docta viri.
Quæritur hic tibi quâ liceat producere vitam
Quam forte incautus perdere posse neges.
Hos tibi Iordani patitor placuisse labores
Ipse tibi desis ne modo, quæso caue.
Autorisq́[ue] memor præstabis te quoq[ue] gratum
Iordani clarum nomen ad astra feres.

Hier. F.

CAPI-

CAPITA TRACTATVS PRIMI.

1. *Descriptio morbi communis, sparsi, popularis & vernaculi.* Cap.I.

2. *Causa, origo, differentia, cognatio morborum prædictorum.* Cap.II.

3. *Definitio pestis, & quidnã inter eam, febremq́ pestilentẽ intersit.* Cap.III.

4. *Essentia febris pestilentis, eiusq́ partitio.* Cap.IV.

5. *Causa febris pestilentis est putredo, diuersa tamen ab aliarum febrium putredine.* Cap.V.

6. *Num putrescat aër, & quibus modis nostra corpora afficiat.* Cap.VI.

7. *Putredo febris pestilentis ad qualitates manifestas reduci potest.* Cap.VII.

8. *De contagio eiq́ affinibus quæstionibus.* Cap.VIII.

9. *Cur non omnes febres putridæ perinde vt pestilentes contagij compotes sint.* Cap.IX.

10. *Quod non omnes pestilenti constitutione ex æquo afficiantur, & infecti nõ eodem modo laborent.* Cap.X.

11. *Vtrum habitus corporis rarus vel densus*

aëri

aëri pestifero magis obnoxius sit. Cap. XI.

12. *Expenduntur rationes eorum qui causam pestilitatis non in aëris putredine collocant. Cap. XII.*

13. *An febris pestilens citra humorum putredinem consistere possit. Cap. XIII.*

14. *Quamobrem lotia peste correptorum sanis persimilia sint. Cap. XIV.*

15. *Arteriarum pulsationes in sanis & peste occupatis fere æquales esse. Cap. XV.*

16. *An sub diaria vel habituali febribus pestilens cõpræhendi possit. Cap. XVI.*

17. *Tertia febris ardentis species esse pestilens quibusdã statuitur. Cap. XVII.*

18. *Infectis maiore cum vitæ discrimine cõuersamur quam si cadauera eorum tractemus. Cap. XVIII.*

19. *De Lue Pannonica. Cap. XIX.*

ATRO-


TRC CISSIMI omnium, qui inops, & miserũ mortalium genus affligere consueuerunt, morbi historiam conscripturo, essentiam, causas, effecta, accidentia, signa, curam deniq; commemoraturo, exordium sanè sumẽdum à generalissima morbi totius definitione, generibus, differentijs fuerat, vt hac ratione à summis generib. auspicando, ad imas species progressu facto, methodũ aliquatenus expressisse iudicarer: Consultò tamen ea mihi prætereunda visa sunt, cùm quia varijs certatim modis agitata tàm à priscis quàm recentiorib. fuére, tùm quia ob crebram numerosamq; reiteratione͂, adeò in contemtum, eiusmodi disputationes abiére, vt βαττολογίαν, ne dicam τὸ φλυαρεῖν vix effugiat, qui in illis dubijs examinandis discutiendisq; plusculum operæ & industriæ posuerit. Quocircà ne & ipse (vt qui bellum Troianum à gemino ordiebatur ouo) tàm alto procúlque petito principio diutius inhærendo, moras nectam, lectoremq; detineam, & ociosa dum sectamur, magis necessa-

cessaria, quæq; ad re n faciunt negligamus, cominus negotium ipsum aggredi satiùs esse duximus, prefationis loco, definitionem, causas, morborum communium, sporadicorum, endimorum, epidemiorũ, præmittentes, vt sub quonam genere pestis compræhendatur prius elucescat, inde verò facilius ad illius essentiam inuestigandam accedere, Æsculapio saluteq; propitijs, curam inclementissimi morbi tradere possimus.

Tractatus I.

Descriptio morbi communis, sparsi, popularis vernaculi.

CAP. I.

Communis morbus quis.

COmmunes morbi, vniuersales, generales nobis, κοινώπατοι, παγκοίνοι, καὶ πανδήμοι, Græcis ij dicuntur, qui propemodum omnes aut quamplurimos eadem tempestate corripiunt, nulla habita ratione vel discrimine ætatum, sexus, sortis, eminentiæ, conditionis, vel gradus hominum. Ob id vniuersales dicti, quia absque delectu, vniuersum quasi genus humanum affligunt. Differunt ab his σποράδες, ἀπὸ τοῦ σπείρειν à seminando, eò quòd ceu

Vnde nomen sortitus.

Sporadicus quare sic dictus morbus.

ceu ſemina diſtinctè, non confertim vel agminatim, ſed hinc inde diſiecta telluri cõmittuntur: ità morbi ſporades ſparſi ſunt, & diuerſi in diuerſis hominibus, ſeparatim ſingulos compræhendunt, & vnumquenq; priuatim inuadere ſolent. Vſus eſt eo vocabulo etiam Ariſtoteles 1. Meteor. cap. 8. & 9. vbi ſtellas quaſdam ſporádas nominat, quia abſq; vllo ordine diſperſæ ſunt, neq; vnum aliquod (licet in vnum collectæ fuerint) ſignum conſpicuum, vel ſidus alicuius momenti conſtituere poſſunt, quapropter nec ſitum, neq; numerum ipſarum, Aſtrologi obſeruarunt, neq; nomina propria illis indiderunt, ſed communi denominatione, cum certam figuram minimè repræſentarent, τῶν σποράδων notauerunt. Quod poſt Ariſtolelem eiſdem ſtellis attribuiſſe Aratum Sycyonium legimus ἐν τοῖς φαινομένοις, ſic dicentem:

Etymon ſporadicorum morborum.

Stellæ ſporades apud Ariſtotelem.

Stellæ ſporades Arato.

Ἄλλοι δὲ σποράδην ὑποκείμενοι ὑδροχοῆι
Κήτεος αἰθερίοιο, καὶ ἴχθεος ἠερέθονται.

Quemadmodum & Coſmographi, quæ mari Cretico & Ægæo includuntur, vt ſunt Cyclades, circà Delum inſulas, eò quòd diſiectæ & abſq; vllo ordine poſitæ eſ-

Geographis inſulæ ſporades.

tæ eſſent ſporadas appellarunt. Alibi quoq; vſurpatum à Medicis hoc vocabulum, prout videre eſt 3. de adminiſt. Anatom. 12. apud Galen. vbi venæ magnę circa inguina bifurcatæ, & ad vtrũque femur, illinc ad crura, & pedes deſcēdentis, quaſdā propagines, inordinatè cutim permeantes, nonnulli Medicorum Sporadas, ac ſi dixeris, modicis interuallis diſſitas, & ſparſas, appellauerũt.

Medicis venæ Sporades.

Morbi ſporadici definitio.

Hinc nimirum accepta denominatione ſporadicos dicimus morbos diſſimiles, qui priuatim ſingulos, non vniuerſam plebem infeſtant, & quouis anni tempore, nunc hos modò illos affligũt, cuius generis ſunt Pleuritides, peripneumoniæ, anginæ, hydropes, renum veſicæq; calculi, & reliqua eiuſmodi. Hi enim cum diſſimiles à ſe inuicem ſint, diuerſa corporis loca occupant, differentib. cauſis exoriuntur, varios & diuerſos, quouis anni tempore, quauis regione, qualibet temporum conſtitutione, præhendunt.

Sporadicorum aliqui contagioſi.

Ex eorum tamen ſerie, & numero, quidam à contagio non prorſus ſynceri, immunesq; habentur, (quod prætereundum minimè fuit) vt ſunt oculorum

rum

rum inflammation[illegible]s, ὀφθαλμίαι Græcis di- *Ophthalmia contagioſa.*
ctæ. Ex oculis ſiquidem prodit virus ma-
lignum, quod ſolo obtutu aliorum quo-
que aſpicientium oculos, ſimili lue infi-
cere obſeruatum eſt: quemadmodum
in tabe à Pulmonum vomica ſpiritus ex- *Tabes ex vno in aliud corpus tranſire poteſt.*
halat putris, ac teter, (πνεῦμα φαῦλον καὶ βαρὺ
in Problematis Ariſtoteles appellat) quē,
ſi quis hauſerit, & phthiſi natura obno-
xius fuerit, minimo negocio, eam affe-
ctionem, ſibi conciliaturus eſt. Scabies
item, ſiue ψώρα, contagioſa, propinquio- *Scabies contagii minime expers veluti etiam dyſenteria.*
rē tamen contactū requirit, cum vide-
licet Ichores & ſanioſi humores cutim
extremam defœdantes, alteri per affri-
ctum, vel ſudores communicati fuerint,
eandem corporis & cutis defœdationē
afferunt. Idē de torminibus ſiue δυσεντερία
nonnulli prodidére, quod ſi quis locum
infectum, exonerandi gratia acceſſerit,
eodem malo corripi eundem aliquādò
conſpectum fuerit. Ob fœtorem cloacæ
in ſæuam dyſenteriam ſe incidiſſe Crato
pręſtantiſſimus auctor eſt. Hæc quamuis
præter inſtitutum adiecta inſertaq; vide-
antur, idcircò recitata ſunt, ne non præ-
monitis inter Epidemios morbos ob cō-

tagium collocentur, cum sua natura spo radici sint, licet crebrò contingat, vnum atque alterum, eodem tempore iisdem malis corripi, per imprudentiam, & contagij neglectum, nulla alioqui existente singulari malignitate vel publicè grassante Epidemia.

Epidemii vulgares & populares morbi.

Epidemij morbi dicuntur, qui non semper continueq;, sed per interualla, certoque anni tempore aliqua in regione grassantur. Vulgares & populares ab interpretibus dicti per ἀντίφρασιν fortassis, eò quòd vulgo & populo quam maximè essent infesti, qua ratione lucũ quòd minimè luceat, Parcas à non parcendo, bellum quasi non pulcrum Grãmatici deducunt: quod alibi quoque Medici Practici factitarunt, cum Epilepsiam matrem puerorum, quæ nouerca potiori iure dicenda fuerat, appellarunt. Hi inquam morbi non sunt ordinarij, neque

Morborum Epidemiorum natura.

dispersi, sed ob causas quæ sequenti capite recensebuntur, aliquibus anni temporib. exorti, aliquandiu immorantur, tandem desinunt, & inducias potiùs breues, quàm firmam, perpetuamque pacem,

cem, mortalibus æ ris concedunt. Epidemiorum alij quam maximè perniciosi, qui propriè pestilentes dicuntur: quia locis quæ occuparint ingentẽ stragem tàm inter homines, quàm in brutorum animantium genere edunt, neque tamen, seminaria quæ homines lædunt, belluis semper infesta fuisse obseruatũ, veluti neque contrarium perpetuo sic sese habet. Alij mitiores paulò, neq; tanta malignitate præditi, in quibus salutis spes, & euasionis, nõ prorsùs præcisa est, ideóque simpliciter Epidemij dicuntur, illi verò κακοηθέστατοι, & pestis denominationem accepére.

Epidemius perniciosissimus est pestis.

Sin[illegible] den[illegible] bus [illegible]

ἐνδήμοι siue ἐνδήμιοι, nobis ordinarij, patrij, vernaculique dicuntur, qui quouis anni tempore, semper, eundem locum infestant, & absq; vlla intermissione regionis accolas affligunt: quapropter & ἐπιχώρειοι καὶ τοπικοὶ tàm regionales quàm locales dicti sunt, & plurimos indigenas, vtriusq; sexus, semper, vel potiori vitæ tempore occupatos detinent. Patria Lusitanis dicitur Phthisis, Mediolanensib. podagra: Styriæ aspera inhabitantibus strumæ.


Endimi morbi quales.

Exempla Endimorum morborum.


ſtrumæ. Dracunculi in tibijs prognati Mauritanis præſertim Auenzoar lib. 2. tractat.7.cap.20. Vena Meden quibuſdam Arabiæ populis proprij, nunquam Galeno conſpecti, prout 6. de loc. affect. cap.3. ipſemet teſtatur. Epilepſię Florentinis frequentiſſimæ. Peculium ab Olao Magno Commentarijs Aquilonaribus deſcriptũ poſſident Boreales Schorbacum. Stomacacea quæ Imp. Germanici caſtris trans Rhenum innotuit primũ auctore Plinio, vt nonnulli volunt. Horum morborum naturam ſi ſpectes, eſſentiam quoq; accuratiùs conſideres, vtiq; inter ſporadicos, ſiue ſparſos referendi erant: atqui reſpectu loci, cui ſeſe inſinuarunt, & quem mordicus tenent; ratione inquam accolarum, quos continuis exacerbationib. impetunt, aliquid cõmuniùs præ ſe ferunt, quia non hunc vel illum, ſed potiorem partem regionis inuadunt, quæ fuit occaſio, cur inter communes potius quàm ſporadicos referrentur. Vt autem oculis ſubijci poſſit horum morborũ differentia, ſequens tabella faciet, vbi tàm Græcæ quàm Latinæ

Endimorum morborum natura atq; proprietas.

tinæ vocabulorum vſurpationes adiectæ ſunt, eum ob finem, vt ambiguitate è medio ſublata, in progreſſu nullum nobis negocium æquiuocationum impedimenta faceſſant.


λοιμώδεες
κακοηθέστατοι
λοιμὸς
ἀέρος φθορὰ
νόσημα λοιμικὸν
οὐ λοιμώδεες
ἐπιδημίοι ἁπλῶς
ἐπιδήμοι
ἐπιδημίοι
κοινωτάτοι
παγκοίνοι
πανδήμοι
ἐνδήμοι
ἐνδημίοι
ἐπιχωρείοι
ξυντροφοι καὶ θέρεος
καὶ χειμῶνος
τοπικοί.
Νοῦσοι
σποράδες
σποραδικοί

Morbi


Morbi
Communes
Vniuersales
Populares
Vulgares
Publici
Pestilentes
Perniciosissimi
Pestis
Pestilitas
Simpliciter populares
Minime exitiales
Vernaculi
Ordinarij
Peculiares
Patrij
Regionales
Connutriti
Natales
Plebei
Sparsi
Dissimiles
Priuati
Dispersi
Particulares
Cum contagio
Tormina
Lippitudines
Tabes
Scabies
Absq; contagio
Hydrops
Angina
Viscerum obstructiones

Monendi hîc fuére iuniores, ne, ſi fortè inciderint in Montani de peſte editum tractatum, auctoritate tam illuſtris viri ſeducti, diuerſum de hac morborum diuiſione à nobis ſentiant. Hic enim cap. 19. hæc pene verba inſerit. Febres autem peſtilentes genitę à cauſa intrinſeca (& appellantur ſporades, id eſt, ſparſim vagantes, de quibus loquitur Galenus, de ratione victus in morbis acutis, cap. 9.) ſunt lõgè peiores alijs, quoniam cùm putreſcunt humores in ſubſtantia cordis, tunc in corpore adeſt venenum: & hæc putredo eſt adeo vehemens & magna, vt non egeat aliquo extrinſeco, cum intrà corpus ſit ipſamet putredo. Vbi duplex mendũ commiſſum, & quia peſtilentes quaſdam ſporades, quas nos communibus oppoſuimus in noſtra diſtinctione, appellat, eaſq; tanquã ſub genere ſpecies collocat: & quia perperàm detorquet ſenſum orationis Hippocraticæ & cõmenti Galeni, è quibus noſtra diuiſio potiſſimum deducta fuit, quod cuilibet accuratiùs ſenſum loci citati perueſtiganti, perſpicuum euadet. Cùm enim Hippocrates inſtituiſſet ſcho-

Montanus ſecus diſtinguit publicos morbos.

Sporades non ſunt peſtilentes contra Mõtanum.

Hippocrates perperam expoſitus.

ſet ſcholæ Medicæ: pud Gnidum ante-ſignanos repræhendere, qui aut compendij, aut clarioris doctrinæ gratia, certum determinatúmq; morbis aſſignare conabantur numerũ, prȩterquam quòd immenſi laboris id (eò quòd inter ȩgros ratione temperaturarum nonnihil interſit) & fortaſſis ſuprà noſtras vires foret, ita tanquam πάρεργον parùm, aut nihil ad artis opera faciens (quæ iubet vt eà qua fieri poteſt dexteritate, ſecuritate, celeritate & indolentia medeamur) reijciendum: in eoq; incumbere totos, & noſmet exercere debere, vt acutos morbos, cuiuſmodi ſunt, laterum dolor, pulmonum cerebriq; inflammationes, febres ardentes curando, certatim alter alterum præcellere conetur. Rationem ſubiungit à periculi magnitudine deductam, ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νόσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ ἀλλὰ σποράδες ἐῶσιν αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι ὑπὸ τουτέων τῶν νοσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους ἢ ὑπὸ τῶν ἀλλῶν τῶν συμπάντων. Nam ſi peſtilentis morbi ſpecies nulla ingruerit [hoc eſt, ſi à peſtilenti morbo diſceſſeris quo nullus funeſtior excogitari poteſt] ſed diſperſi fuerint morbi, nec ulla re ſimiles, [quia

Hippocraticæ ſententiæ genuinus ſenſus & explicatio.

varieta-

varietate naturarum ægrotantium atq; diæta eorum qui laborant à se inuicem distinguūtur] plures ab huiusmodi morbis [scilicet acutis] intereūt, quàm à quibuslibet alijs [scilicet diuturnis]. Ac si dixisset: Remis velisq; morborum acutorum profligationi incumbendū. Tanta enim tamq; calamitosa est vis acutorum morborum, vt secundum pestilentes morbos, qui omnium crudelissimi & sęuissimi, nulla inter tot myriades quam acutorum reperiatur. Si igitur nulla pestis suspicio præsens affuerit, sed dissimiles diuersiq; generis fuerint morbi, maius longè periculum creatur ab acutis, quàm diuturnis, nō tamen adeò pręceps, & subitaneum, atq; à pestilentibus & contagiosis. Hîc palam conspici potest, Hippocratem satis amplam intercapedinem statuisse, inter pestilentes ęgritudines, sporades siue dissimiles (sub quibus etiam acuti contagio carentes cōpræhenduntur) & alios quosuis morbos, quales eos dicimus, qui lento gressu in longum sese extendunt, cum dicat à pestilentibus acutos secundum in necando locum obtinere. Cui expositioni suf-

ni ſuffragatur etiam Galenus in Commento, vbi definit morbos communes, Epidemios mites, & eoſdem pernicioſos (qui aliâs peſtilentes) & patrios ſiue regionales: Quibus omnibus aduerſantur, inquit, ij qui ſparſim præhendunt, ægros diſcrepanter fatigant, neq; ſecundum cõmunem modum conſtant. Sporades igitur, neq; ſub communibus, tanquam ſpecies ſubalternæ: minùs autem ſub peſtilẽtibus ſedem habebunt, cum diuiſionis alterum occupẽt membrum, & communibus ex diametro opponendi ſint. Vndecunq; enim exortæ fuerint peſtilentes, vel à cauſa inteſtina vel extima, neutiquam ſporadum appellatione inſigniri poterunt. Neq; crediderim præſtantem virum hîc impegiſſe, ſed erratum potiùs culpa excipientium, quorum innumera paſſim extãt, admiſſum: mei tamen muneris arbitratus ſum, aſteriſco locum notare, & obſcuriſſimũ Hippocratis locum enodare, ne ſplẽdidum illius viri nomen famam noſtram obfuſcaret: & vt diuiſionem noſtram Hippocratis Galeniq; dogmatis conſentaneam, eorundem auctoritatibus corroboratam confirmaremus.

Galenus explicat Hippocratem.

Excuſatur Montanus.

Cauſa

Causa, origo, differentia, cognatio morborum prædictorum.

CAP. II.

Morborum origo à victu et spiritu.

HIppocrates diuinus lib. 2. de natura humana inquit: Morborum alij fiunt à victu, alij verò à spiritu. Vtra itaq; harum causarum communior, magisq; generalis fuerit, ea morborum communium tanquam vniuersalior, effectricis causæ loco assignanda erit. Æquum enim naturæq; congruum, & conueniens est, vt effectui generali, causa quoq; similima quam maxime videlicet communis, & in amplum se diffundens, tribuatur. Eiusmodi est aër, quem haurimus, (qui spiritus Hippocrati dicitur) in quo versamur, qui corpora circundat, eadem per continuam respirationem attractus intrat, per arterias receptus, etiam minutissimas permeat particulas, longè quidem communior victu censendus erit. Hoc etenim pariter omnes fruimur animantes, tàm rationis compotes, quàm eadem priuatæ, ne pisculentū quidem genus in aquis vitā ducens, eo ex toto carere potest: adeò verum

Effectui communi causa cōmunis assignanda.

Aër victu generalior.

Necessarius aër vsus omnibus animātibus.

rum eſt poëticum illud, Iouis omnia plena. Victus autem omnibus regionibus peculiaris eſt. Longè ſiquidem diuerſis eduliorum apparatibus diuerſarum regionùm incolæ vtuntur, & quod maius, ne eiuſdem quidem vrbis, aut ciuitatis, ciues parem ſemper obſeruant diætam: cum lautiori fortuna præditi exquiſitiſſimis, & opiparis veſcantur ferculis, alij verò quibus tenuis eſt res, qui inopia, omniumq; rerũ egeſtate premuntur, ſordidis & obuijs quibuſcunq; nulla prorſus arte correctis, aut condimento emẽdatis vtantur alimentis: In vna eademq; domo patres & filijfamilias ſelectioribus nutriuntur cibis, vnà cum propinquioribus cognatis, reliquus verò ſeruorum, & ancillarum grex minus delicatis cibarijs aſſueſcunt. Eundem nihilominus aërem omnes, quoad ſpeciem, ſuſcipiunt tàm diuerſorum climatũ habitatores, quàm vnius ciuitatis incolæ, nullum reperitur diſcrimen inter diuitem & egenum, dominum & ſeruũ, magiſtratum & plebem. Vniuerſi ſiquidem eodem aëre fruimur, quod in alimentis ſecus euenit. Cum igitur aër longè vniuerſa-

Victus diſſimilis ratione regionum.

Opes victus differentiam instituunt.

Aër ſpecietenus omnibus communis.

uersalior sit, & ad vitam producendam, etiam alimẽtis magis necessarius, ex necessitate, morbo vniuersali non erratum in victu, sed potiùs aëris vitium pro causa effectrice attribuendum erit.

Aeris vitia morbos generales pariunt.

Sporadicorũ morborum causa.

Sporadicorum verò morborum generatio, & ortus, quamproprijssimè, in errata circà victum commissa referri potest. Cùm enim illi priuatim sparsimq; homines præhendant, non agminatim quamplurimos opprimant, non habebunt causam efficientem, tàm validam, atq; potentem. Effectus quoq; particulares, requirunt causam nõ omni ex parte generalem. Vnde qui in frequenti vsu habent esum alliorum, nasturtij, aromatis cibos præter modum condiunt, vinis generosis sese plùs quàm par sit ingurgitant, exercitijs præterea corpus suprà naturæ leges exagitant, vigilijs sese torquent, ij calidos & acres humores colligunt, vnde inflammationibus viscerum, febribus ardentibus maximè sunt obnoxij. E contrario, qui piscibus salitis, induratis, carnibus fumo siccatis, lacticinijs vescuntur, ceruisiaq; vel zitho pro communi potu vtuntur, quemadmodum

Calefaciens diæta feruidos morbos parit.

Frigidus victus pituitosos morbos producit.

dum Septentrionalibus in more positum eſt, deſidia otioq; torpeſcunt, neceſſe eſt, vt crudorum frigidorumq; humorum redundantiam pariant, vnde Oedemata ſcirrhiq; prodeunt, veſicæ calculi, defluxiones, apoplexiæ, hydropes, articulorum frigidi dolores paſſim ſuboriuntur. Quod de regionibus dictum, ad ciues, & familias priuatas referri poteſt. Eorum qui exquiſitioribus vtuntur cibis, minus in morbos ſporadicos incurrunt: qui verò neglecto omni cultu obuia quęque ingerunt, illaudatos etiã ſuccos producunt. Et hinc ſporadicorum morborum vber prouentus, qui ex vniuſcuiuſque proprio & particulari vitio & errore in victu commiſſo procedunt, neque ex communi cauſa originem trahunt.

Errores circa victum ſparſa conciliant ægritudines.

Epidemi ſiue epidemij, quia populares & publici ſunt, certoq; anni tempore in regione aliqua graſſantur, iure meritóque inter communes locum ſortiti ſunt: plures enim quam ſporades vno tempore affligunt, licet non ſint tam pernicioſi quàm Epidemij peſtilentes. Communiorem ergò debẽt obtinere cauſam, quàm ſuprà poſuimus eſſe aërem. Et quia di-

Epidemii ſub communibus morbis locandi.

ſtinximus Epidemios in peſtilentes & ſimpliciter dictos epidemios ſiue minùs pernicioſos, ſciendum hos quoq; perinde vt illos ab aëre produci, cum is ſtatas viciſſitudines ſiue ſucceſſiuas temporum anni periodos non obſeruarit, ſed à ſuis proprijs qualitatibus in aliquem exceſſum declinarit. In conſtantib. enim anni tẽporibus, vbi ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν morbi conſtantes & boni iudicij fiunt, in inconſtantibus autem inconſtantes, & mali iudicij. In vniuerſum autem ſiccitates imbribus ſalubriores. Conſtantia anni temporum proficiſcitur ex aſtrorum ortu & occaſu, (non neglectis exhalationibus & ventis) quos conſequuntur leues in Autumno pluuiæ, hyeme frigora non tamen modum excedentia, ver teporem aliquem cum leuibus aquarum aſperginibus inuehit, æſtatis feruor blando mitiq; Eteſiarum flatu nonnihil corrigitur. Hæc ſi ità ſeſe habuerint, morbi quidem expectandi ſunt, qui à victu prodeunt, & ſporadici dicuntur, ij tamen boni iudicij ſua tempora obſeruabũt, & ſi per excretiones, vel abſceſſus iudicatorios terminari debent, nulla praua afferent ſymptomata,

Epidemii ſimplices à vitiis aeris iuxta qualitates immutati oriuntur.

Tempeſtates aeris non variæ etiam conſtantes morbos producunt & econtra.

Moderatatem peries quatuor anni temporum.

Aer conſtans morbos boni iudicii affert.

mata, ſed exactè & ſincerè terminabuntur. Si verò annus ab hac regula deflexerit (cum temporum mutationes potiſſimum pariant morbos, magnæ quidem magnos, paruæ etiam minores) ver à calido & humido recedens ad frigidum & ſiccum declinarit, æſtas calore ſuo priuata pluuijs abundarit, autumnus ſiccior, hyems tepidior euaſerint, morbi expectandi erunt, qui copioſè 3. Aphoris. ab Hippocrate recenſentur, quo loco etiam de ventis traditur, qui niſi obſeruarint tempora, quibus flando aërem perpurgare ſoliti ſunt, varias inducunt ægritudines. Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput replentes. Aquilones corpora denſantes coloratos & agiles reddunt, caput exiccãt, oculos mordent, &c. quorum omnium exempla habentur libris Epidemiorum ab Hippocrate conſcriptis, vbi ſitus Inſularum & vrbium quibus medicinam exercebat, ventos, aquas, mutationes temporum accuratiſſimè deſcribit, eum ob finem, vt morbos, qui illic plerunq; graſſabantur & familiares propemodum euaſerant, exactius cognoſcendo feliciùs medendo inſiſteret.

Annus irregularis.

Ventorum ratio habenda.

Auſtri & Aquilones quomodo corpora immutent.

Medicinam loco ignoto facturus quæ perpendere debeat.



Sim-

Simpliciter igitur dicti Epidemij à mutationibus anni tempestatum oriuntur, si m..a seruarint statas suas vicissitudines. Hæ verò mutationes obseruantur in aëre, cui ortus occasúsq; siderum, suas imprimunt vires & facultates. Sunt autem mitiores & benigniores hi morbi, quia aëris excessus in qualitatibus manifestis tàm prudentia Medici, cui iamdudū inordinatæ mutationes præuisæ sunt corrigi, quàm eorum diligentia, qui rationem valetudinis conseruandæ non leuem habuerint euitari possunt.

Qualitatum aeris mutatio funestos non parit morbos.

Aeris vitia præuideri & emendari possunt.

Epidemiorum perniciosissimi sunt; pestilentes, quorum exortus generatióque inter cœlestes & supranaturales causas reponi debet. Pestis enim vix vni loco peculiaris, non arctis certisq; limitibus illius malignitas includi patitur, non simplici eodémque victu nutritos duntaxat inficit, sed absque vllo habito discrimine varias prouincias occupat, depopulatur vrbes, nullius sexus, conditionis aut sortis hominibus parcit, inguinaria peste iugulatis funeribus efferendis, nec libitinæ sufficiunt, imò ne animantibus quidem brutis indulget, atq; tanta strage in morta-

Pestilentium Epidemiorum causa cœlestis.

Pestis crudelitas.

mortalium corpora ſæuit, vt cœlitus dimiſſam eſſe vindicem ſcelerum peſtem etiam profanos impiosq́; abſq; vlla tergiuerſatione fateri cogat, vt cum humana præſidia nulla intentata reliquerint, parum tamen illinc auxilij perceperint, ad Deos confugiunt, de curatione conſilia petunt, ac ſi ſibi ſolis peſtis remedia Dij reſeruarint, vt illinc ſit petenda medela, vnde principiũ origoq́; mali. Scio quoſdam ſuauiter deridere illos qui ad cœleſtes cauſas peſtes referunt. Nec ego is ſum qui omnes Aſtrologorum nugas tuear. Cum tamen prædictionibus euentum reſpondere videamus, non de nihilo hæc eſſe putamus.

A Deo ceu auctore etiam medela peſtis petenda.

Cum autem cœleſtes cauſæ in corpora ſubdita non niſi per media agant, vtiq; etiam hîc aërem corrumpi neceſſe eſt. Verùm non perinde vt in ſimpliciter Epidemijs à tempeſtatum permutatione profectis euenit, vbi aër quoad qualitates manifeſtas inęqualis & intemperatus euadit. Sed in peſte aër labis & corruptelæ formam à cauſis ſuperioribus conſecutus, etiam quoad ſubſtãtiam malignus redditur, & virus illud non in calido, fri-

Supernaturales cauſæ mediis agunt.

Aer in peſte ſecundum ſubſtantiam corrumpitur.

gido, humido & ſicco, verumetiam in tota aëris ſubſtantię deprauatione animaduertitur, quod deinceps latius explicabitur.

Endimi morbi partim ab aere partim à victu emergunt.

Vernaculorum morborum cauſa, tàm in errata circà victum, quàm in aërem refertur. Cum enim vnius loci accolas affligat, fieri poteſt, vt ijſdem aquis, & communi victu maxima pars indigenarum viuat, quod & τὸ ζωότροφον innuere videtur, quaſi cum nutrimento hi morbi adueniant. Multi etenim mala imbutas qualitate, fætidas, putres paluſtres & ſtagnantes aquas bibunt, leguminibus multis aſſiduò veſcuntur, frugibus ſemiputridis, & ſubterraneis ſcrobibus multis annis abſtruſis, detentisq́; tàm in pane conficiendo, quàm pultibus frumentaceis vtuntur: aquas nonnulli hauriunt minerales, ſalſas, nitrum, bitumen, odore ſaporeq́; redolentes.

Aquæ putres.

Aer in vernaculo morbo producendo efficacior eſt victu.

Attamen aër cuilibet regioni peculiaris longè plus confert ad Endimorum morborum generationem, præſertim ſi is corruptus fuerit ex inferioribus cauſis, vtpote ex cannabis aut lini maceratione, excrementis in caſtris non defoſsis, cadaueribus bello

cæſis,

cæſis, iiſq; inhumatis neq; crematis, vaporibus peſtiferis ex ſpecubus baratróue elatis: Vnde tanta aëri nonnunquam prauitas inducitur, vt luis peſtiferæ ſemina illinc prodierint, & aliis quoque communicata fuerint. Quanquam autem Endimi cuiq; loco dicantur proprii & peculiares, contingit interdum, vt adiacentibus quoq; prouinciis communis reddatur malignitas, ea potiſſimùm, quę ex aëre originem trahens per eundem transuehitur aliorſùm. Hæc, non tamen pari vehementia propinquos vicinioréſque torquet, atque loci habitatores. Aër enim cum ex ſui ſubſtantia purus atque ſincerus ſit, corruptioni non parùm aduerſatur, continuo motu, & agitatione perpurgatur, & quamuis malignitatis ſemina conceperit, ea ſæpiùs conficit, vel ſi adfuerit continua (vt in Auerno Campaniæ) venenatæ exhalationis communicatio, ob motum & aëris purioris ſubſequentis ſucceſſionem, languida quodammodo & eneruis virulentia redditur, neq; eo vigore loca longinqua efficere poteſt, quemadmodum patria & familiaria. Hoc idcircò adiiciendũ fuit,

Endimi vicinis regionibus communicari poſſunt.

Endimus domeſticos magis quam exteros affligit.

Aer puriſſimus etiam cõtagia inflicta ſæpe excutit.

Ob leue contagium endemi non Epidemijs accensendi. ne siquando Endimi morbi latius sese diffundunt, & patrios limites transiliunt, dum proximis communicantur, eam ob rem inter Epidemios collocentur, quia maiorem longè noxam infligunt regioni suæ, quàm ijs quibus per consortium leuis portio luis tradita fuerit.

Familiaritas & dissidium horum morborũ inter sese. His igitur ità constitutis, in quo conueniant & in quo discrepantes à se inuicem sint isti morbi, considerandum. Sporadici morbi passim homines inuadunt, & ab erroribus quotidianis, circà diætam perpetratis, subinde exoriuntur. *Sporadici.* *Communes.* Cõmunibus proprium est simul ac semel, plurimos compræhẽdere, & eorum exortus culpa, in aërem, ceu communiorem causam, refertur. Aër itaq; immutatus secundum qualitates manifestas, ex interrupta, vel potiùs perturbata anni tempestatum mutua vicissitudine, Epidemios parit morbos simpliciter sic dictos, non prorsus malitiosos. *Epidemii simplices.* Eiusdem verò corruptio, ex cœlestibus influxibus, non tantum quoad qualitates, verum etiam iuxta substantiam, pestẽ producit, quæ quia à cœlesti origine proficiscitur, longè plurimis communicatur, *Epidemij pestilentes.*

&ob

&c ob aëris ſubſtantiæ corruptionem, atrociſſima,& longè omnium morborum infeſtiſſima humano generi redditur, plurimoſq́; neci tradit.

Endimi morbi familiares ſuos, & ciues inuadunt, & à victu, nec non ab aëre à cauſis inferioribus, è ſpecubus, barathris, paludibuſq́; corrupto excitantur, qui, vt anteà dictum eſt, ſi forte fortuna alijs quoq; communicati fuerint, non ob id Epidemij dicendi, quandoquidem illi regioni ſunt peculiares & vernæ. *Vernaculi morbi.*

Definitio peſtis, & quidnam inter eam, febremq́; peſtilentem interſit.

CAP. III.

SI conie&turis aliqua fides adhibenda eſt, peſtis vocabulum videtur olim magis vulgatum fuiſſe, quàm febris peſtilentis. Plebs nanq; rudis & imperita plurimos carbunculo, bubonibus, papulis, interire videns horrendaq́; ſymptomata conſequentia, oculis cum intueretur, peſte illos laboraſſe dicebat, nulla interim febris, aut febrilis diſpoſitionis habita mentione, cum illi proprium & peculiare ſit, *Vulgi de peſte opinio.* *Febris in peſte nullam rationem rudis populus habet.*

re ſit, res ſenſibus duntaxat expoſitas, perpendere, vel vt ait Comicus, quæ antè pedes modò ſunt cognoſcere, nulla penitus latentium cauſarum adhibita conſideratione. Febris itaq; cum per acceſſiones, vel exacerbationes, non tàm manifeſtè ſe proderet, tumores inguinum, axillarum, parotidéſque ſicubi conſpicati fuerant, quos ex improuiſo mors ſubſequeretur, peſtem hoc indicio certiſſimo definiebant plebei. Secùs autem viſum eſt peritioribus, qui aſſiduam peſti comitem obſeruantes febrē, eam inquam præcedere nonnunquam, aliâs citatis paſſibus è veſtigio ſubſequi, deprælhendentes, in febrium ſerie numeroq; eam collocarunt, quorum primus & anteſignanus Hippocrates noſter lib. de flatibus inquit: Alterum genus febrium commune omnibus, peſtis appellatur. Eſt itaq; peſtis morbus cōmunis vulgariū pernicioſiſſimus, ab aëris ſubſtantiæ corruptione à ſublimibus cauſis dependente exortus, cum febre continua, carbunculo conſpicuo vel latente, tumoribus axillarum, inguinum, aurium phlyctenis alijſq; horrendis ſymptomatibus, qui potiſſimam,

Tumores peſtilentes.

Nunquam peſtis abſq; febre.

Definitio peſtis.

quos

quos corripuerit partem hominum trucidat. Hi ſunt characteres & indicia peſtilitatis, quæ ſi non apparuerint, nihiloq; minùs febres malignæ paſſim vagatæ fuerint, pluresq; eodem tempore peſſumdederint, nihil obſtabit, quò minus & illæ peſtilentes dici debeant. Etenim dum arcem vitæ ſeminaria hauſta. ſubeunt nihil ſæpè protrudit natura, ſed homines ſubitò extinguit qui paullò ante ſani viſi ſunt. Quod pluribus locis teſtatum reliquit Galenus, potiſſimùm autem 3. de præſag. ex pulſ. 4. vbi hæc affert. Sciendū tamē nonnunquā, incidere ſine peſte has ipſas febres, vt de illis prodiderunt omnes inſigniores Medici, vocantq; peſtilentes. Cui conuenienter reſpondet alius locus ex 3. Epidem. Comment. 3. textu 27. excerptus: Videtur, inquit, inſeparabile eſſe Symptoma febris peſtilentis propriè appellatæ, præhendente & ipſo, mortales citrà peſtem, καταλαμβαίοντος τὺς ἀνθρώπυς χωρὶς λοιμῦ. Quibus dictis anſam porrexit Gal. etiam non vulgariter eruditis de peſtis ſignificatione dubitandi. Cum enim febres peſtilentes, abſq; peſte, corripere mortalium genus dicat, videtur

Febres peſtilentes malignæ.

Peſtilentes febres abſq; peſte dantur.

Auctoritas Galeni.

Dubia ex Galeno obiecta.

insignis ponenda statuendáque differentia, inter pestem, & febrem pestilentialem, si alterum absq; altero consistere potest. Ambiguitatem istam præcellentis eminentisque eruditionis & doctrinæ vir hoc pacto soluere contendit, quod per pestem simpliciter aëris corruptionem intelligere debeamus, ac si dicat Galenus: Contingit interdum vagari febres pestilentes, quæ non à cœlesti causa vel aëris corruptione, & inquinamento originem sumserunt, verùm ex putredine in corporibus à prauo victu contracta, quæ ex vno corpore in aliud tandem per contagium transmigret. Sua tamen natura sporadicæ sunt febres, quia à culpa commissa circà victus rationem & quotidiana exercitia potissimùm oriuntur. Huic interpretationi salua pace tanti viri, & hospitij amicitiæq; iure nihilum violato, ex toto assentiri nequeo. Primùm, quia pestem ex Gal. definit ἀέρος φθόραν, ex Philone ἀέρος θάνατον, primamq́; & magis principialem pestis significationem, aëris corruptionē, à superioribus causis dependentem, esse contendit, quam venenosum vaporem, in aëre conceptum, vel

Laurentii Iouberti Medici Monspeliensis solutio.

Pestis vocabulum simpliciterne aeris corruptionem denotat?

Interpretatio minime congrua.

Pestis definitio ex Iouberto,

aëreum venenum, ex putrium vaporum admiſtione, aut infelici planetarum concurſu, eſſe ſtatuit. Satiùs equidem fuerat cum medicis, & veritate ipſa ſuffragium ferente, aërem ſincerum inter ſalubres, noxium verò & corruptum inter morboſas cauſas collocare, neq; id, quod cauſæ competit, morbo attribuere, cum cuius cognitum ſit, aërem ex ſeſe, neq; ſanitatem, neque morbum eſſe, vtrunque tamen, pro diuerſa ſui diſpoſitione, nobis applicitum, conciliare poſſe: Vaporis venenati, aut aërei veneni par ratio, quæ & ipſa potiùs cauſarum, quàm morbi appellationem habebunt: quod ne ipſum quidem omninò latuit, cum alibi cauſæ mentionem faciat, in quadripartita tamen peſtis ſignificati diſtinctione, primo & proprijſſimo loco ponit aëris corruptionem, deinde morbum illinc exortum, tertiò bubonem, quartò ſimpliciter peſtilentem, hancinquam homines affligere poſſe citrà peſtem, id eſt, etiam ſi nulla anteceſſerit aëris putredo, vel inquinatio non inficiatur, quandoquidem à priuatis erratis, humores collecti praui, eandem in corporibus accendere, & alijs

Aer cauſa rationem ſubit, peſtis autem morbi.

Cauſam pro morbo ponit Ioubertus.

Quadruplex peſtis ſignificatio ex Ionberto.

per

per familiarem conuersationem communicare possunt. Nos autem veritati, & suprà allatis communis morbi definitionibus diuisionibusq; firmiter insistentes, nullam penitùs accidere posse dicimus febrem pestilentem, absque aëris substantiæ corruptione, reiectoq; primo significato, pestis causam efficientem remotam tamen, ponimus aëris transmutationem, generi humano aduersariam. Morbum autem, quem eiusmodi aër parit, febrem dicimus pestilentem, quàm à cœlesti causa proficisci nemo dubitarit, cuius vis aëri primùm imprimitur, dehinc per aërem spiritibus, humoribus & substantiæ cordis noxa infligitur, quod infrà clariùs explicandum erit. Ea inquam febris, interdum conspicua est, ob bubones, & carbunculos, tunc verè pestis dicitur, quemadmodum initio capitis docuimus ex vulgi consuetudine recepta. Quas ille quarto loco ponit ab erroribus in victu perpetratis cõtigisse, nulla præcedente causa generali, nos non pestilentes, sed malignas, prauas, malique moris cum Medicis appellare consueuimus. Præmissa itaq; hac distinctione, etiam

Febris pestilens nũquam absq; aeris corruptione accidit.

Morbus ab aeris corruptela dicitur febris pestilens.

Febris pestilens tumoribus insignita pestis demum dicetur.

Malignæ & prauæ febres à pestilentibus distinguendæ.

etiam Galeni autoritas ſalua & integra permanebit. Eueniunt enim febres peſtilentes citrà peſtem, id eſt, citrà tumores ſeſe prodentes, cuiuſmodi ſunt inguinum, carbones occulti, vel palam exerti, exanthemata. Neq; neceſſe eſt omni febri peſtilenti characteres iſtos adiunctos eſſe, licet ſæpiſsimè vnà eſſe, vel ſeſe mutuò conſequi, obſeruatum ſit, quod qua ratione fiat, alibi explicabitur. Per peſtem igitur accipiendi ſunt tumores, erumpentes extrà corpus, per febrem peſtilentem incendium, quod præcedit aut conſequitur tumores prædictos. Malignæ verò febres ὁμωνυμῶς peſtilentes ſunt denominatæ, quia illis aliqua ex parte ſimiles, cognationem quandam inter ſe obtinent, cuius ratione differunt à febribus omnibus ſimpliciter dictis, tàm in ſymptomatũ vehementia, quàm in medicamentorũ adhibitione ſiue cura. Ad conſtitutionem igitur febris peſtilentis, hæc concurrere neceſſum eſt, vt ea ſit pluribus communis, quia à cauſa admodum generali, cœleſti videlicet ortum habet, & vt ſit maximè letalis, maximeq; perniciosa. Vtrauis abſente conditione, proprie

Expoſitio verborum Galeni.

Tumores conſpicui peſtem pronuntiant.

Peſtis germana ſignificatio.

Æquiuoce dicuntur malignæ etiam peſtilentes.

Quæ conſtituunt febrem peſtilentem.

proprie pestilens dici minimè poterit. Vagantur siquidem percrebrò varij morbi, hi quia suapte natura salubres, & erroribus medici, ægri, & assistentium prohibitis facili ingenio in integrum restituuntur, ob id non pestilentes: Et quia à victu potiùs oriuntur, eam ob causam non huc referendi, sed inter vernaculos, patrios vel sporadicos collocandi erunt. Nec hoc impedit, quòd sæpè obseruatæ sint febres perniciosæ, vno atq; altero infestato, absq; symptomatum prauitate, demum recessisse, & propemodum euanuisse, quamobrem pestilentes minimè appellantur, quia non pluribus communes fuére, neq; à causa generali dependerunt, sed ex putredine in corporibus generata, per consortium vni atque alteri communes euasére, per aërem quidem tanquam infectionis vectorem, sed eundem non à superioribus causis immutatum, luisq; semina cœlitus in subiecta corpora transmittentem, quocircà neq; aër ista qualitate imbutus pestilens meritò dici poterit.

Pestilens febris qua ratione ab omnibus aliis differat.

Pestilens febris debet esse multis communis & quã maximè exitialis.

Qui non sint morbi pestilentes appellandi.

Essentia

Essentia febris pestilentis eiusq; partitio.

CAP. IIII.

HÆsitant Medici in esse eius ait Princeps Aboali. Atqui longè rectiùs Gal. noster. 1. Comm. in 6. Epid. textu 30. febrium omnium essentiam non in arteriarũ motione consistere inquit, proinde nõ à circuituum dissimilitudine, varietateq; febris substãtiam spectandam, neq; earundem differentiæ ab ijs quæ ægris manifestò apparent petendæ: sed ab ijs, qui Medici tàm tactu, quàm conspectu, manifestè percipiunt: quod passim & libro febribus dicato idem inculcat. Omnibus autem in confesso est, nõ modò Medicis, verumetiam cæteris non mente iudicioq; communi priuatis, essentiam febrium calore præternaturali constitui, qui vniuerso corpori, aut potioribus illius partibus & membris communis euadit. Cumq; qualitates (inter quas calor primum obtinet locum) sint obiecta tactus, is peroptimè tanquam de propria peculiariq; sensili qualitate iudicium feret, totidemq; primariæ fe-

Essentiæ pestis ardua inuestigatio.

Febris essentia vnde petenda.

Essentia febrium in calore consistit.

Qualitates primæ sunt obiecta tactus.

febrium erunt differentiæ, quot caloris tactu depræhensæ fuerint diuersitates neq; iniquiorem sententiã de febris essentia proferet manus tangentis, quàm lingua gustantis saporum dulcis, salsi, acris, amari, acidi, acerbi vel adstringentis discrimen ostendere potest. Etenim sicubi contigerit, febre detentum intueri, corporis aliquam partem manibus contrectare, facilis erit obseruatu caloris dissimilitudo, qui interdũ mitis blandusq; sese exerit, aliâs verò acris, mordax persentitur, & hoc ratione humoris accensi, qui si benignus fuerit, mitiorem edet flammam vaporoso spiritu emisso sese prodentem, cuiusmodi est sanguis & pituita naturalis: si verò tangentis manum quasi acubus pungere (vt fumus oculos vellicat) tenueq; vulnus infligere videatur, neq; humidum quoddam expiret, succi calidioris & siccioris, biliosi nimirùm incendium consecuti indicium est. Ligna enim viridia, plus vaporis quàm sicca, aut lapides concalefacti, cãdénsue ferrum exhibent. Et si perstiterit tangendo manus, quandoq; euincitur caliditas febrilis, interdum manus cedit

Febris tactu dignoscenda.

Differentiæ caloris manui tangentis sese offerentes.

Humores diuersi accensi caloris differentias pariunt.

Exemplum à lignis accensis.

cedit caloris è corpore emergentis violentię, quod ad cognoſcendã vehementiam febrilis ardoris non leue quippiam confert. Fit etiam, vt ſubitò manu appoſita calor ingens percipiatur, aliàs verò non niſi aliquantiſper tactu perſeuerante longè poſt veſtigium aliquod caloris depręhendatur. Hinc elici poteſt, peſtẽ, quia in febrium catalogo recondita eſt, cum ea quæ competunt definitioni etiam definitio ex Logicorum placitis attribuantur, eius quoq; eſſentiam in calore non naturali conſtituendã eſſe. At quonam vel cuiuſmodi? πεμφιγώδην aſſerere videtur Galenus, qui proſilientium & manum ferientium ſcintillarum inſtar ſeſe prodit (quantumuis de genuino vocabuli ſignificatu ambigat & ipſe, varias in medium adducendo Oratorum Poëtarumq; vſurpationes) ea tamen conditione, vt adijciatur illud δεινοὶ ἰδεῖν horridæ inquam aſpectu, ob pernicioſorum Symptomatum congeriem. Nos eſſentiam febris peſtilentis in calore acri mordaciq; ſtatuimus, qui abſtruſis, & abditis corporis penetralibus latitans in propatulo parùm admodùm, vel nunquam

Calor momentaneus & perſeuerans.

Eſſentia peſtis in calore præternaturali conſiſtit.

Calor peſtis πεμφιγώδης.

Truces aſpectu peſte comprehenſi.

Peſtis eſſentia in calore acri & tamen clancular io.

versatur, intima horribili incendio perurit viscera, extremaq; vsq; adeò deserit, vt vix aspersa aliquo tepore relinquat. Idcircò non calidi, neque feruentes primo insultu tangentibus videntur, nisi quantò diutiùs tangendo manus persisteret, tantò molestiorem tandem persentiret calorem, secus quàm in adurentibus accidit, vbi calor in aprico degit. Flagrant illi intus, extremis leuiter subcalefactis, & tepentibus, quemadmodum essentiam illius ex Thucydide Galenus accuratissimè delineat. Externũ, inquit, corpus tangenti neq; valdè calidum erat, neq; pallidum, sed subrubrũ, liuidum, phlyctænis paruis & vlceribus efflorescens. Interna vrebantur, vt neq; valde tenues vestes, neq; linteorum iniectiones, neq; aliud quippiam vel nudi tolerarent. Sentiunt calorẽ ægri in profundo, aiuntq; sibi inuri viscera, cute intereà nulla aut modica præter naturam caliditate imbuta. Quod ceu reliqua omnia stupenda & vix vlli imitanda dexteritate Lucretius carmine expressit,

Peste correpti ad tactum minimè calidi apparent.

Interna iis vruntur.

Thucydidis auctoritas à Galeno adhibita.

Ardor pestilentium à Lucretio descriptus.

Flagrabat intus flamma, vt fornacibus ignis.

Nec

Nec nimio cuiquam poßis ardore tueri
Corporis in ſummo ſummam ferueſcere par-
tem,
Sed potiùs tepidum manibus proponere ta-
ctum.

Et hęc de febris peſtilẽtis eſſentia. Quantum verò ad illius diuiſionem ſpectat, nullam ſanè more aliarum febrium admittere videtur partitionem, proinde ratione continuitatis vel intercapedinis nulla inſignis illius tradi poterit differentia. Quamprimùm enim putredo cor inuaſerit, mordicus inhæret, malignitateq́; ſua primo ſtatim impetu, tàm enerues languidosq́; reddit ægros, tantam virium vitaliũ ſtragem ædit, vt nec fuligines è putri materia eleuatas diſcutere, abſumereq́;,nedum vniuerſam materiam putrem (quæ ſolæ ſinceræ tutæq́; intermiſſionis ſiue ἀπυρεξίας cauſæ ſtatuuntur) venis extrudere valeat. Continuæ igitur ſunt maiori ex parte, in quibus tamen ab oculatis Medicis obſeruari poſſit diuerſitas quædam ratione difflationis materiæ & putredinis increſcẽtis. Si enim exigua nulliusq́; propè momenti fuerit fuliginum diſcuſſio, vice

Diuiſio febrium peſtilentium.

Peſtilentes febres omnes continuæ.

Vires opprimit ſtatim febris peſtilens.

Cauſæ ſinceritatis febrium.

Differentia statuitur vt in Synochis pro difflatione aut putredinis incremento.

verò vería, putredinis per obſtructionis incrementum augeſcunt ſemina, Increſcens, vbi par putredini effluuiũ, conſiſtẽs, vbi halituũ, & vaporũ putriũ copioſa diſſipatio, putredinisq; diminutio animaduertitur, tũc decreſcẽs dicetur. Hoc cum obſtructionũ conſpicuę fuerint notæ: quę interdũ valde exiguę, vt calor innatus & virtus vitalis ſolæ oppreſſę iaceant, febris vix vlla ſeſe efferat: aliàs & qui dẽ ſępè ad extremũ vſq; ſpiritũ ambulãt. Prætereà ſi quiſpiam ad amuſſim omnia perpẽdere & exquiſitè in minimas quæque portiũculas diſſecare voluerit, huic per me licebit eiuſmodi ponere differentias ab accidẽtibus depromtas, vt quædã ſint peſtilẽtes cum delirijs, lethargo, comate ſoporoſo, &c. aut magis eſsẽtiales, ſiue ſpecificas, ſi maluerit, alias dicet cõcomitari bubones, anthraces, lenticulas ſeu ſtigmata, papulas, tubercula, vlcera, phlyctænas, licet reperiantur, vt capite pręcedẽte retulimus, aliquæ ab his prorſùs immunes, aliæ verò pleriſq; aſſignatis tumorib. vel cutis defœdationibus cõſpicuæ. Poterit diuerſas ſpecies conſtituere pro diuerſitate ſubiecti aut loci, in quo ſedes

Differentia ab accidentibus petitæ.

Deinde a ſuis characteribus,

Ratione ſubiecti & loci.

ſedes fixit putredo. Cum enim cordis ſubſtantia vniuerſi corporis ritu, continentibus, contentis & impetum facientibus cōpacta ſit, ſi putredo in ſpiritibus, humoribus aut ſolidioribus cordis partibus fuerit, aliquid ædet diſcriminis tàm quoad Symptomata, quàm quoad cognitionem & curationem. Aut ratione cauſarum diſſimiliū vtpote ſanguinis, bilis vtriuſq; & pituitæ putreſcentium, totidem etiam febrium peſtilentium idæas ponat, indeq; typum ipſarum colligat, quòd aliæ tertianis continuis, aliæ quotidianis & quartanis proportione reſpondeant. Aut ab efficientibus remotioribus, alias inquam ab influxibus cœleſtibus in inferiora, ſcelerum punitionis ergò demitti, alias verò, ab aëris corruptione, à cauſis ſublunaribus, vel etiam ſubterraneis exortas, mortalibus necem certiſſimā inuehere. Differunt etiam ſeminarijs. Hæc pollentiora longeq; acriora in aëre calido & ſicco (Ariſtotelis hoc eſt ὑπέκκαυμα) redduntur, citius interimunt quæ in temperato. In frigido & ſicco prorſus languent. Poſſent aliæ quoq; afferri differentiæ, ve-

Ratione cauſarum efficientium propinquarum.

Ab efficientibus remotis.

rum quia curationem non variant, neq; diuersas de se promunt indicationes, consultò prætereuntur, vt ad magis necessaria tempestiuus fiat transitus.

Causa febris pestilentis est putredo, diuersa tamen ab aliarum febrium putredine.

Cap. V.

Putredo causa pestilentium febrium.

Putribus accensenda pestilens.

PRoximam & immediatam febris pestilentis causam ponimus putrediñe, quapropter eam è putrium febrium genere esse tàm probatis autoritatibus probabimus, quàm firmissimis argumentis demonstrabimus. Ex innumeris enim duos afferemus locos Galeni, quorum vterq; 1. in 6. Epidem. textu 30. habetur, ad eorum obtutum & cõspectum, ij qui contrarium asserunt, & authoritatibus solis addicti sunt obmutescent è vestigio. Prior eiusmodi est. In qua pestilens febris contineri potest, quòd putrem habeat humorem. Cum enim docere constituisset, febrium differentias, à caloris dissimilitudine capiendas esse, sub eadem complecti vult etiam pestilentem, ob id

Galeni auctoritate pestilentes putres esse conuincitur.

ob id quòd calorem præ ſe ferat ei ſimilem, qui à re putri eleuari ſolet. Et deinceps ait circà explicationem πεμφυγώδης, peſtilens ſola ſignificatur, quæ ex eo ab alijs differt, quòd putrilaginoſam habeat caliditatem, qualis in longiſsima, quæ modò erat, extitit peſte. Ob id neq; calidi, neq; peruſti tangentibus videbantur, peſtilenti laborantes febre: quanquam interna vehementer inurerentur. Eſſentiam enim febris huius, in calore putri collocans, quis in poſterum putridam eamreſſe ambiget? Deinde cum ſymptomata huius cum aliarum putrium Symptomatis potiori parte congruant, in curatione quoq; parùm à ſe inuicem diſsidentes reperiantur, nullus ampliùs dubitationi ſuperſtes relinquitur locus, quin putrium ſerie & ipſam compræhendamus. Hæc pro confeſsis, & ratis nunc haberi volumus, ea, quæ per hypotheſin ſuppoſuimus, ſuo loco & tempore abundè ſic ſeſe habere comprobaturi, quandoquidem abſurdum, & præter doctrinarum leges eſſet, eo loci quo de eſſentia cauſiſq; morbi diſceptatio habetur, ſymptomata recenſere, & curationis hi-

Eſſentia peſtilentium eadem cum putribus.

Symptomata ſimilia & curatio.

ſtoriàm permiſcendo omnia cónfundere, quæ ordine magis appoſito in ſuam reijciũtur claſſem, vnde mutuata ad præſens inſtitutũ neceſſaria ſua cuiq; quam aptiſſimè deducentur. Animaduertendum tamen eſt, ne occaſione hinc arrepta nihil peculiare, à vulgari aliarum febrium putredine huic tribuamus, quin potiùs magnam ſæpè inter illas diſcrepantiam obſeruantes, clarioris doctrinæ gratia eam in tria duntaxat conſtringentes capita aſſerimus peſtilentem ab omnibus putribus differre qualitate, ſubiecto & cauſa putredinem producente.

Diuerſa peſtilentium putredo a vulgari putredine.

Diſſimilitudo tribus comprahenſa.

Qualitas peſtilenti ineſt maligna, exitialis, pernicioſa. Multos ſiquidem neci dat, nullius ætatis, ſexus, conditionis homines intactos præterit. Hoc autem malignitatis genus conſtituimus, in odio, ſiue ἀντιπαθεία, quam plurimis rebus naturalibus ineſſe, experientia compræhendimus: Et quo iure, quaq; ratione, tribuimus ijſdem cognationem, beneuolentiam, amicitiam, συμπάθειαν potiori etiam ἀντιπάθειαν ex totius ſubſtantiæ diſſimilitudine, victi rerum longo vſu & cõprobatione, admittere cogimur. Cui non

Qualitas putredinis peſtilentis.

Malignitas in quo ſita.

Familiaritas et diſſidiũ è naturalibus non excludenda.

non conſpicuum venena δηλητήρια adeò corporibus infeſta eſſe, vt aſſumta animam corpore excludant, vix vlla manifeſta ſenſui corpus afficientes qualitate, aut putredine, inſigni (vrentia ſiue ſeptica arrodentiaq; excipio) introducta: nullam penitùs conformationi aut partium continuitati labem inducunt, animam attamen à corpore ſequeſtrare, caloris natiui (quod vnicum corporis cum anima vinculum) proſtratione, extinctioneq; poſſunt. Quod cæteris putridis febribus vſu non venit, quæ ab humoribus ortum ducentes, arcto loco concluſis, vel alicui parti impactis, atque ob id non ventilatis, calorem concipiunt extraneum, cuius non leuem portionem, cordi per vapores communicant, itaq; corpus vniuerſum calore quodam naturæ alieno perfundunt nulla interim venenata malitia, aut toti ſubſtantiæ humanæ cōtraria munitæ qualitate. Cuius rei vel hoc certiſſimum argumentum eſſe poteſt, quòd ritè ordineq; procuratis, ſuoq; tempore adhibitis ijs quæ ad morbi curationem ſpectant, non magno conatu, remedijsq; à cauſis manifeſtis agenti-

Venena naturæ inimica putredinem non inducunt.

Putredo quo pacto calorem accendat.

Poteſt eſſe putredo abſque maligna qualitate.

Putres gregariæ curationem ex facili admittunt.

gentibus, citiſſimè expugnentur, mitigata nimirum, & euicta putredine, quæ in peſtilenti adeò contumax & praua eſſe ſolet, vt cum naturæ leges exceſſerit, neq; illius benignitatis deinceps capax reddi poſſit, ſola vacuatione, & humoris putreſcentis eductione, illi occurrendum ſit, non poſthabitis quæ ab occulta proprietate agunt medicamentis, quæ ſi vſpiàm in iſtiuſmodi morbis profligandis quam maximum auxilium conferre ſolent. Qualitate igitur differunt inuicem peſtilentes à reliquis putridis febribus.

Malignitas peſtilens ægrè vincitur.

Remedia à proprietate arguunt morbi naturam exitialem.

Focus febris peſtilentis eſt in corde, hoc eſt quod ſecundo loco retulimus diſtingui à cæteris febribus putridis ſubiecto, vnde Lucretius noſter,

Subiectum febris peſtilentis.

Morbida vis in cor mæſtum confluxerat ægris.

Licet enim in hac quemadmodum & aliis, humores putreſcant, ſciendum tamen huius fomitem, immediatè in corde eſſe, cum aliæ febres communicentur cordi per vapores, longo intereà interuallo ipſo morbi foco à corde diſſito. Poteſt putreſcere bilis in venis pulmonis,

Fomes peſtilentis in corde.

nis, ventriculi, iocinoris, lienis, vnde causi ardentes, continuæ, synochiq; exorientur, quæ communicant affectionem cordi, quo non aliquantisper concalefacto & accenso, febris constitui essentia nullo modo poterit. Inguinum prætereà tumores, aut aliæ musculorum inflammationes, febrem Ephemerã, præsertim dum pus generatur accendunt, viscerum inflammationes continuam pariunt: id fit per vaporum cõmunionem, aut sanguinis vicinioris calefactionem, quæ subindè continuò serpit, vsq; ad cor, illudq; suæ qualitate calida imbuit. At pestilenti sedes & minæra est in corde, videre hoc est ex illius palpitatione, qua mouetur, tremit & tumultuatur ad excretionẽ illius veneni: humores inquam cordis putrescunt, & quia putredo in nobilissimo corporis viscere inchoatur, vehementẽ potentemq; arguit efficientem causam, cui viscus princeps nullo pacto resistere potuit, ideoq; non sine præsenti præcipitiq; animalis detrimento pernicieq; contrahitur. Euenit interdum, vt non modò succos in corde contentos, verumetiam substantiam ipsam cordis inua-

Cæteræ febres per vaporum cordi communicatorum transmissionem oriuntur.

Febres Symptomaticæ.

Minera pestilentium est cor.

Substãtia cordis in pestilentibus afficitur.

inuadat, eamq́; depaſcatur, vnde exoritur aliud nouum putris febris genus, peſtilens nimirùm hecticæ implicita, putris quidem ratione humorum cordis putreſcentium, hectica verò ratione ſubſtantiæ cordis marcore pereuntis. Hoc alijs febribus non contingit, quibus tantùm humores & quidem longiuſculè à corde diſſiti putreſcunt, & in ſui conſortium tandem etiam cor ipſum adducunt. Hinc ortum, quod nonnulli febrem peſtilentem inter ephemeras recenſuêre, alij verò in genere hectices eam compręhendi voluêre, ij quantùm hallucinentur, & quàm lõgiſſimè à vero abſcedant, ſuo loco comprobabimus.

Peſtilens Hectica.

Differre tertio loco diximus putredinem peſtilentis, ab aliarum omnium putredine, vi cauſæ efficientis, cuius diſſimilitudo etiam diſparitatem pariet effectuum. In alijs quippe febribus, prohibita tranſpiratione corporis, meatibus cutis ab extrinſecus aſtringentibus, aut intus offarcientibus aſtrictis, glutinoſis, viſcidis, craſſis ſuccis vniuerſum corpus, aut nonnullas eius partes obſtruentibus, coarctatur intus calor, fuliginoſorum halituum

Efficiens peſtilentis alia a reliquarum putrium cauſa.

Generatio febrium vulgarium putrium.

lituum fit coaceruatio, qui detenti, expulsione ipsis nō concessa, reduplicati acriores, calidioresq; iusto euadunt, quapropter sanguini calorem inducunt longè maiorem eo, qui pro naturæ vsibus destinatus est, hic communis fit per venas arteriasque cordi, ex quo reciproco quodam motu, per eosdem ductus, siue canales, rursus in vniuersum spargitur corpus, & ità febris essentia constituitur. Longè alia equidem est pestilentis generatio, quæ & ab aëre, & à contagio potissimùm originem ducit. Aër etenim, licet ex sese purus, sincerusq; sit, cuius merito plurimùm resistit putredini, duplici tamen ratione, putredinem corporibus inuehere potest. Priori quidem si immodico calore ferueat, eandem vel similem nobis inuehit qualitatem, quæ tamen valida satis ac sufficiens non est producendo effectui, nisi coniuncta fuerit aptitudo corporis patientis, quæ in succorum bonitate vel prauitate apta aut inepta recipiendæ huic impresiioni, & vt summatim referam, in humiditatis dispositione potissimùm spectari debet. Alia verò, quando is putruerit, aut aduen-

Pestilens ab aere & contagio generatur.

Aer dupliciter corporibus putredinem inuehit.

Subiecti passibilitas requiritur.

titia

titia infectus qualitate malignum quodpiam virus conceperit, quæ fusius capite sequenti explicabuntur, nunc sufficit aliquatenus demonstrasse, pestilentes, etiamsi in putrium Catalogo reponantur, non parum discriminis à cæteris obtinuisse.

Num putrescat aër, & quibus modis corpora nostra afficiat.

CAP. VI.

Aer solidissima quæq; immutat.

AErem circumfusum, res inanimes alioqui solidas, vt sunt ligna, lapides, metalla suo contactu & afficere & vehementer permutare, tàm verum est, quàm quod verissimum. Longiori enim tempore aëri præsertim pluuio æs expositum, æruginem contrahit: ferro, rubigo inducitur, aurum ob mixtionis præstantiam, etiamsi terræ visceribus abstrusum reconditumq; fuerit, nullam penitus ex ijs iniurijs perpeti, multis traditum & obseruatum est. Hic corporum contactus (liceat ita loqui) materialis valde est, cum ob densitatem subiecti, & soliditatem ægrè posit lapides, & ligna vndiquaque per-

Solidiora non facile permeat aer licet tenuissimus.

permeare: quocircà animaduertimus, tam æruginem quàm rubiginem superficietenus duntaxat æs ferrumq; obducere, illæsa, nisi diutiùs perseuerarit exesio, erosióue, interiore penitioreq; portione. Atqui animalia sanguine prædita, quæ per vices auidißimè aërem exorbitant, vberiore per inspirationem facta attractione, eum per vniuersum corpus perflabile & permeabile exiguo momento distribuunt: eundem, qui corpora circumdat arteriarum dissensione & contractione introrsùm suscipiunt, eaq; ratione calori humidum perpetuò depascenti ceu conueniens gratumq; pabulum substituitur, & fumosæ adustæq; superfluitates corpore excluduntur, ab aëre longè magis permutari, quis quæso sanæ mentis dubitare ausit? Etenim quamcunq; tandem is sortitus fuerit qualitatē, etsi aliunde labis, vel noxæ quippiam ipsi illatum fuerit, particeps ilicò reddit corpus nostrum, antè tamen spiritus, tanquā cognatione affinitateq; propinquiores, & ob id alterabiles facilè, posteà humores, extremo loco etiam solidas animalis partes inquinare solet. Videre est

Animantia aer promtißimè peruolutat.

Vsus aeris animalibus congruus ideo facile eo alteratur.

Aer conceptas qualitates cōmunicat corpori.

Dotes aeris temperati. aërem, purum, ſincerum, ſerenum, tenuem atque temperatum ſpiritus præſertim vitales colluſtrare, tenuiorē reddere ſanguinem, cor mentemq́; exhilarare, corpus mediocriter rarefaciendo obſtructiones tollere, calori tranſeunti iter expeditum præbere, vnde omnia naturalis animæ munia, quæ in iucundorum attractione, confectione, & noxiarum ſuperfluitatum expulſione conſiſtunt, ritè exacteq́; adminiſtrantur. *Noxæ impuri aeris.* Si verò aliter ſe habuerit, nimirum craſſus, denſus, caliginoſus, acceſsioneq́; rei malignæ alienam induerit naturam, ſpiritus etiam obſcuriores reddit, humores incraſſat, cor viſcus nobiliſsimum mœſtitia perſtringit, corpus labefactat, prægrauat, ineptūq́; (debilitato oppreſſoq́; calore natiuo) omnibus tam corporis quàm animi motionibus reddit. *Magnum ad vitam tranſigendam momentum habet aer.* His de cauſis dicitur aër, tàm ad valetudinē conſeruandā, quàm ad morbos inducendos, aut eoſdem propulſandos magnum momentum habere. Qua autem ratione memorata præſtare valeat, deinceps dicendum: aut enim qualitatum primarum exceſſu & immoderatione aut ſubſtantiæ totius vito

morbos

morbos inducit, aut (quod addi volunt aliqui) etiam repentina insolentiáque de vno in alium locum quamuis mansuetiorem facta transitione; An autem aëris substantia corrumpi possit, & num aër putrescat, non temerè à multis quęsitum est Philosophis. Vtique si febris pestilens inter putres recensetur, illiusque efficiens & autor aër assignatur, hunc quoque putrescere posse, vel ex logico axiomate, Propter quod vnumquodque tale est, illud est magis tale, fatendum nobis erit necessariò. Verumtamen ne, quod in controuersiam disceptationemque venit, tanquam probatum & firmum teneamus, suffragium nostræ sententiæ ferentem adducemus Aristotelem, qui 4. Meteor. liquidò asserit, omnia præter ignem putrescere posse, hic vnus siccitate sua, veluti etiam cinis putredini aduersatur, caloreque summo reliqua omnia ad se collata alimēti vices subire cogit. Ait enim, ἰδίως γὰρ λέγεται σῆψις ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος φθειρομένων ὅταν χωρισθῇ τῆς φύσεως. διὸ καὶ σήπεται πάντα τὰ ἄλλα, πλὴν πυρός. καὶ γὰρ γῆ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ, σήπεται. πάντα γὰρ ὕλη τῷ πυρὶ ἐστὶ ταῦτα: Putredo in ijs propriè dicitur, quæ ex parte intereunt, cùm à natura disceſſe-

Qua virtute corpora immutat aer.

An aer sit putredini obnoxius.

Aristoteles igne excepto omnia putredini subiicit.

scesserint. Idcircò & cætera omnia vno igne excepto putrescunt. Nam & terra putrescit, & aqua, & aër, quandoquidem materia ignis sunt hæc omnia.

Aer putrescit & aqua.

Putredinem illis rebus conuenire vult, quæ aliqua sui parte interire, à naturali constitutione recedere, & quodammodo alterari possunt. Aërẽ igitur & aquas à sua natura discedere, tralaticiasq; cœlitus demissas qualitates inducere, aut à tellure promulgata malignitatis semina assumere, cuius merito etiam putrescere verè dicuntur, quis quæso inficias iuerit?

Putredo omnimodam corruptionem non innuit.

Non ob id ex toto corrumpuntur, sed possunt interdum putredine coërcita, vel euicta, in naturę gremium reuerti, quemadmodum etiam humores, in venis, labe putredinis aliqua ex parte aspersi, remedijs conuenientibus, actutùm applicitis,

A putredine reuersus conceditur.

à putredinis nocumento vindicati, in integrum restituuntur. Secus contingit igni, cui cum tanta sit vehementia, caloris adeò intensus gradus, vt omnia sibi

Ignis ferus omnium domitor.

subijciat, & materiæ subiectę, siue alimenti instar habeat, nullaq; re exteriori frenari vinciq; possit, non putrescit, sed ob dictas causas priùs extinguitur, absoluteq;

& omni-

& omnino interit, quàm putrescat. Ignis enim calorem nunquam fregeris vel minimùm, nisi affusione aquæ prorsus extinxeris, vel prohibita ventilatione suffocatum deleueris, alioqui præter ignem omnia putrescũt, quia à statu naturæ suæ conuenienti deflectere, & alienum quid arrogare sibi possunt: pabulum tamen igni præbent, qui omnem penitus putredinem abnuit, flamma edaci cuncta consumit, ipse non nisi alimenti indigentia euanescit, aut interdicta auræ leuis aspiratione, penitus interit. Ità responsum esto ijs, qui aërem corpus simplex elementare esse, quapropter putredinem mixtis corporibus peculiarem propriamq; illi minimè competere odiosiùs contendũt, & quòd calorem vernaculum non habeat, qui fieri possit, vt is ab extraneo (putredo ità producitur) infestoq; allectus foràs prosiliat, & subiectum primigenium inquam humorem ceu desertor & transfuga stationem deserat. Nanq; aër quo communiter fruimur, nunquam ex toto ab exhalationibus immunis obseruatur, quæ qualescunq; fuerint, vndecunque profectæ, suam nihilominus impertiun-

Pabulum igni cætera elementa suppeditant.

Aer haustus inter simplicissima corpora minimè collocandus.

 pertiun-

pertiuntur aëri qualitatem, quo fit, vt aër frigidus, aquarum superficies & littora primùm concrescere faciat, tepidior redditus idem si fuerit, liquando dissoluat, carnes aëri sereno & algido expositas à putredine vindicet, easdem calidior redditus, & Austris concussus, disponit ad citam corruptionem. Is ipse aër vndecũque seminaria putredinis contraxit, si humidior fuerit in eo non modò duplicantur & multiplicantur seminaria, sed ipse quoq; aliqua sui parte, aliquam putredinem, maximè si cõsistat, nec agitetur vel exiccetur, concipit. Haustus à corpore humido vegetior redditur. Testis curatio, quæ siccatione, dissipatione, & cordis roboratione absoluitur. Neq; obstat aëris inquies. Continuis is quidem agitatur ventis & flatibus qui sese alternatim consequentes, & noui veteribus perpetuò succedentes, eum à putredinis inquinamento aliquantisper tutum securumq; reddere possunt etiam Aristotelis testimonio, τὸ κινούμενον καὶ ῥέον ἧττον σήπεται τοῦ ἀκινητίζοντος dicentis. Hoc ità sese habere compertum est, cum aquas stagnantes & palustres, quia non moueantur putrere videamus:

Aer pro sua dispositione diuersimodè res afficit.

Motus aeris putredini resistit sed non vehementi.

Palustris aqua perenni fluente citius corrũpitur.

deamus: flumina autem quòd in perpetuo sint fluxu, minimè putrere. Quæ eadem ratio est, vt qui loca caua & palustria incolunt ocyus senescant, quàm qui edita & aperta. Nam senectus via ad putredinem est, & quicquid eò deducit, idipsum putredinem efficit. At verò editis locis aërem vndiquaq; spiritu afflante agitari, cauis & humilibus immotum persistere intuemur: quapropter posterior hic putridus facilè redditur, qui putredine affectus, in eo habitantes, facilè quoque putrefacit. Confert igitur perpetuus Eurypus, iugis indefessaq; commotio, ad rerum ab interitu naturali defensionem, non quòd ea quæ mouentur extra omnẽ putredinem posita sint, sed quòd illi minus sint obnoxia ijs, quæ tranquillo immotoq; aëre vtuntur: vnde colligitur, motui & agitationi tantam vim attribuendam non esse, vt eius beneficio à corruptione immunes res naturales reddantur. Aër itaq; putrescit & corrumpitur, eaq; corpora quæ contingit, & qui eum in penitissimos corporis admittunt recessus, etiam putredine mala afficit, frequentiùs tamen qualitatibus manifestis,

Plana incolentes breuioris vitæ montiũ accolis.

Aer editis locis agitatur.

Motus perennis arcet putredinem.

Aer putris corporibus inuehit putredinem.

varios morbos producere consueuit, pręsertim si regio, situs, anni tempus, ætas, sexus, cœliq; status mutua conspiratione inita consenserint. Regio etenim feruida & æstuosa, locus Austro Solibusq; expositus, æstas ignea & torrida, austrinus cœli status, in adolescentia aut iuuenili ætate, spiritus inflammant, sanguinem & humores ardoribus extorrent, bilem augent & exacuunt: quibus ex causis morbi plurimi hiq; acuti suscitantur. Exemplum habetur 2. Epidem. apud Hippocratem de lue Cranonem depopulante, quę insula in concauo meridionaliq; loco sita, ob id potissimùm putridis morbis & carbunculis exercebatur, atq; præter cætera incommoda id habebat, quod à ventis Aquilonijs auersa spiratiunculis & νηνεμίοις appellatis, id est, ventorum tranquillitatibus adsiduò occupata erat. Huiusmodi constitutioni & situi si σπέρματι τοῦ λοιμοῦ & materiæ dispositio accessionem fecerint, promtior fiet actio: quandò videlicet homines ex prægressa annonæ summa charitate, leguminibus ventosis, radicibus noxijs, frugibus semiputridis diram famem arcere contendunt, tantam

Aeris calidioris incommoda.

Morbi acuti à calore oriuntur.

Insulæ Cranonis situs.

tam vitioſorum ſuccorum colligunt congeriem, vt aduentante æſtatis feruore, in humoribus commotis ebullitionem inſtituente, ceu fomes quidam è veſtigio corripiant aëris incendium. Idem in vrbibus diuturna arctaq; obſidione cinctis fieri conſueuit, pro vt legimus apud Ioſephum de excidio vrbis Hieroſolymæ, quanta ſæuitia mutuis traditis operis in gentem Hebræam cum lue fames graſſatæ fuerint, vnde videtur locus prouerbio ceſſiſſe, Obſeſſis omnia cibus. Febrium malignarum talis generatio, accuratè deſcripta à Galeno, libello de cibis boni & mali ſucci, peſte quæ Imp. Cæſ. M. Aurelio Commodo Aug. (ſub cuius gubernatione in vrbe Galenus medicinæ faciendæ vacabat) totum propè terrarum orbem diro internecionis genere concutiebat. Ibi quoque famē antegreſſam peſti, quæ adſidua indigentiæ comes & ex oraculo Delphico λοιμός τ' ἅμα λιμῷ ſtatuitur, Galenus refert. Nam frugibus Cerealibus meſſe peracta in vrbes ad nobiliorum menſas conuehi ſolitis, agricolis vix quicquam quo famem pellerent relictum eſt. Vniuerſo itaq; commeatu per

Materiæ diſpoſitio aeris vitia excipit.

Hieroſolymitana cum peſte fames.

Peſtis Romana Galeni ſeculo.

Occaſio luis illius.

hybernum tempus absumto, rei frumentariæ inopia cõpulsi, bulbosis radicibus, herbarum cymis, & asparagis alebantur. Olera quoq; varia prout sors offerret, & herbas virentes nulli anteà animalium cibis expetitas ad saturitatem vsq; ingerebant. Ita fames prædisposuit corpora, & vbi vnum corpus ad morbidam exspirationem deuenit, atq; ab eo seminarium putredinis aëri communicatur, plura corpora inficiuntur, præsertim aëre Austrino & humido, in quo vapores putridi & corrupti non continentur tantùm, sed augentur. Hinc euenit vt ea parte veris quę æstatem contingit, multò tamen vehementiùs æstate ipsa latens sese proriperet venenum, varijs per cutim vlceribus, defœdationibusq; conspicuum: & pro succorum vitiosorum diuersitate, à cibarijs diuersi generis producta, dissimiles quoque obseruabantur putredinis characteres. Lautiores enim paulò exquisitiori quantum res ferret victus ratione vtebantur, ob id, non adeò in morbos malignos procliues: quia apertis corporis meatibus facilè materia vitiosa protruditur: egenis quiduis obuium cibi rationem

Sordida dieta sentinam humorum prauorum inducit.

nem ſubibat, cuius merito vlceribus prauis, phagædenis, carbunculis, herpetibus & febribus exitialibus, quæ in deliria & ſoporoſos affect⁹ terminarẽtur correpti ſunt. Hæc præſtare potis eſt aër immodico feruore flagrans, vbi corpus ſuperuacuis prauiſq; humoribus ſcatens offenderit: Vehementiores tamen morbos producit, ſicubi ſubſtantia illius vitiata fuerit, qui quantumuis ſimplex ſit & corruptioni vix obnoxius, plurimis tamen inquinamentis conſpergi videtur, quia vaporibus & exhalationibus è terra ſubleuatis humeſcit, caligine obſcurus redditur, à cadaueribus prælio cæſis neque humo traditis, vel crematis, è paludibus, ſtagniſq; putribus, ex Auerno Campaniæ barathrò, à piſcium littora tranſcendentium aquarum impetu propulſorum putredine, à vaporibus peſtiferis cœlitus immiſſis, vel in ſe genitis, aut vi vẽtorum è longinquis oris ad nos perductis non infrequenter polluitur labefactaturq́;. In pulmones itaq; ſpiratione receptus huiuſmodi aër, cordi tanquam fonti vitæ inimicus eò properat, illi tacitus ſeſe inſinuat, illud laceſſere ſtatim incipit,

Subſtantia aeris immutata ſæuiores parit ægritudines.

Quæ aeris ſubſtantiam corrumpant.

Aer qua ratione peſtilentem febrem producat.

cipit, quod ſi reſiſtere non poſſe huic violentiæ compererit, protinus ſuam illi malignitatem imprimit, qua imbutum cor, impertit eandem vicinis partibus, atq; illinc ſpirituum vitalium ope venenum vniuerſo per arterias diſtribuitur corpori. Diſtributionem ſequitur ſpirituum reſolutio, virium omniũ languor, quod ex pulſu exili imbecilliq; depræhendimus. Accedunt & iactationes corporis, perturbationes, inquietudo, vigiliæ, deliria, animi defectus, virium ad extremum vitalium tanta deſtructio, vt inopinatos ex improuiſo è medio tollat ægrotantes. Hæc fermè contingunt, cum inquinamentũm illud ſpiritus duntaxat recepére, nec dum humoribus noxa cõmunis eſt. Qui ſi infecti fuerint, ſuprà relatis iunguntur ſitis, vomitus bilioſi, capitis dolores, deliria grauia, alui colliquationes, incendium vehementius, vrinæ malè olentes, craſſæ, turbidæ, confuſæ; bubones exoriuntur, tumores ſub alis, ponè aures, carbunculi, qui antè febrem ceu præambulones ſi apparuerint, cordis validi, venenum longè à ſe propulſantis ac repellentis teſtes ſunt fidiſſimi. Iidem

Soboles febris peſtilentis dun taxat ſpiritibus oppreſſis.

Peſtis in humoribus.

Tumores peſtilentes quid portendant.

dem si febre iam dominante prodeant, veneni naturam vincentis indicium prębent: perseuerante potissimùm febre, neq; vel exiguum quid remittente, posteaquam non leuis malignæ materiæ portio in tumores è visceribus reiecta est. Hęc ratio febrium pestilentium, hoc ordine ab aëre putridò exordio cæpto, spiritibus & humoribus corruptis, quasi præcipites ad necem ruimus.

Putredo febris pestilentis ad qualitates manifestas reduci potest.

CAP. VII.

QVoniam pestilens inter putres collocatur, illius tamen putredo qualitate, subiecto & causa conciliante, à reliquarum putredine differt, meritò quæ aut qualisnā ea debeat esse putredo quis quæsiuerit? Si enim nullo horum conuenit cum cæteris, putris sanè dici minimè poterit, & hac ratione specie diuersa erit illius putredo, à vulgari quauis putredine. Præterea cùm illi malignam attribuerimus qualitatem, sciēdum in quo ea malignitas consistat, an manifestam vel

Pestilenti putredini certa qualitas assignanda.

vel occultam qualitatem, aut contrarietatem à tota ſubſtantia, & ità occultum quid, cæcum noſq; latens venenum, infeſtum exitialeq; virus ponamus, quod tamen nec in ſenſus incurrat, neque ſermone explicari probè poſſit. Putredini certa qualitas neceſſariò aſſignari debet cogente nos definitione tam Philo- *Putredinis Ariſtotelica definitio.* ſophorum quàm Medicorum. Eſt enim putredo apud Ariſtotelem eius qui rei cuiuſq; humidæ proprius eſt & naturalis calor, ab alieno calore interitus: hic verò eius eſt quod ambit. Ac ſi dixerit Ariſtoteles, in omni re putrida duo deſiderari, calorem natiuum & humorem in quo is reſidet.

Tùm autem res putreſcere dicitur, quando natiuus & proprius cuiusq; calor in humore reſidens ab ambientis ca- *Ad introducendam putredinem requiſita.* lore corrumpitur & interit. Tria ergò ad conſtituendam putredinem requiruntur, calor ambientis, calor natiuus rei quæ putreſcit, & humor qui neceſſariò concurrit, quia ſenſu cernimus quæ putreſcunt primùm humida reddi, quod *Suppurantia remedia cuius qualitatis.* minimè fieret, niſi humore conſtárent, & Medicorum ἐκπυητικὰ medicamenta eam vim

am vim habent, vt quæ ſuapte natura humida ſunt, humidiora per eiuſmodi Cataplaſmata reddant. Philoſopho & veritati ſuffragium fert Medicorum anteſignanus Galenus, qui 3. Comm. in 3. Epidem. textu primo ait: Videtur autem ex materia quidem humida omnis fieri putredo, cauſa verò effectrice, externo & præter naturam calore: ſimul verò ab immobilitate augeri. Quod itaq; nihil exquiſitè ſiccorum putreſcat, omnes videmus: neq; enim lapis, neq; fictile, neque aurum, argentum, æs, neq; aliud quicquam tale videtur putreſcere. Quòd autem & quæ natura putreſcere poſſunt, plurimùm permanere in temperaturis frigidis videantur, neq; hoc quiſpiam ignorat: adhuc autem magis ſi talibus flatibus flabellentur. Et paulò poſt textu XXII. Calor verò externus putredinis humorum cauſa eſt. Materia ſiquidem eſt humiditas, cauſa verò efficiēs eſt calor præter naturam: Et vt ſummatim referam, putredo fit ab extrinſeco calido, natiuum vnà cum humore euocante, ac in illius locum ſemet inſinuante, vnde accidit, vt abſente viuifico calore, humor

Ariſtoteli conſentit Galenus in putredinis definitione.

Frigus relictatur putredini.

Humida materia, calor effector putredinem inducunt.

Putrescentia quomodo tandem penitus intereant.

mor omnis diffluat, extrà naturæ limites, animal seipsum amplius conseruare nequeat, omnes illius functiones pereant: deficientiq; calori natiuo succedat extraneus putredinis & corruptionis autor. Si eiusmodi febris pestilentis putredinem esse statuerimus, nihil peculiare habitura est à vulgari quapiam putredine, secùs quàm suprà à nobis demõstratum fuerat. Tentandum erit quòd si & illam putredinem ad manifestas qualitates reducere aliquatenus possimus, victi autoritate Petri Aponensis celeberrimi controuersiarum medicarum Conciliatoris qui differentia 94. ait, Mutatio in substantia, nunquam potest absq; mutatione in qualitatibus perfici, cum qualitate omnis fiat actio: non tamen econtrà. Si igitur hoc posito, aërem corruptum secundum substantiam dixerimus nihiloq; minùs manifestis eam describemus qualitatibus, per quas fit actio, impunè etiã putredinem illinc obortã, conspicuis exornabimus qualitatibus, quamuis superius eam malignitatem in ἀντιπαθείᾳ siue naturæ repugnantia, verè collocauerimus. Calidus ergò humidusq; aër putre-

Putredo pestilentis ad manifestas qualitates reducenda.

Petrus de Abano.

putredini maximopere obnoxius eſt: quod ſi præter ea etiam impurus, non adeò ſincerus, craſſus, obſcurus, caligine infectus fœtens, olidusq; fuerit, conceptam putredinis labem cordi introducit. Ratione etenim humoris relãxat cordis ſubſtãtiam, & quaſi flaccidiorem reddit: Calor verò illi coniunctus penetrationi calorisq; natiui eductioni diſſipationiq; conducit, quibus præſentibus neceſſarium eſt putredinem produci ex Philoſophorũ placitis. Neq; aliter à contagio inficimur. Nanq; & iſthic ſpiritus à re putri ſuborti excidium corpori moliuntur. Introducunt enim cordi humiditate ſua aptitudinem quãdam patiendi (cum humidum inter qualitates primas ſummoperè perpeſſioni congruum à Philoſopho ſtatuatur) tunc relaxantur fibræ, ſiue villi carnis cordis, in quarum ſolida denſaque compage, robur omne ipſius conſiſtit: hac ratione reſolutum penè, imbelle, molliuſculũ iniurijs propellendis ineptum, imò recipiendis quibuſuis rebus lędentibus oportunum viſcus, in corpore principatum obtinẽs, efficitur. Aſcititius deinde ſiue extern⁹ vbi

Putredo peſtilenti aſſignata à primis qualitatibus.

Contagia putredinem inducunt.

Modus putredinis à contagio inuectæ.

accesserit calor, resolutam propè cordis substãtiam offendens, calorem natiuum benignumq; cordi insitum, humido primigenio indissolubili vinculo annexũ allicit, euocat, extrahit, patriaq;(vt ita dicam) extorrem reddit, atq; hunc in modum extremam putredinẽ caloris proprij extractione inducit, quæ continua successione serpens, è corde progressa, illinc propagata communis demum vniuerso animalis corpori redditur, donec, nisi præsentaneo occursum fuerit auxilio, id ad vltimum perducat interitum. Neque tamen inficiamur cum cor laborat interdum animal nulla noxa reliquis membris illata interijsse vbi putredinis generatio recensita locum non habet. Itâq; clarioris doctrinæ gratia etiam pestilẽtium febrium putredo aliquatenus primis qualitatibus describi poterit.

De contagio, eiq; affinibus quæstionibus.

CAP. VIII.

Contagium secunda pestis effectrix causa.

ALia causa efficiens febris pestilentis assignatur contagium, quod Lucretius

tius ita expreſſit,

Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apiſci
Ex alijs alios auidi contagia morbi:
Nec minimam partem ex agris mœroris in vrbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia conueniens ex omni morbida parte.

Idem ex Galeno 1. de diff. febr. cap. 2. colligi poteſt, vbi inquit, Minimè tutum eſt verſari cum ijs, qui peſtilentem febrem patiuntur. Exhalant. n. vaporem putridum, qui ſpiratione receptus putredinem ſimilem in nobis accendere poteſt καὶ ὅλως ὅσα σηπεδονώδεις ἐκπνέουσιν. Eſt autẽ contagio ex vno in aliud tranſiens affectio, ita vt ſit inter duo diuerſa, aut inter duas partes diuerſas continuas tamen vnius. vel: eſt putrida caliditas ſubiectũ diſſoluẽs ita vt νοσεραὶ ἀποκρίσεις id eſt morbidæ exſpirationes totam ſubſtantiæ putrefactæ malignitatem cõtinentes conſequantur & eandem in vicina corpora prædiſpoſita transfundant. Eam non in qualitatib. aut cæteris accidentibus, verùm in ſubſtantiæ ipſius tranſmutatione

Galenus contagij meminit

Definitio contagij.

Contagium in quo conſiſtat.

ponimus:corpusq́; cõtagione infectum labem accipit, non modo in qualitatib. verumetiam in ſubſtãtia ipſa. Ea inquam eſt putredo, quæ ſubſtãtiam corrumpit, non tantùm accidentia, ſumſitq́; denominationem à contactu, quaſi abſque eo virus in alium effundi nequeat : aut quemadmodum omnia cõtactu, vel per ſeſe vel per aliquod medium agũt in patientia ſibi ſubiecta corpora, ità hîc quoque ad infuſionem, tranſmiſſionẽ, communicationẽue contagij neceſſariò mutuam cohærentiam & contiguitatem requiri: quæ ſi fortè deſiderabitur, ſanè vehiculũ, quod vim illam putrem ex vno corpore, in aliud tranſuehat, concedendum erit. Cæterum res quæ contagione læduntur, oportet, ſub eodem genere comprehenſas eſſe: quocircà impropriè dicimus aërem quantumuis putrem cõtactu vel contagio, nos inficere, cùm aër corpori ſimplici, homo verò mixto perfectè, animatoq́; ſubijciatur. Congruè magis, veriusq́; poma à pomis putredinem cõcipere, vuas ab vuis, hominibus quoque homines peſtiferæ contagionis transfundere ſemina dicemus, ſimilia

Etymon contagij.

Contactu negato vehiculum admittendum.

Quæ contagio infici debent ſubalterna eſſe oportet

cum

cum ſint, contagium autem in ſimili, ſicuti etiam putredo, etiamſi ab aëre primòrdia virulentię transfundantur. Non ob id prorſus ſimilia dicenda, quæ nullo modo ſe mutant, ſicut quæ prorſus contraria: attamen contrarij ratio quanto maiore ſimilitudine operatur, tãtò facilior paſſio. Neq; aliud eſt Analogia quàm occulta ſimilitudo. Animaduertendum tamen, non ſemper corporalem deſiderari, vt infectio communicetur, adeoq; vicinum contactum. Fieri nãque poteſt, vt vapores putres, acres, licet res quæ infectionẽ diſſeminare & recipere debẽt, contiguæ non ſint, per aërem tranſmittantur. Quippe videmus aërem venenoſa imbutum qualitate, ceu vectoris munere fungi, atque ex vno in aliud corpus transferre contagij ſemina, quæ putredine inducta, non ſecus quàm ſi ex mutuo contactu ſuſcepta eſſent, ægrum peſſundare poſſunt. Præterea inſinuare ſeſe hoc virus malignum cernimus & in ligna, ſtragula, veſteſq;, quæ longo deinceps induta, aſſumta, vel tractata temporis ſpatio, non minorem putredinem attuliſſe viſa ſunt, quàm ſi hauſtus fuiſſet

Contagium ſimilitudinem poſcit.

Vehiculum contagij.

Remotæ quoq; res læduntur contagio.

Hærens contagium.

aër putris contagiosusq́;. Hinc elicimus putredinem communicari posse mutuis corporib. sincero permanente aëre: nullaq́; maligna è sublimi qualitate illi impertita.

Non omne contagium ab aëre

In corporibus enim nostris generatur interdum putredo primariò & per se, non causata ab aëre, quæ ope spirituum, per vniuersum corpus diffusa ex mutuo complexu, confricatione, sudoribus, (quẽadmodũ corpus vniuersum ἔυροον καὶ ἔυπνοον Hippocrates testatur) per apertos, licet sensui minimè patẽtes cutis meatus, facili negocio de vno in aliud corpus, nullo vsa aëris adminiculo, (videre est in ijs qui scabie à lectulis impuris polluuntur) transit.

Gignitur in corpore putredo

Verbi gratia: spiritus è pulmonibus propulsi, si contagiosæ qualitatis ex toto expertes non fuerint, pestiferam naturam etiam forinsecùs retinent, & absque auxilio aëris propagãt: aliàs verò aëri infligunt virus, qui ab obuio quocunque exceptus, eandem venenositatem parit in corpore assumente, qualis in & iam ante infecto, corruptoq́; fuerat, quod in tabidis & lippientibus conspicuum euadit. Spiritus ij siue exhalationes aut vapores, vt vt nominaris,

Infectorum spiritus cõtagio lædere potest.

si

ſi fuerint tenaces atque glutinoſi, ſimile producẽt virus, quo etiam inanimes res affectæ quamdiutiſſimo tempore illud conſeruant, & per loca longiſſimoremota interuallo, ſecùm contagij principia circumferunt. Tenaciſſimè enim mordacius, obſtinatéque admodum rebus, quas ſemel occuparit adhæret, neq; ab aëris impulſione, qua reliqua omnia propemodum quæ tangit immutat, vel exiguum quid eius malitia obtunditur, diminuiturq́;, cum ob viſciditatem ipſi peculiarem, omnem ambientis in ſeſe actionem, ad tempus planè repudiet, idcircò integra uis illius aliquãdiu illæſaq́; etiam in fomite permanet, quę aliorſum delata propagandæ peſtiferæ luis etiam ad procul diſtantes regiones occaſionẽ non ſemel præbuit. Hinc euenit, vt magiſtratibus etiam ad eam rem delectis Veneti perſpicaciſſimè obſeruent, non modò homines verumetiam Liburnicis nauibus aduectas merces, ſi è ſuſpectis regionibus appulerint: tunc antea quàm portum ingrediantur, aut in vrbem ad commercia ſolita admittãtur, loco ei rei deſtinato ad tempus præfinitum ſuffu-

Glutinoſum virus

Viſcida contagia contumaciora.

Fomes contagij.

Venetorum ſolertia in profligandis peſtilentiæ ſeminarijs.

migijs & ablutionibus expientur, eaq; ratione letale hoc malignitatis genus à plebe arcetur.

Discrimen inter venena & contagia.

Operę pretium etiam est nosse discrimèn inter venena & contagia, ne minus exactè vtriusq; perspecta cognitaq; natura confusionem ambiguitatémue pariat. Cognationem in eo habent, quòd pari conatu moliminéque, exitiũ speciei animantis ad quod ἀντιπάθειαν habẽt interitumq; ceu scopum sibi habent propositum, quem vt plurimùm adispicuntur, dum ambo eodem impetu cordi vitæ fonti insidias struunt. Duplici ratione diffident. Prima quòd nulla venena vim putrefaciẽdi obtinẽt. Putredo. n. in corpore humano, si generationẽ illius spectes, producta vix equidem absque febrili accensione conspicitur: siue humores in vasis putruerint, tùm pro humorũ diuersitate, febres etiã diuersas excitant: siue vno in loco collecti extrà vasa putrescant, vt in peripneumonia, laterum dolore, phrenitide, præsertim dum pus generatur, febres continuas aut diarias producunt. Atqui venena assumta vel etiam in corpore genita, vix vnquã, vel leuem

Similitudo ijsdem.

Differentia duplex.

Putredo in corpore vix absque febre.

Venena febrẽ non accendũt.

leuem febrilē caliditatem corpori adijcere viſa ſunt, quapropter putrefacere meritò dici poſſint. Et ſi induxerint putredinem, nō tam putredine quam vi ſua deleteria interimunt etiamſi febres non raro accēdant. Nam vt exemplis res clarior euadat: is qui Epilepſia per conſenſum laborabat teſte Galeno 3. de loc. affectis 7. ſenſit auram frigidā ab imo pollice pedis pedetentim cerebrū conſcendere, refrigeratis intermedijs quas tranſierat partibus: quod vbi attigiſſet conuulſus ſubito proſternebatur. Hyſtericæ quoque frigidum quiddam mulieres è regione vteri, & vaporoſum, aſcendere obſeruant, quod ventriculo compreſſo, & ſepto trāſuerſo quaſi coërcito, ſpiritus ſummam parit difficultatem, aliaq; vehementia, potiſſimum ſi caput attigerit, excitat ſymptomata, nulla quæ ſenſu obſeruari poſſit corpus aſpergentes caliditate: attamen inter venena connumerantur. Quod autē de venenis putredinem & ex conſequenti etiam febrilem calorem inducentibus obijcitur, facilè dilui poteſt. Σηπτικὰ enim Græcis dicta cum erodētibus etiam à Galeno purioris me-

Epilepſia venenoſa frigida

Vtero afflicta frigida.

Putredinem parientia venena.

dicinæ parente 3. ſimplic. medicam. cap. 21. indiſcriminatim habentur, quaſi eò loci idem ſit exedere quod putrefacere. Arſenicum. n. pinorum erucæ, cantharides, & id genus alia putrefacere dicuntur, nō quod aliarum rerum putredinem inuehentiū inſtar calorem natiuum euaporando exigant, & illi vicarium aduentitium ſubſtituant: verùm quia ſanguini acrimoniam, mordacitatem, aut pūgens quiddam tribuunt, cuius beneficio viſcera erodit, demùm & exurit, quemadmodum cauſticá facere ſolent, & itá partem aliquam corporis corrūpit, putrefacientis medicamenti ſubijt appellationem. At inter cauſtica & ſeptica hoc diſcriminis intereſſe ſubtiliſſima inuētione nonnullis traditur, quòd illa corticem ſiue eſcharam è veſtigio appoſita, ignis aut ferri candentis in morem producant: hæc vero bullas leues ſeu veſiculas aëre & humore turgentes excitant: quibus ineſſe volunt aliquantulum caloris cum humore primogenio, qui ijs apertis confeſtim euaporat atque euolat, atque hoc artificioſo commento vocabuli Etymon declarant. Proprio tamen & genuino putredi

Putrefacientia medicamēta quare ſic dicta.

Eadem erodunt potius quam putrefaciunt.

Diſcrimen inter ſeptica & cauſtica.

tredi

tredinis ſignificato medicamenta illa putrefacere vix dicere poſſumus, licet venena dicantur ob id, quia etiam minima portione aſſumta quæ læſionem penitùs nullam præſtare poſſit, non idcircò in alimoniam animãtis (quod lactucæ ſuccus & alia ſola quantitate deleteria præſtant frigida pharmaca) natura permutata trãſeunt, ſed ſanguinem corrũpere poſſunt, cuius actionis ergò etiam putrefacere dicuntur, cum putredo & corruptio ortui naturali ſint contraria ex diametro.

Venenum verè putrefaciẽs dari non poteſt.

Venena non tranſeunt in alimoniam.

Cõtagioſi itaq; morbi putres ſunt, & putredinem cordi infligunt, poſteà vniuerſo corpori, & alijs hominibus, eandem tranſmittendi facultatem poſſident. Venena præterquam quod priuata ſunt putrefaciendi munere, indiuiduo quod ſemel occuparunt contenti, latius non ſerpũt, neque in uulgus publicè graſſantur: vtrumque contagioſi morbi, & quidem egregiè pręſtant, putrefaciendi nimirùm vim habent, ſibiq; ſimilem in alio generare poſſunt affectũ. Acutè profectò Fracaſtorius, quemadmodũ reliqua omnia cauſam cur infectionis communio denegata ſit venęnis inueſtigat. In promtu, inquit,

Morbi contagioſi putres.

Venena non communicantur alijs.

Cur venena non ſint contagioſa ex Fracaſtorio.

inquit, ſunt venena, quæ obtuitu ſolo & ſpiritibus duntaxat emiſſis necem afferunt. Id euenit corrumpendo, & exterminãdo è corpore ſpiritum noſtrum viuificum, cui ille hoſtis eſt infenſiſſimus. Ea tamẽ affectio in aliud traduci nequit ideo, quia omnium rerum generatio primis accepta refertur quantitatibus, quarum inter ſe varia alteratione & permiſtione corpora mixta prodeunt. Illis autem ſpiritibus nil niſi δηλητήριον quiddam tribui poteſt, neque exortus rerum aut generatio qualiſcunque ab ipſis expectãda. Vſitatum verò & vulgare venenorũ genus, quod manifeſtis operatur qualitatibus, eam ob rem alteri virulentiam communicare nequit, quia potiſſima eorum pars in excedenti immodicoq; conſiſtit calore, cui plerũque aſſidua comes eſt ſiccitas. Quemadmodum enim, ſolus corporum ſimplicium ignis, putredinem non concipit, eo pacto cauſtica, ſiue exurentia medicamenta, vtraque qualitate aduerſantur putredini, cui ſedes fixa, eſt in humido ſuperuacaneo, redũdantéq;: illi autem cõtraria eſt ſiccitas. Frigidum etiam omnibus naturæ operationib. inimicum

Spiritus venenatus corrumpit, nihil generare poteſt.

Vulgaria venena immodico calore & ſiccitate nihil de nouo producunt.

Frigidum generationi aduerſarium.

micum habetur, quocircà & generationi: quapropter neq; in alio potest sibi similem producere qualitatem. Huic subiiciuntur opium, mādragora, cicuta, aconita, napellus. Cum. n. per vapores fiat communio, qui ex calidis venenis exhalant, acres sunt & adurentes: ex frigidis autem toxicis prorsus torpidi, quorum priores vtpote humoris totius expertes, hi verò languidi & calore penitus destituti, neminem suę qualitatis affinem reddere possunt. Venena itaq; non sunt cōtagiosa, vel quia tota substātia talia sunt, generatio autem per primas qualitates: vel si qualitatib. agunt, eæ non moderatæ verùm excedētes, aut in defectu peccare obseruantur. Dici poterit breuius nec minus perspicuè contagium siue μιάσματα σηπεδονώδη gignunt in corpore infecto sui simile: Venenum nō gignit sed tantum ἀντιπαθείᾳ lædit. Quod autem cōtagij communicatio per vapores propagetur, inductione confirmari potest adductis in medium morbis contagiosis, quos Galenus 1. de diff. febr. commemorat, in quibus hoc non minùs consideratione, quàm admiratione dignum, ana-

Neque per vrentes neque per algētes spiritus fit contagium.

Vapores sunt contagij traduces.

logiam

Analogia inter contagio obnoxia corpora.

Morborum contagiosorũ series.

logiam esse non modò contagij ad contagium, verumetiam corporum ad corpora, viscerum & membrorum infectorum ad se inuicem. Nam vt silentio prætercam quam subdolo astu pulmo marinus humano, torpedo, neruis & sensui, cantharides vesicæ, veneficum afferant malũ, ophthalmia oculis trãsmittit suum per spiritus visiuos eductum virus, phthisis pulmonibus putredinem per vapores acres erodentesq; tradit: scabies, lepra & id genus cutanei affectus per cutim propagantur. Febris pestilens toti animali noxia, offendens cor vitæ fontem, & viscerum omnium nobilissimũ, totum iugulat hominem. Eodem modo res sese habet, in morbis contagiosis, qui priscos latuere, hac verò tempestate nobis summo nostro innotuére malo, quo pacto principio à quadam parte sumto deinceps irrepat in vniuersum corpus. Luem dico veneream, quæ nonnũquam à partibus obscœnis incipiens, vapore maligno iecur inficit & vniuersum sanguinẽ corrumpit: mammæ vberaq; lactantiũ, ora lactentium tetra aspersa labe conspiciuntur: vnde scissuræ in vola, fissuræ in planta

Lues venerea contagiosa.

Symptomata luis venereæ.

planta pedis exoriuntur. Pilorum defluuium ob communionem vaporum acrium, humores capitis ſubcutaneos alterantium, & radices pilorum arrodentium ſubſequitur, aliaq; horrenda ſymptomata, quæ hîc non recenſentur, quorum beneficio non morbus ſed morborum Oceanus κὶ ἴλιας τῶν κακῶν dici iure poteſt.

Phthiſis contagioſa.

In tabe inquam pulmo primo & per ſe patitur, in peſte cor: in ſcabie cutis, vſque adeò vt manifeſta poſſit obſeruari cognatio & analogia non modò contagij ad contagium, ſed etiam corporis ad corpus, partis ad partes proportio, quæ refertur ad aptitudinẽ, qua patiens redditur obnoxium receptioni qualitatis tranſmiſſæ à parte proportione ſibi reſpondente.

Analogia ſiue proportio in quo ſpectanda.

Hæc eſt vis agentis, quæ validius ſuam imprimit qualitatem, ſi patiẽs proportione illi reſponderit aptumque fuerit excipiendæ putredini. Eadem ſi abfuerit, fruſtanea erit agentis quãtumuis robuſta vis, & tentatum non tamen abſolutum relinquetur opus: quia hæc eſt illa affinitas, quæ diſponit materiã ad ſuſcipiendam agẽtis impreſſionem.

In habentibus ſymbolum facilis tranſitus.

Hæc de contagij definitione, tùm quid inter

id

id & venena diſcriminis interſit: deniq; quòd omnia contagij ſemina per aërem peſtiferum circũducta corporibus mutuò communicentur. Reliquum eſt, vt ad alia hinc dependentia tranſitionem faciamus.

Cur non omnes putridæ febres perindè vti peſtilentes contagij compotes ſint.

Cap. IX.

IN ambiguis perplexiſq; diſputationibus ſæpenumerò euenire videmus, vt vna ex difficultate eluctati, ac propemodum in tuto nos collocatos exiſtimãtes, aliud ex improuiſo impedimentum & obiex ſeſe nobis offerat, qui è medio tollendus remouendusq; eſt priùs, niſi cœptum iter interrumpere, atq; in ipſo portu quod aiunt naufragium facere velimus. Statutum ſuperius fuit contagij ſemina vnâ cum vaporibus putridis deuehi, quandoquidem omnia contagia aliquid vaporoſi effluuij à ſe diffundũt: meritò igitur quiſpiam quæſiuerit, quid obſtet quò minùs omnes putres æquè etiã conta-

Contagium in putri exhalatione Ergo omnes putridæ contagioſæ.

contagioſæ ſint. Si enim vis & ἐνεργεία contagij in putribus vaporibus conſiſtit, nemo equidem dubitabit, in quotidianis, tertianis, quartanis tàm continuis quàm intermittẽtibus, nec non ſynochis emanare aliquid putris per difflationem ſpirituoſi halitus & vaporis: neque tamen quenque offendiſſe aduenam, aut infe-ctione aſperſiſſe, eiuſmodi febres vnquã cõſpectæ fuerunt, cum abſque omni periculo imò omni poſtpoſita diſcriminis etiam leui ſuſpicione, laborantibus conuerſari, tractare & tutò congredi liceat, quod peſtilentia correptis vix cuiquam facere impunè indultum fuit. Sanè affert dubitationis huius parti affirmatiuæ non leue prçſidiũ & putredinis natura, quam in ſimiles eiuſdemq; generis continuas partes, ſeſe ingerere, anteà demonſtratum, vbi res putredinem emittentes, & ſuſcipientes, vni eidemq; generi ſubiici oportere, aſſeruimus. Ea ſiquidem putredinis cuiuſlibet conditio eſt, vt in continuas eiuſdémque generis vicinas partes è veſtigio ſeſe propagatione quadam inſinuet. Quo igitur conſilio, quáue autoritate freti peſtilẽtibus febribus uim in-

Putres exhalationes manant è putridis febribus.

Natura putredinis.

Omnis putredo ſeſe propagat.

fectricē tribuemus, reliquas autem putrium differentias omnes contagij malitia in vniuersum priuabimus? Non adeò arduum atque difficile erit nodum hunc soluere illi qui superiùs pertractata attentiùs legerit, & huc loci trāstulerit. Quantumuis. n. putredo sit tàm in vulgaribus putribus quàm pestilentibus κατ' ἐξοχὴν sic dictis ex eaq; per cutis spiracula, arteriarum hiatum & explosionem, thoracis compressionem exigantur fuligines, naturam rei à qua proficiscuntur repræsentantes, sciendum attamen non eandem esse putredinem, neque gradum putredinis æqualem in vtrisque. Inæqualitatem in trib. conditionibus positam esse declarauimus, nimirùm in qualitate, quę pestilenti præ cæteris malignior, & tota substantia naturæ humanæ infesta est, in foco siue minæra febris, quæ propriè & principaliter ipsum cor esse; ostensum: extremo loco dissidēt etiam inter se causis putredinem conciliantibus. Quibus constitutis nemini mirum videri debet, cur pestilentes aliquid peculiare habeāt, cuius merito contagium sibi vsurpent, quod cęteris etiamsi putrib. minimè concessum.

Gradus putredinis in pestilentibus cæterisque putribus nō idē.

Triplex discrimen pestilentiū & reliquarū partium.

ceſſum. Non. n. par putredinis gradus. Præthereà ſi vaporum effluentium, & de vno corpore in aliud tranſeuntium naturam attentiùs conſideres, non pari modo ſeſe habere omnes animaduertes. E quibuſdam febribus exurgũt blandi, mites, benigni, aliquid madoris & humiditatis etiam tactui ſeſe exhibentis, præ ſe ferentes. Peſtilentium verò acres, calidi, vrentes, ſicci, & ob id altiùs penitiusq; corpora ſubeũtes, (reliquis ob molem craſſiorem ab humiditate profectam vix ſuperficiem attingentib.) ad inficiendum longè procliuiores ſunt. Huc facit eorundem vaporum lentor, quo aëris venena alioqui ſua puritate profligantis iniuriæ refragantur, pariter & viſciditas, qua firmiſſimè compacti adhærent, neque facilè auelli ſeſe patiuntur. Tenacitas quoque ſi acceſſionem fecerit, tum demùm culmen malitiæ attigerunt, adeò vt licet malignæ putredinis cauſa & origo profligata fuerint, poſthumos nihilominùs relinquãt fœtus, qui per fomitem, remotis etiam procul regionibus, virus ſuum impertiuntur. Suppellectili enim omnis generis impliciti, latitantes aliquandiu

Vapores è febribus putridis exhalantes non eiuſdem qualitatis.

Peſtilentium vapores lenti & viſcidi.

Vapor tenax fomiti inhæret contagiũque propagat.

tandem ſeſe promunt, nec aëris permutatione neque Oceani nauigationibus illorum effrenẽ virulentiam remiſſiorem reddentibus. Potiſſima tamen, & quæ præ reliquis principatum obtinet cauſa aſſignari poteſt, quò minùs cæteræ putres ſimul ſint contagioſæ, cæleſtis quæ peſtilentes excitat origo, (licet minimè deſint qui ad gradum putredinis cauſam referre malint) cui ſingularis quædam proprietas ſummo ſuo iure meritoq; attribui debet, cum aliæ ex erratis circà quotidianos victus & exercitia perpetratis ſubinde exoriuntur, neque tam vniuerſalem atque ex conſecutione potentem obtinuerunt cauſam. Deinde ſi inter ipſas peſtilentes inſignis diſcrepantia apparet, quid impedit, quò minùs aliquid diſcriminis inter vulgares putres & peſtilẽtes ſtatuere poſſimus? Vtrumque verò ratione contagij hoc pacto. Vulgares contagij expertes omnino ſunt. Peſtilentium nonnullæ adeò familiare id habẽt, vt exiguo tempore integras domus, vniuerſas familias, vrbes, regiones quoq; depopulentur, plurimam partem quos occuparint peſſundent: aliæ præter hoc, virus

Cauſa cæleſtis cõtagioſas reddit peſtilentes.

Etiam peſtilentes inter ſe ſe differunt.

virus exhalando lentum & viſcidū etiam rebus inanimis venenum impertiuntur, hoc prioribus pernicioſiores, ambæ tamen peſtilentes, vtræq; contagioſæ, quorum tamen priores ſalutis ſpem ex toto non præſcindunt, quia aliquantò mitiores, his verò detenti ſemel, rarò euadere ſolent. Obſeruatur eadem diuerſitas in febribus, quæ medio inter recitatas modo ſeſe habere vidētur, prauis, malignis, maliq; moris, quā ex eo metimur, quod earum quoque aliæ pernicioſiores ſint, & citiùs homines interimant, aliæ verò ſalutis augurium non leue ſuperſtes relinquant. Febres, quæ cum lenticulis apparent, vulgaribus magis letales ſunt, nō tamen vſque adeò exitiales, ceu propriè dictæ peſtilentes. Vix. n. ædibus, quas ſemel inuaſerint ſeſe proripiunt, illis affixę, ceu municipes redditi, familiares duntaxat, & conſuetudinem intrinſecam cum ægris habentes, aut alioqui domus infectas imprudentiùs ingreſſos corripere ſolent, extraneos verò minimè. Etiam ex lenticularum genere benigniores, minoriſq; inquinamenti participes ſunt, quæ purpureum rubrúmue colorem præ ſe

Ratione exhalationum morbidarum diſcrimina peſtilentium ſtatuuntur.

Peſtilētes tertij generiſque & malignæ.

Febres cum maculis.

Colores macularum alii aliis benigniores.

ferunt: sæuiores sunt liuidæ, atrisq; maculis conspicuæ exustionem ingentem portendentes, & ob id plurimum metuendæ illis, si quarto vel circiter apparere ceperint die, neque post hac furtim sese subduxerint atque euanuerint aliquid ad salutis recuperationem reliquum facientibus. Postremum genus est earum, que vix pestiferæ dicendæ, nisi quòd pariter multi iis infestentur, pueri potiùs quàm iuuenes aut decrepiti, videturq; Austrina aëris constitutio, plurimum ad earum constitutionem conducere. Hippocrati 3. Epidem. passim ἐξανθήματα, interdum ἐκθύματα. Plinio papulas siue pituitæ eruptiones vocare consuetum est, quod uulgus medicinã facientium morbillos variolasq; nominat, hoc posito discrimine, quòd morbilli à sanguine oriantur, tumoresq; minimè sint appellandi, sed maculæ potiùs latiores suprà cutim sese minimè attollentes, nulloq; tumore extuberantes: at variolæ (à varicibus fortassis per diminutionem nuncupatę) à pituita generantur, sub cute quidem pro maiori parte latitantes, eandem in tumorem eleuant, interdum suppurantur, in

Febres cum morbillis & variolis.

Discrimen inter morbillos & variolas.

in vlcera abeunt, & fœdas cicatrices ſeu veſtigia à ſe relinquunt. His licet acceſſerit febris, maligna tamen potius quàm peſtilens dicenda, quia parùm à putrium eſſentia differt, & iiſdem propemodum obuiam itur remediis, & ſi quid habent contagioſi inquinamẽti, illud inter pueros potiſſimùm verſatur, nihilq́; eius in ſeniores ætateq́; maturos, infectionis transfundi aut communicari obſeruatū eſt: Non igitur neceſſe eſt, ſiquidem omnes peſtilentes contagioſæ ſunt, propterea omnes putres contagij quoque participes reddi.

Febris papulas conſequens maligna potius quam peſtilens dicenda.

Quod non omnes peſtilenti conſtitutione ex æquo afficiantur & infecti non eodem modo laborent. CAP. X.

TRiuialis quidem, at minimè nobis prætereunda exurgit dubitatio, eo quod neque Galenus illá neglectui habuerit, verùm 1. de diff. febr. eam mouerit, motamq́; dilucidè non minùs quàm artificioſè diſcuſſam reliquerit. Qui fiat, vt non omnes, qui aërem putrefactum hauriunt, aut cum infectis lue peſtifera conſuetudinem familiarem habent, per-

Non omnes peſte corripiuntur.

inde vi morbifica impetantur? & si qui fortè in viscera latēs hauserint venenum, nequaquam (ex priôri hæc dependet) pari modo laborare, neque iisdem premi symptomatibus conspiciuntur. Non nullis etenim erumpunt tumores circà inguina, aliis parotides, multis liuores, tubercula, plurimis anthraces, & tumores sub alis exoriuntur: Vertigines, deliria, soporosi affectus, cari & comata, vigiliæ, aliis iuges corporis iactationes, vomitus æruginosi & alui colliquationes & alia innumera quæ in symptomatũ pertractatione clarius & copiosius explicabuntur, illos adsiduò torquent, adeò vt in tanta tamque numerosa infectorum turba vix duos iisdem planè conspicias angi affligiue accidentibus. Eadem propemodum vtrique assignatur quæstioni responsio, quæ à principiis Philosophicis deducta ansam præripit amplius dubitandi, Notum siquidem ex purioris Philosophiæ regulis, in libris de natura traditis & compræhēsis, ad omnem motum & actionem perficiendam tria potissimum desiderari, è quibus vno altero aut pluribus absentibus perfectus motus aut

Non omnibus eadem peste correptorum accidentia

Quæstionis solutio

In omni motum & actione quæ requiruntur.

aut actio absolui nequeunt. Primaria est vis agentis siue mouentis, quæ causæ efficientis vices obit, illius munus cum sit in suam naturam conuertere materiam in quam agit, aut illi suam imprimere qualitatem, viribus, quibus hæc præstare valeat, præditam esse oportet. Hoc autem vix sufficit nisi habilitas & aptitudo materiæ suscepturæ vim agẽtis, quęq; passiuæ rei comparatur, accesserit. Denique cum nihil momento perfici possit, adiicitur tempus, tanquam causa, sine qua non possit intentum finem agens in cõuertendo passo adipisci. Hæc in omni actione necessario concurrunt, vnde tãquam ex equo Troiano originem duxére vulgata illa & Philosophis pasim decantata axiomata. *Efficiens* *Materia* *Tempus*

Actus agentium fit in subiecto disposito.

Non ex quouis ligno fit Mercurius.

Ducto enim argumento, vel potiùs exẽplo ab artifice statuario, qui priusquam operi sese accingat, diu antè secùm ipse deliberauit, quæ materia esset futura idonea impresioni imaginis quam mẽte conceperat: vtrum argillæ, gypso, ligno, lapidiue, figuras credere velit. Philosophi *Exemplum statuarii sculptoris*

losophi ſcitè concinnéque naturæ ſolertis & prouidæ actiones adumbrant, quæ in omni generatione introducit formã materiæ eiuſmodi, quæ receptioni & retentioni formæ ad certum temporis interuallum capax idoneaq́; eſſe præſumitur. Ideò non ex omni fit omne, ſed ex tali, certo & determinato, tale quidpiam certum & determinatum: alioqui, niſi tergiuerſatio patientis obſtaret, omnes qui in theatris ſpectandorum ludorum gratia conſedére, capitis doloribus ex apricatione corriperentur. Quod in vniuerſo euenire naturę ſoliciti indagatores tradunt in humano quoque corpore, quod exemplar eſt & compendium vaſti illius & magni orbis, ità ſeſe habere nobis perſuadeamus, quia ne hic quidẽ externæ cauſæ quantumuis in agendo efficaces, fructum aliquem facere poſſunt, niſi affinitatem aliquam ſiue diſpoſitionem (quæ in temperamenti ſimilitudine, vel ſecundum totum corpus, vel ſecundum partem potiſſimum ſpectari debet) illic præceſſiſſe compertum habuerint. Per hypotheſim etenim, poſito corpore ſuccis prauis, aut bonis, co-

Artifex materiam eligit.

Homo μικρο-κόσμος.

Corpora diſpoſita ad excipiendum contagium.

pia

pia tamen excedentibus, redundante, adſit viſcerum obſtructio, ex maiore quàm frugalis naturæ parſimonia deſiderabat, eſculentorum potulentorúmq; aſſumtione, ex ignauia, torpore, ocio, voracitate, ebrietate, debilitate prætereà corpori inducta, ex importunis laboribus, aut venerearum deliciarum frequẽtiori quàm natura exigebat fruitione. Pateant vniuerſi cutis meatus, ob laxitatem, mollitiem & infirmitatem, à balnearum crebra poſt paſtum reiteratione, vel aliunde contractam, quam ob cauſam cutis & vicinæ illi ſubiectæ partes ſeſe contrahere, conglomerare, & ad appulſum rei lædentis in cuneum quaſi cogi, maioris reſiſtentiæ gratia nequeũt. Quæ ſi ità ſeſe habuerint, quid impediet quò minùs eiuſmodi corpus etiam exiguo accidente contagio, putredinem, eam quidem inſignem, (veluti naphtha & ſulphur ignẽ) è veſtigio arripiat, cum ipſi humores ſuopte inſtinctu, nulla extrinſecùs cogente neceſſitate, iamiam putredinem producturæ fuerant. Vice uerò verſa qui corporis habitu inter rarum & denſum medio, in ratione victus

Corporis diſpoſitio reluctans contagio.

congrua

congrua, tempeſtiuis citraq; defatigationem initis exercitiis, venere modica, animi perturbationib. limites conſtitutos non excedentibus, moderatè ſeſe geſſére corporis perſpirationi euentationiq; intenti, in eo ſeſe continuére totos, vt quam maximè fieri poſſit, corpus ab omnibus vicioſis ſuccis tutum immuneq; redderent, ſecurò etiam cum infectis verſabantur. Quod verum eſſe demonſtrarunt Medici Galeni ætate, qui abſque vllo Epidemiæ detrimento, ſuſpicione vel metu, impunè inuiſebant ægros, illorum pulſu explorato, ſalutaria ſingulis adhibebant remedia. Requiritur idcircò etiam membrorum vniuerſi corporis, robur pręſens atque integrum, vt ſi vim illaturæ acceſſerint, cauſæ externæ putredinem conciliantes, poſſit maligna qualitas propulſari, eiuſq; virulentia obtundi, ne aliquam ex facili, corpori inducat labem. Hæc ſi præſtò affuerint, facillimè quis cuitabit peſtē, quod etiam Galeni Epiphonemate verum & ſic ſe habere comprobatur cum inquit, *μεγίςη μοῖρα γενέσεως νοσημάτων ἐςὶν ἡ τȣ͂ μέλλοντος πάσχειν σώματος ἑτοιμώτης.* Maxima pars generationis

Medici Romani impune viſitabant peſtilentes.

Robur corporis propulſat peſtis iniurias.

nis morborum eſt, corporis paſſuri præparatio. Senes decrepitos, anusq́; rarò corripi inquit, cuius cauſam ponimus in caloris inopia, & corpora marcore penè confecta, humore natiuo carentia, ſicciora licet excremẽtitio humido plurimùm ſcateant. Iuuenes ob caloris copiam plus aëris attrahunt, quia maior euentandi neceſſitas, ob meatus ampliores, poros hiantes (caloris ſobolem) vaſorumq́; amplitudinẽ plus continent, faciliùs itaq́; peſte corripiuntur, citiùs peſſum eunt, quàm aridi capularesq́; ſenes, ſilicernia, quibus collapſi corporis meatus conniuent, vaſa conciderunt, vniuerſum corpus rigidũ exaruit: adeò vt vix aliquid humoris ſuperſtes relictũ ſit, quod aëri peſtilenti fomentum præbere poſſit. Varietas deinde ſymptomatum, & diſsimilitudo, quibus affligi conſpiciuntur (alteri obiectioni hoc pacto occurritur) ij qui febrem peſtilentem patiuntur, accepta referri debet diuerſitati materiæ peccantis, eiuſdem motui, agitationi, raptui, & partium ſolidarum robori aut imbecillitati. Si enim ſpiritibus primò communicatum fuerit malum, vix

Senes ægrè peſtis inuadit.

Adoleſcentes obnoxii vitiis peſtilentibus.

Cauſa diſſerentium accidẽtium in peſtilentibus.

Peſtis in ſpiritibus quæ parit ſymptomata.

vix vlla visui manifesta in corpore apparent indicia, præterquam iactationes adsiduæ, animi deliquia, inquietudo, virium omnium extremus languor, & prostratio, pulsu paruo & depresso conspicua, quibus præsentibus absque vlla doloris querimonia æger ad interitum tendit. Quandò humores labem cencepére pro eorundem diuersitate, miscellæ & cõfusione in venis, ratione inquam succi principatum in corpore obtinentis, varia & multum à se inuicem differentia oboriuntur accidentia. Nam vt à sanguine exordiamur, is si abundarit, per nares, vterum, hæmorrhoidas prorumpit: Si exustus fuerit carbũculos generat. Sanguini permixta pituita tumores inguinũ, aut alarũ excitat, parotides potissimum à pituita è capite illinc recumbente originem trahunt: bilis flaua sitim perpetuã, incendium vehemens, ignes sacros (in peste Romana) excitat: melancholia, cãcros, gangrænas, sphacelos. Manifestum autem euadit in maculis, quæ versicolores dominium humorum arguunt. Agitati autem humores si raptum suum habebunt ad caput, deliria à calidis, soporosi

Pestis in humoribus dissimilia gignit accidentia.

Pestis in sanguine.

Pituita

Bile flaua.

Bile atra.

Motus humorum.

ſi affectus à frigidis expectandi ſunt: ſi ad ventriculum, nauſeæ, creberrimi vomitus: ſi ad inteſtina, alui colliquationes, corpus vniuerſum ad extremũ marcorẽ deducentes. Huc refertur etiam principum corporis membrorum robur & efficacia. Cerebrum excremẽta ponè aures reiicit, cor ſub alas deponit: iecur ad inguina propellit. Vniuerſum corpus materias pernicioſas ſi fortè extrà corpus extrudere nequit, ad partes imbecilliores lõgiusq; à corde, qui fons eſt caloris, remotas exonerat: hinc euenit, vt nonnullis vlcera in tibiis exorta pernicioſa, phagædenica nõ valẽtibus illis ob ignobilitatem, putridos humores per viam ἀποσκήμματος eò excuſſos & detruſos repellere. Coaceruata itaq; illic & malignior reddita materia ſiderationem introduxit quæ non niſi igne vel ferro emendari potuit, vnde multi exectis virilibus, amputatis brachiis & pedibus vix tandem à ſerpigine huius mali ſeſe libertati aſſeruerunt. Ad hæc tria potiſſima genera omnis accidentium varietas primariò refertur, quæ poſthac loco proprio clariora euadent.

Vires naturæ reiiciunt morbificas cauſas.

Vlcera.

Sphacelus

Vtrum

Vtrum habitus corporis rarus, vel densus, aëri pestifero magis expositus sit.

CAP. XI.

VBi de causis aptitudinem siue dispositionem ad suscipiendam pestilentis putredinem cōciliantibus sermo habitus fuit, inter reliqua commemorata incidit mentio raritatis & densitatis pororum, non modò cutis, verum etiam vniuersi corporis, quod quibusdam in controuersiam vocatum est, ob plures quas pro suæ opinionis confirmatione vtrinque in medium afferunt rationes.

Quæ corpora pesti obnoxia.

Vnde emersit quæstio: An corporis constitutio laxior vel cōpacta, raræ inquam texturæ, aut arctior magis oportuna sit concipiendæ lui, ab aëre pestifero profectæ.

Densum corpus eiusq; dotes.

Densam corporis compagem, non leuibus moti rationum momentis, aliqui anteferunt, eò quòd ij, non facile venenum transpiratione admittant minusq; ab eo afficiantur, quod in senibus, & melancholicis verum esse, ipsa rerum demonstrat experientia. Si enim excrementis corpus vacauerit, & putredine

Densum corpus externis refragatur.

iam concepta perspiratio illi minimè interdicta fuerit, siquidem à circumdante nos

nos aëre, pestis seminaria veniunt, semper tutior est densitas, raritas verò, biliosis, ac iuuenibus familiaris, periculosa. Raritate etiam pororũ adiuuante, promtissimus patet aëri ad cordis penetralia accessus: vnde nonnulli à coitu, & sudoris profusione, aëri pestilenti occurrentes, è vestigio vitam cum morte commutare visi sunt. Balnea quoque corpora iis assueta, valde rarefaciunt: Veneris quoque vsus eneruat, & relaxat, vnde duo sequuntur dispendia: alterum quidem, quia facillimè venenum cor subit, deinde robur ad resistendum sublatum est. Agricolæ demum, ob labores & operas rusticas, quibus vt plurimùm, ad lassitudinem vsque addicti sunt, patulos, & hiantes cutis meatus habent, cuius merito facilè suscipiũt venenum, multoq; aëre indigẽt ob vehementiam caloris à laborum improbitate conceptam, & plurimi humidi absumtionem, quocircà spirando copiosiorem attrahunt: at in maiori quantò maior virtus? Duplici igitur de causa, plus cæteris, lue grassante infestantur. Concordes cum dissentientibus reddere volunt aliqui

Rarum iniurius exterioribus peruium.

Balnea & Venus eneruant.

Agricolæ facilimæ peste corripiuntur.

Conciliatio gregaria. distinctione producta, adeò trita & vulgata, vt lippis & tonsoribus notissima sit, necdũ digna, vt ab eruditis arbitri munus subire concedatur. Malis (inquiunt) forinsecùs occurrentibus obuium est *Rarum corpus externa facile arripit, sed interna excutit.* valde corpus rarum, si verò intus obortum fuerit periculum; præstabit longè compacto rarum: quod si verò in meditullio corporis principium fecerit malum, obturatiq; sint meatus corporis, ne*Densum externis resistit interna non facile profligat.* que arte extrudi, neque sponte exhalare poterit humor noxius, proptereaq; auctus in maius coniiciet discrimen ipsum ægrotantem: accidentibus autem foris obuersantibus ob duritiem & soliditatem vehementiùs resistit quàm rarum. Nos absque vlla diorismo maioris *Rarum denso præferendum.* æstimamus corpus rarum quàm densum illudq; minùs læsioni esse idoneum, & affirmamus, & pro virili parte verum esse comprobabimus. Vbi enim meatus cutis, & corporis vniuersi non occlusi *Rari corporis commoda.* astrictiq;, verùm reserati, patentes, permeabiles, vel à prima origine ab vtero, vel exquisitè circà corpus obseruatis rectè tuẽdæ valetudinis præceptis, depræhensi fuerint, id emolumẽti hinc ad nos

redit,

redit, quòd calor internus, adſidua, iugiq; euentatione, nunquam deſtitutus, expellendo fuligines, aëris blandi aſpiratione mitior redditus, purus, ſincerus, impermixtus, & validior ſeipſo efficitur, quorum beneficio imminentibus læſuris cauſis procatarcticis, corpus minimè diſpoſitum, recipiendis noxis obiicitur, imò propulſandis quibusque iniuriis, validum atque robuſtum exhibetur. Calor etenim noſter vernaculus, eiuſmodi excrementis quotidiè perpurgatus, æſtu feruoreq; illius nonnihil auræ frigidioris appulſu emendato, efficacior redditur, ita vt naturam Eucrati propè induat, cuius proprium eſt, ex æquo reſiſtere, tàm foris oppetentibus, quàm intus progenitis malis. Atqui per meatus peruios, & patentes aër faciliùs ſubit & permeat, excluduntur retorrida excrementa: Secus in denſo, vbi arctatis, & conſtipatis meatibus, calor intus coërcetur, neque ſe tàm exactè à ſuis fumis repurgare poteſt, impurior idcircò redditus, ventilatione neceſſaria deſtitutus, ex facili corripit malignę luis ſemina per aërem in corpus traducta, cum ſua ſponte

Denſum corpus obuium putredini.

te putredo, nullo auxilio exteriori intercedente iam proditura fuiſſet. Prætereà ſi irritis naturę reſiſtentis conatibus, fruſtrà certatum fuerit, & ob vim magnam contagij aliquid illius inflictum fuerit, facilior & magis expeditus reditus ad priſtinum ſtatum præſtat corpori raro quam denſo. Hoc eſt quod Galenus annotauit ὡς ῥᾴστην αὖθις γίγνεσθαι τὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδον. Venenum enim licet intimis cordis æſtuariis, penetralibusq; conceptum fuerit, per alexiteria oportunè exhibita tempeſtiuéque, auxilium nullo præſente obſtaculo, eo properat, & vbi vim veneni deleteriam proſtrauerit (per uia enim ſunt omnia, nullus obſtructionib. locus) id vniuerſum è corpore educere conatur, per ſudores potiſſimùm, per vrinas, ſenſus effugientem tranſpirationem, nonnunquam etiam per ſanguinis narium profluuium aut alui deiectiones copioſiores. Nihil enim impedimẽti in viis ductuum interiacet, quod remorari poſſit naturę & alexipharmaci operationem. Aliter in denſo ſeſe habet, in quo conceptum venenum, diſcuti, & difflari tàm facilè, neque per ductus naturæ

Citius raro corpore quam denſo expellitur peſtis.

turæ congruos, & conuenientes, tàm promtè educi poteſt. Suffragium huic opinioni ferunt liuores cadauerum, quibus cutis liuida ſanguine atro ſuffuſa aſperſis maculis variis obſeruatur, natura nimirùm ob cutis denſitatem non valente extrà corpus materiam morbificam explodere. Quod autem nobis aduerſari poſſe videtur, dilui facilè poterit. Etſi enim ſemina putredinis peſtilentis, cum aëre circumferũtur, ob idq; rarum corpus, vtpote plus aëris ſuſcipiens, longè magis obnoxium nõnulli exiſtiment: ſciendum attamẽ, id aëris, quod per habitum corporis, & arteriarum diaſtolen ſuſcipitur, nullius propè eſſe momenti, ſi conferatur cum eo qui thoracis dilatatione introrſum recipitur: qui pulmonis vaſa ingreſſus, abſque dilatione, per arteriam venoſam cordi cõmunicatur, ambiente vix habitum corporis pauliſper refrigerante, eiusq; vaporoſa recrementa excipiente, qui eas vires non obtinet, vt tàm feſtinanter, principi viſceri proximè coniungatur. Is verò, qui in arterias aſſumitur, licet ſpirituum vitalium ope, ad originem arteriarum quàm ve-

Cadauera peſte intereuntium liuida.

Refutatio aduerſariæ opinionis.

Plus ſpiritu quam arteriis aëris recipitur.

Maius periculum ab aëre pulmonibus recepto quam arteriis imminet.

Senes & Melancholici nō densitate pesti resistunt.

Quæ corpus rarefaciunt nisi vires sternant muniūt aduersus pestem.

locissimè deducatur, non est tamen eius vehemētiæ ob paucitatem, vt detrimento esse animali queat, eius instar, qui pulmonib. fortè exceptus fuerit, quod etiā Galenus innuere videtur, inquiens, ὡς τὰ πολλὰ δὲ ἐκ ἀναπνοῆς ἄρχεται τοῦ πέριξ ἀέρος ὑπὸ σηπεδονώδους ἀναθυμιάσεως μιανθέντος. Maxima igitur aëris copia per pulmones attracta si pestilentem commiserit, ægrè discutietur in densa, minori verò negocio in rara corporis constitutione. Quod de senibus & melancholicis affertur, quod ob cutis densitatem pesti minùs sint obnoxij: veriùs accusabimus in illis quidem temperamentum frigidum & siccum: in atrabiliariis humorē dominantem æquè frigidum & siccum, quæ quidem qualitates ex diametro putredini resistunt. Econtrà iuuenes, ob feruorem sanguinis calidi, mutuū symbolum habēt, cum aēre calido & humido, idcircò procliues sunt ad putredinem suscipiendam, susceptaq; magis periclitantur. Balnea, coitus, labores intempestiui, præterquam quod rarefaciunt corpus, insignē debilitatem introducunt: At desiderantur vires integræ, & præsentes, tàm ad o-

peratio

perationes naturæ obeundas, quàm ad resiſtendum cauſis morbificis : diſſoluuntur illic ſpiritus omnes, vnde non mirum aliquos veneri indulgentes & balneis egredientes ſubitanea morte oppreſſos eſſe. In ruſticis potiùs cacochymia, quia durum telum egeſtas, & laſſitudo, ob labores quàm habitus rarus culpari debet. Quapropter meritò raritas denſitati præferenda eſt.

Expenduntur rationes eorum qui cauſam peſtilitatis non in aëris putredine collocant.

Cap. XII.

AVctor eius dogmatis habetur Ioannes Fernelius Ambianus, in arte medica non aliter quàm Hercules in Augiæ ſtabulo repurgando vniuerſo vitæ tempore, & quidem feliciſſimè occupatus. Monumenta ſingularem, raramq; eruditionem teſtantia oſtẽdunt quàm longo interuallo omnes qui modò vel olim ſcripſere, à tergo reliquerit : vt nullus equidẽ illi par, nedum ſuperior iure haberi, cenſeriq; debeat: tanta dexteritate, ſermonis nitore, elegantiaq; diſſipata, ne dicam confuſa, diſperſaq; hinc inde, va- *Fernelii Galli Encomium.*

ſtæ artis volumina, in compendium redegit, vt nec quod intermiſſum deſideres, nec quod ſuperfluum reſeces, vix quod reprehendas noris ipſe. Quapropter noſtri ſeculi Phænix non indecoro elogio quibuſdam appellatus fuit, cuius viuacitatem vtinã fata illi conceſſiſſent, plurimos vtique relicturus fuerat puriſſimæ limpidiſſimæque ſcaturiginis ſuæ perennes riuulos, quibus horti Medici ſaluberrima irrigatione aſperſi fructus non abſimiles ædidiſſent. Attamen volumina quæ extant, famam nomenq; illius æternitati perpetuę iamdudum conſecrarunt, quare præſtiterit, pede reuocato, nihil quàm pauca de eius laudibus dicere, & quia iam maximus volitat per ora virûm. Is cui de abditis rerum cauſis titulum fecit libro, præter vulgatam & omnibus propè receptam opinionem contendit, peſtis cauſam non in aëris putredinem cõferri debere, & hoc duplici ratione probare nititur. Primùm quod nulla putredo, nulla intemperantior aëris conſtitutio, poteſt in valde multas mundi regiones euagari, in illisq; vigere. At peſtilentia tàm immaniter interdum

Peſtis cauſa non in aëris vitium conferenda.

Argumenta Fernelii.

1

dum ſæuit, vt vniuerſum pene orbem occupet, frigidas atque calidas regiones, ſiccas ac humidas, hyeme vt æſtate. Sub M. Antonio Imp. duas eiuſmodi fuiſſe commemorat: auorum memoria aliam, qua vix tertia humani generis pars ſuperſtes euaſerit. In dubium igitur vocat, tãtam ſtragem à leui putredine in aëre cõcepta ædi poſſe, quod & ex eo colligit. 2

Vniuerſales orbi peſtes.

Si (inquit) vna putredo tantæ perniciei cauſa foret, omnes animantes peræquè attingeret. Nam vti ſalubris aër, ſpiritu ductus, omnes animantes tuetur, atque ſuſtinet toti illarum generi ſalutaris, ità, qui putrida illuuie labefactatur, toti animaliũ generi æquè pernicioſus euadit, vt vnus omnium ſanitati, principioq; vitæ aduerſatur, & inſpiratus omnes peræquè lædit, neque homines magis quàm boues, aut hos potiùs quàm equos aut ſues. Itaq; ſi qua illinc peſtis incidet, omnium peræquè communis erit. Hoc tamen rerum euentu arguitur, vſuq; falſum depræhenditur. Compertum ſiquidem id omnes habent, peſtilentiam incidere aliã quæ ſolos boues iugulet, aliam quæ ſues, aliam quæ gallinas, aliam quæ

Non omnibus animantibus communis eſt peſtis.

Peſtes priuatæ ſingulorũ animalium.

Latentia pestis semina. solos homines. Ex his concludit cœca quædam latentiaq; pestis semina aëri esse tribuenda, quæ incautos insidiis structis ex improuiso ad necem rapiant homines, neque aliter, nisi effectibus, & euentibus, deprehẽdi possint, vnde euenit vt inopinatos plerunque feriant. Altioris sublimiorisq; causæ hoc esse inquit, quia putridus aër incremẽto pestis solum confert, ex sese vix epidemiũ, nedũ pestilẽtẽ possit producere: ob id causam pestilentiæ non aëris corruptioni, sed qualitati veneficæ, eiusq; nõ à mixtione elementorum, aut primarũ qualitatum, verùm à certa coniunctione & motu siderum dispari profectæ tribuendum esse. Vis totius argumẽti hoc nititur fundamẽto. Aër sincerus omniq; labis aspersione immunis ex æquo omni viuentium generi conducit. Eo nimirum vel nutriuntur, aut reficiuntur. Hoc si cõcessum fuerit, non absonum à veritate est, à natura contrariorum deprompta ratiocinatione, eadem ab impuro & corrupto aëre affici. Si itaq; pestis ab aëris putredine originẽ traheret, illa cum sit vniformis, eadẽ ratione grassaretur in bruta qua in homi

Siderum coitiones veneficæ pestem producunt.

Si ex aëre esset pestis cuncta animalia qui eum hauriunt infecta oportuit.

homines, pariter in quadrupedia, vt reptilia & volucria: neque magis suum generi perniciosa, interdum bobus infesta esset aut ouibus, reliquoq; pecudum generi, aliâs verò reliquis omnibus intactis, hominum duntaxat stragem insignem æderet, non plus hæc, quam illa, magis deniq; volucria quàm quadrupedia, vel insecta, serpentiaue prosterneret. Satisfieret meo quidē iudicio huic obiectioni exiomate superiùs in medium producto, Agens agit in subiecto disposito. Sol liquat ceram, indurat lutum. Ne tamen cuculi in morem κράμβην eādem subinde repetendo occinamus, non omnia animantia ex æquo salubri aëre indigere dicimus. Neque quod vni, omnibus de necessitate salubre esse oportere. Deinde etiamsi fuerit eadem vbique aëris putredo, num parem statuemus eandemque esse cunctis animalibus temperiem? Eodem ne robore omnibus viuētibus concessum esse vt noxia propulsent asseremus? Minimè verò. Determinandum siquidem pro veritate est dari aliis alia tēperatiora. εὔκρατος homo in cuncto viuentium genere: sunt vitæ diuturnioris, quemad

Solutio argumenti.

1

2 *Non omnia indifferenter omnibus salubria.*

3

Diuersitas tēperiei in animantibus.

quemadmodum Elephas, leo, quorum illi etiam ingenij & memoriæ authores nonnihil attribuunt: quod ad bonam illius temperiem referēdum ſanè eſt: huic verò ferarum Tyranno roboris culmen adepto, non'ne partium membrorumq; compagem ſolidiorem conceſſerimus? Vnde nam quæſo iſta? Perſpicaciſſimus naturæ ſecretorum perluſtrator Ariſtoteles lib. de hiſtor. animal. inquit: Vnumquodque animal ſortitum eſt figuram corporis, actionibus obeundis idoneam: quod Gal. tàm lib. de vſu partium, quàm eo cui titulum fecit, quod animi affectiones corporis temperiei ſint pediſſequæ, prolixiori ſermone oratorio potiùs quam medico more proſecutus eſt. Non enim quia manus talis, ob id & apprehēſio, ſed quia apprehenſio, idcircò etiam manus eiuſmodi figuratio & ſtructura producta eſt, quam etiam ſapientiæ cauſam Anaxagoras dicebat. Sicut ergò diuerſæ actiones, ita etiam diuerſa animalium temperamenta, quibus & actiones peragunt, & fortuitis accidētibus aduerſum ire dicuntur. Natura varia, diuerſas animalium effigies, temperies, mores ſtatuit

Actio prior tum membrū actioni destinatum.

Diuersæ actiones à diuersis tēperamentis.

ſtatuit, quibus obluctari poſſint extrinſecus occurrentibus, intùs verò bonitate mixtionis temperamenti, vincere poſſint inimica quæque, quo accidit vt ſtruthio camelo pro alimẽto ſit ferrum, carniuoris cruda, aliis verò ſola legumina frugesq́; eſui ſint conuenientia. Prodigioſam profectò confuſionem in rerum naturam inuehemus aſſerẽdo omnium animantium genera ex æquo aëre ſalubri indigere. Nam ſi ſimilia ſimilibus cõſeruãtur, iiſdem nutriuntur & fouentur, pro diſcrimine temperierum, tam aëre, quàm victu diſpari, viuentia vniuerſa fruentur. Abſinthium, aloe, amaro ad maritima littora pullulantes plantæ & ſtirpes, ſalſo maiori ex parte gaudent alimento. odoratiores coronariæ plantæ redduntur allio & cœpis circumdatę. his nimirùm ſordidius alimentum attrahentibus, purius verò expurgatum & defecatum illis quaſi ex induſtria cõcedentibus. Sturnos cicuta, veratro coturnices, cameleontem aëre, ſiue is purus ſiue noxius ſit ali proditum literis hoc, illa verò etiam quotidiana obſeruãtur experientia. Loca aliqua venenatorũ animalium feraciſſi

Non omnia animalia ſalubri aëre indigent.

Herbæ ſibi ſimile poſcunt nutrimentum

Fœtentes plãtæ ſimilibus nutriũtur, veluti etiam odoratæ.

Animalium varia nutrimenta.

Loca & regiones aliæ aliis salubriores.

feraciſſima: creta nihil peſtilens aut noxium producit aut fouet. Lupos Britannia non fert, quam diſcrepantiam vero ſimilius eſt, in aërem, quàm in alimenta referri. Leones, Cameli, Elephantes calidiſsimum poſcunt ad ſui conſeruationem aërem, quia in eo prodierunt in lucem. Clima calidiſsimum huiuſmodi ferax animalium, aliorſum delati vel moriuntur, aut non tàm benè vt illic vitam

Stercore viuentia animalia & inſecta.

tranſigunt. Vpupæ, cimices, veſpæ, crabrones, ſcarabei, muſcæ putri aëre oblectantur, ſtercoribus prodeunt & voluptuantur ob ſimilitudinem. Proinde ra-

Salubre vni non neceſſario etiam alteri.

tioni quidem conſentaneum eſt, ſalubri aëre ad ſui conſeruationem nullum non animal indigere, veruntamen ſibi conuenienti, & ſalubri, quo ad partem, aut ſpecies, non quo ad totum. Neque cuiuis id ſalubre eſt quod homini: nec quod aliis animantium ſpeciebus conueniens & familiare eſt, id neceſſariò homini

Tranſitus ab aëre peſtilente in puriorem repente factus noxius.

quoque conducit. Præterea quod ſi ſalubris aër omnibus ex æquo conferret, meritò quibuſdam interdiceremus à loco peſtilenti in ſincerum ſubitanea tranſitione. Loci enim mutatio, quatenus talis,

lis, nihil facit, ſed quia à conſueto, ad inconſuetum, quantumuis ſalubriorem, & puriorem aërem deducimur, tantum abeſt, vt aliquid pręſtet ille ſalubris commodi, vt citius è medio tollat, quàm ſi in peſtilente delituiſſent adhuc. Deinde, ſalubre refertur ad ea quæ πρός τι dicuntur, huic videlicet, aut illi ſalubre, non ἀδιορίστως pronunciandum: quod de alimẽtis docet Gal. nullum eſſe abſolutè bonũ, vel prauum ſed reſpectu corporis aſſumentis: ità aër dicendus eſt ſalubris, huic vel illi non vniuerſo. Salubris quidem poteſt eſſe in genere aër ille, ſed non ſemper cuique competens erit indiuiduo. Quocircà etiamſi cõceſſerimus id quod in controuerſiam, & diſceptationem venit, non ex eo inferri poterit corrupto aëre, vniuerſo animantiũ generi cladem infligi, cum quodlibet ex iis ratione ſuæ temperaturæ, & conſtitutionis corporis, aſſumat, nunc calidiorem aërem, nunc verò frigidiorem: in ſecundis quoque qualitatibus alij craſsiorem, vt ſeptentrionibus ſubiecti, tenuiorem & magis ſubtilem auſtrales expoſcunt: caliginoſus & obſcurus aër, profundioribus conuallibus

Salubre inter relatiua collocatur.

Alimenta reſpectiuè bona vel praua.

Aërem ſibi conuenientem hauriũt cuncta animãtia.

uallibus peculiaris, euētatus verò & purior, non adeò sordidus, excelsis, & editis montibus. Ita qui eiusmodi loca accolunt, sibi familiarem hauriunt spiritum, qui si corruptus fuerit, inficias nō imus, quin aliquid eis dispendij afferat, non tamen necessum est, id omnibus commune fieri, cum nō omnes vnâ, ex æqua portione, pari proportione, & mēsura eiusmodi vescantur aura. Taceam interim, eandem penitus rationem esse spetierū inter se, quæ est indiuiduorum. Quod si ex hominibus, nō omnes peste corrumpuntur, quid obstat quò minus afferamus eādem rationem inter animalia reperiri, quibus necessariò concedendæ sunt temperies ἰδιοσυγκράσιαι proprietatesq; genuinæ aduersantes veneno, repellentes noxia, & infesta: alioqui necessum esset interire omnes homines, omnia quoque animalia. Quinimò obseruatum est idem prorsùs euenire in brutorum genere quod vsu venit hominibus, nōnullos videlicet corripi, euincere tamen morbum, alios interire (quod ad virium referimus integritatem) pestem aliquando feris infestam, hominibus innocuam

Si non omnes homines peste laborant.

Ergo neque omnia animalia.

Peste humana non omnes intereunt: sic beluinæ superstites manent plurimæ.

cuam

cuam, his feris non perindè, atque aliis, neque omnia idcircò quæ infecta fuére pessundari animantia. Causa etenim diuersa dissimiles promit effectus, & diuersitas originis, vnde infectio dependet, & propagata subindè latius serpit, vt nunc hæc, modò illa animalia corripiantur, efficit. Auctotitate Principis Aboali hoc confirmari potest, qui exemplo ducto, à vermibus, & auibus, si inquit, è terra pestis, loca summa petenda: si verò à superioribus exorta fuerit, latebras imas, specus, & subterraneas cauernas esse subeũdas. Ideoq;, si pestis principium sumserit, ab exhalationibus è terra subleuatis, cõtagium sentiunt primò belluæ, eæq; potissimùm quę pronæ vagantur, & alimẽtum terra rostro pertusa educunt, quarũ seriei annumerantur porci, oues, & reliquæ pecudum species, quæ pronæ pascuntur. Si autem cælitus sit demissa lues, volucrum genus præceps labentibus pennis ruit, in id virus potiùs grassatur, adeò vt cateruatim aues & insecta deturbari visa sint, eoq; signo euidentissimo discrimen originis luis pestiferæ depræhensum est. Ea inquam est causa, cur pe-

Beluæ nõ omnes pariter peste corripiũtur, sed modo hoc modo illud genus.

Auicenna

E terra manãtem pestem sentiunt primum pecudes

Cælitus inflictam experiuntur volucres.

ſtis interdum pecudes, aliâs homines dũtaxat affligat, & cur neque volucrum genus immune ſit ab hac infectione. Inde Auernus Campaniæ quaſi ἄορνος, quod auibus careret denominatus, & præteruolantes (tanta vis veneni) vnico afflatu interimeret, perpetua ibi alituum peſtis ob continuum auræ peſtilentis ex lacu aſcenſum. Huc potiùs referendam cenſemus diuerſitatis rationem, non quòd totidem eſſe venena quot animantium genera (quantumuis cum Hippocrate id nonnulli opinati ſint) vt in illis ſingulis ἀντιπάθειαν quandam incognitam, noſtrosq́; non modo ſenſus latẽtem, verumetiam mentis iudicium effugientem ponamus venenoſitatem: vel dari dicamus putredinem nunc huic, nunc verò illi animantium generi infeſtam, eaq́; ratione vnicuique proprium & peculiarem attribuamus hoſtem, quo cum duello quaſi dimicandum, & decertandum ſit illi, pro inuadentis arbitrio, hoſtis verò ille cuniculis actis, rem pertentet & peragat, non aperto Marte ſuos proſternat antagoniſtas. Sunt qui diuerſitatem peſtium diſſimilitudini temperaturarum acceptum referant

Auernus Campaniæ.

Singulis animalium ſpeciebus non peculiares peſtes tribuendæ.

referant: nimirum, vt quemadmodum corpora putredinem recipientia plurimum à se inuicem discrepant, ita etiam diuersa habeant effluuia, quę non nisi sui generis animantibus exitialia sint. Vt à pomo citius pomū quam pirum putredinem concipiat: ita morbida cuiusuis feræ exspiratio missis aliis, suæ duntaxat speciei qua cum anologiam, siue occultam conniuentiā habet, seminarium cōmunicet. Vix alioqui, saluis medicorum principiis, aliud contagium tribuemus, solùm pecudibus perniciosum, aliud suibus, volucribus & hominibus. Sed satiùs fuerit dicere, vnam esse putredinem quę tamen ratione maioris & minoris vt loquuntur logici à se inuicem differat, maiores interdum vires concipit, debilior est aliquando; & hinc diuersitas actionum emergit, vt robustissimę belluæ corripiātur, aliâs imbelles duntaxat & effœminatiores. Nam si qualitates aëris à cōstellationibus immutati, vel terreis inquinamentis polluti, consenserint, non modo aluntur, verumetiam augentur; vires sumunt; vegetioráque redduntur seminaria, vt ne quidem robustissimis

Vt eadem putredo sic eadē pestis.

Putredo incrementa & decremēta admittit.

Robusta animalia fortius pesti sese opponunt.

parcant. Quorsum etiam resistentia referri debet, cum corpora aliqua vehementissimè resistant, alia suscipiant quidem seminaria putredinis, ea tamen liberali naturæ beneficio euincant, & profligent, alia verò victa intereant. Potentissima igitur causa etiam ferocissima animalia subigit: Ignauior, infirmorum solùm animalculorum stragem ædet: non neglecta exortus diuersitate, quæ nō leuem parit in infectione varietatem, sicuti paulò antè relatum est. Non ob id tergiuersabimur, cœlitus sæpenumerò infligi contagia, eorumq; causam neque octauæ sphęræ motum rapidissimum esse, neque Solis in Zodiaco perennē motum, hyemis æstatisq; auctorē esse, alioqui continuæ essent pestes, quemadmodum statā, & æstiua, & hyberna tēpora, cum continui periodiciq; motus iidem semper sint, neque aliter sese habeant nunc quàm olim, sed eclipsibus, coniunctioni errantium stellarum & oppositioni, quæ pro diuersitate concurrentiæ, effectus diuersos parturiunt, imputanda hæc calamitas. Ea non modò in alterationibus aëris versatur, verumetiam in totius

Pestis ortus illius differentias indicat.

Pestis diuinitus inflicta.

Planetarum coniunctiones noxiæ pestem inducunt.

totius ſubſtantiæ corruptione. Proinde non iure in nos quadrat illud, aëris manifeſtis qualitatibus quæ in calore, frigore, humore & ſiccitate verſantur, ſicut Epidemiorum ſimplicium, ita etiam peſtilentium originem tribuere, verùm totius ſubſtantiæ corruptioni, quam prouenire aliquandò à cauſis ſublimibus nõ inficiamur. At nõ ſemper, neque tamen aſſerimus, ſuperiora in noſtrum corpus agere, niſi aëre intercedente, qui vel per ſeſe, aut inficiendo alimenta, aquas, fruges, arborum fructus, in noſtra corpora agere cõſueuit. Id quoque veriùs quàm vt probatione egeat, terram tetris halitibus, aërem inficere, nec non corporibus noſtris ineſſe hoc, vt putredinem contagioſam, non ſecus ac venenum, in Epilepticis & hyſtericis, in ſemetipſis generent, aliisq; communicẽt, teſtimonio Galeni, verum euadit, dicentis medicos inueſtigare ſolitos, an veneni propria extent ſigna, eò quòd ſæpenumerò videant citrà letalis veneni potionem humores, ſimiliter, vt epoto veneno, corrumpi: Ex his patet non ſemper cœca, abſtruſaq; peſtis eſſe ſeminaria, neq; è ſublimi ſiue

Cælitus aër etiam iuxta ſubſtãtiã permutatur.

Cæleſtes cauſæ vim ſuam aëri impingũt

Et terreſtres cauſæ labem aëri impertiũtur.

Venenum in corpore genitum.

Cœca peſtis ſeminaria minimè conſtituenda.

cœlesti origine eam dependere, illinc inferiora demùm propagari: Sed aërem ex variis, humilibusq; causis, sæpissimè corruptum, pestem mortalibus inducere. Quod autem de aëris intemperie obiicitur, non esse tantam ipsi vim, vt in varias orbis plagas extendi, aut diduci valeat, dilui quàm facilè poterit. Suprà etenim dictum est, aërem ventorum vi, & aliis de causis, per se quidem purum, magis subindè repurgari, ideoque non diu cõtagij malitiam detinere. Nihilominus per varia hominum commercia, peregrinationes, & itinerum frequẽtationes, latiùs serpere contagia, & etiam ad loca non infecta traduci, per negociatores, qui mercibus sæpè mortem conclusam circumuehunt, quotidiè obseruamus. Quapropter tunc temporis publica conuenticula interdicta, vrbe excluduntur peregrinantes, prohibentur viatores, potissimùm, qui è suspectis venére locis. Ex Aethyopia, Atticam vniuersam, ventorum adminiculo, translata inuolauit lues. Nostra quoque ætate expeditione à Maximiliano II. Cæs. Aug. inclyto aduersus Solymannum Turcarum tyrannum

Aër contagia traducit.

Mercibus fomes pestilens latet.

num ſuſcepta, inuaſit exercitū lues quæ à regione Vngarica denominari cœpit. Ea exauthorato, hinc inde dilapſo domumq́; reuertente milite, tàm per Germanias, Bohemiam quàm Italos & Belgas diſſeminata vſque adeò ſæuiit, vt non modò ex Vngaria reduces, verumetiam plurimos eorum qui nunquam expeditioni affuerant, interemerit. Diuerſoria itinerum, cateruatim laborantibus repleta, viæ cadaueribus occupatæ, illinc in viciniores domos, & villas vniuerſas inquinamentum tranſlatum eſt, nulla aëris, quò ad ſenſum præcedente corruptione. Satiùs igitur fuerit medico artifici alioqui ſenſibus quaſi ſcopulis affixo, inferiores & particulares cauſas ſollicita indagatione inueſtigare, iisq́; repertis curationi per indicationes proprias, eaſque certiſsimas inſiſtere, non rapto velut in extaſin, ſublimia penitùs contemplari, quæ extrà noſtrum captum penè poſita, parum aut nihil ad curationem faciunt, & quia primæ, ſuperioresq́; cauſæ, non niſi per ſecundas, & particulares, tanquam per media agunt, quæ à nobis in conſiderationem adhibentur, & ex iis

Lues Vngarica toti Europæ communicata.

Medico præſtat ſenſui obuia perluſtrare.

fontibus, felicior medendi ratio, quàm ex abstrusis, latẽtibusq; causis extruitur.

An febris pestilens citrà humorum putredinem consistere possit. CAP. XIII.

NIcolaus Massa celeberrimus Venetiis medicus, deq; vniuersa Medicorum schola optimè meritus, libro Epistolar. decima quam ad Montanum scribit, asserere videtur, non omnes febres pestilentes putredine cõstare, quia etiãsi aër putris sit, non ob id ex necessitate consequi, etiam humores ilicò putrescere debere. Non quidem negat aëris putredinem pestem in nobis parere posse: at non semper, licet putris sit aër, putrescere etiam humores corporis nostri: quocircà ad constituendam febris pestilentis essentiam non necessariò requiri, vt ponatur etiam putredo in corpore. Hoc dogma auctoritatibus, & ratione fultum, accerrimè defendere conatur.

Massa non omnem pestem à putredine oriri asserit,

Et quantumuis (inquit) Galenus passim lib. de differ. febr. & Epidem. statuat pestem tunc demũ fieri perniciosam, cum in humoribus maxima fuerit prætèr aëris corruptionem putredo, non ob id inficias

Datur pestis absq; eo quod humores putrescant.

ficias ire poterit, interdum etiam absque putredine pestem oriri in corpore, quia venenosa aeris qualitas (causa inquam pestis præcipua & externa) noxam introducere poterit, sine eo quòd humoribus labem aspergat, potest aliquibus partibus indulgere, alias verò aura venenata opprimere, & intereà succi immunes ab infectione putri relinquuntur. Imprimitur itaq; pręter putrediнē etiam qualitas resultans ex aêris malitia, quę est vitæ cõtraria, illa vapores, spiritus, & etiã membra solida sine putredine alterat. Ex eo patet, quia videm⁹ corpora purissima infici, vbi nulla omnino putredinis alicui⁹ sese prodit suspicio, quẽadmodum etiã ex Galeni hypothesi duorũ extremorũ corporis habituum euchymi inquam & cacochymi, vbi neruos resistẽtiæ vniuersos in passuri corporis eucrasia, quæ per probã & inculpatam diætam fouetur & conseruatur collocat, manifestum cuiq; euadit. Tunc si purum, si sincerum fuerit corpus, (quia nulla ad putredinem dispositio) patietur quidem à vehementi aëris putredine, sed ità, vt mala qualitas, exitialis, duntaxat, non putredo introdu-

Qualitas ex aëris malitia impressa nullam producit putredinem.

In laudati succi corporibus gignitur pestis absq; putredine.

In cacochymis è vestigio putredo generatur.

catur, quæ in cacochymis extemplo generatur, cùm aliâs ex sese, absque aëris exterioris adminiculo, illis putredo in corpore proditura esset. Validis auctoritatibus suum hoc placitum defendit:

Auctoritas Auicennæ & Galeni.

Principis nempe Aboali qui cap. de Synocha refert, nõ omnia à putrido aliquo alterata putrida idcircò euadere : nec non Galeni, cuius potior est vis, qui ab initio aliquas pestilentes tradit hecticas, quibus cum verè putribus vix aliquid cognationis est. Ergò dantur pestilentes, quæ tametsi ab aëre putri inchoarint, & inquinamenti exordia sumpserint, non ex eo putridæ sunt habendæ, quia aër sordidus, præter putrem, etiam venenatam qualitatem imprimit, corporibus, potissimum tersis, politis, & mundis, cui nihil cum gregaria putredine commercij est.

Etiam aër putru non semper putredinem inuehit.

Examen huius opinionis.

Collatione opinionum, eliciamus veritatem, veluti ex mutuo contritis silicibus, ignem extundimus. Aëri veneficam tribuit qualitatem, quæ tamen non absque qualitatum primarum manifesta alteratione, aëris item substantiæ conspicua corruptione consistit. Qui igitur fit, quòd excessui huic in qualitatibus factæ

Malignam qualitatem nõ describit Massa.

nullam

nullam appellationẽ denominationẽq; indit: silentio præterit qualitatis nomen, qua peccante eiusmodi exurget malignitas. Etenim, si venenum illud, non est absque calidi, frigidi, humidi, siccíq; manifesta alteratione aut omnes peræquè, aut vna duæ'ue copulatæ qualitates certissima eius qualitatis tam malignæ exhibebunt indicia. Et siquidem illa aëris iniquitas, in primis cõsistit qualitatibus, & substantiæ aëris corruptione: aër verò in nostra corpora, nõ aliter agit quàm qualitatum alteratione, aut suæ propriæ, vernaculæ, germanæq; substantiæ permutatione, qua fronte negare audebimus, eadem quoque præstare in corpore, quibus ipse præditus fuerit: illic quoque alterationem in qualitatibus moliri, aut toti substantiæ vim facere. Est ne vel minima corporis particula humor quispiam, spiritus denique ipsi, quæ non ex quatuor qualitatum temperie conflata sit? ex illis vnam habent dominantem aliam verò illi comitem & asseclam. Ea si à causa exteriore permutabitur fortè, dum similia similibus respondent, certè qualis fuerit aër tale & subiectũ in quod

Malignitas aëris in quo consistat.

Omnia in corpore qualitatum mistione constant.

Causa respondet effectui.

aget

aget. Hoc à natura agentium & patientium petitur argumentum. Prætereà in omni actione alterationeq; vim agentis recipit prius id quod symbolum aliquod siue concordiam affinitatemq; obtinet, quod sua natura faciliùs alterari est aptũ, deinceps cætera, progrediente in operando causa efficiente, quæ ordine in cognatione & propinquitate succedũt.

Proportionata prius alterationem recipiunt, à quibus ad dissimilia progressus.

Si itaq; immoderatus transitus à statu naturali ad eum qui naturæ est alienus depræhensus fuerit, eãdem declinationem in corporibus pariturus est; & si illi qualitates conspicuæ assignantur, huic perinde tribuendæ erunt, cum causa nõ possit esse toto genere nobilior, neq; vilior, effectu producto, quod fieret si qualitates manifestæ, occulti quidpiam veneni in corpore producerent, in quo nulla prorsus primarum qualitatum exuperantia obseruari posit. Atqui suprà dictum fuit, calida extremè, & sicca, neque frigida, putrescere posse, solum calida humidis permista putredini esse obuia, cuiusmodi vitiosa inquinamenta, si in aëre obseruabũtur, easdem proculdubio in humanis corporibus educent propagines.

Manifestum quid obscuri producere nequit & è contra.

Si qualitatibus conspicuis vitiatus erit aër non potest non putredinem accelerare.

gines. Quod si substantia aëris corrupta fuerit, vti illius corruptio vix cognosci potest, absque qualitatum permutatione, cum substantiæ oculis minimè, nisi per sua accidentia subiiciantur, ita dicemus etiam in corpore periculum à substantia aëris impendens, per accidentia in corpore producta conspicua euadere.

Substantiæ per qualitates innotescunt.

Et hoc tàm verum quàm quod verissimum, faciliùs alterari ea quæ sunt affinia καὶ ὁμολογούμενα, quàm quæ procul odiis & altercationibus à se dissita sunt. His constitutis quàm difficile persuasu & creditu sit, aëris in qualitatibus intemperantiam in corpore venenum producere, nulla conspicienda qualitate præditum:

Aëris intemperies venenum in corpore minime gignit.

prętereà intactis spiritibus & humoribus substantiam cordis & vniuersi corporis aërem impetere, quilibet sanus & rationis compos apud se ipsum perpendere poterit.

Substantia cordis illæsis humore & spiritibus ægro patietur.

Nam vt textum Galeni (qui infrà vbi de pestilentibus hecticis differetur clarior euadet) præmittamus, qui sic habet. Etenim sunt, vt docuimus, pestilentiales non paucæ, ab initio vsque hecticę, distantq; ab omnibus aliis febribus, quæ ex magna putredine oriuntur: sanè eo loci

Auctoritatibus respondetur.

Hectica pestilens.

loci Galenus apertissimis verbis asserere videtur, dari pestilẽtes, quæ hecticarum more primo protinùs insultu, substantiã cordis occupent, illicq́; sedem sibi constituant, nulla omninò præcedente spirituum vel humorum alteratione. Quo pacto hoc euenire possit cõsiderandum: Pestilentem hecticam producit aut aër circumdans, is quoque pectore spirãdò, aut venis pulsatoris habitum corporis percurrentibus attractus: vel vapor intrinsecùs genitus, à subiecto putri eleuatus cordi virus impertiẽs calidum, quod & in diariis, à suppuratione productis, conspicuum euadit. Et quia agentia patientiaq́; mutuum desiderant cõtactum, quid est quod permutare posit cordis temperiem naturalem, ipsius substantię, vel carnosæ, fibrosæq́; portioni natura insitam? Non'ne aër maligna qualitate imbutus? Nimirùm. At is quomodo cordis penetralia subibit, nisi attrahatur à pulmonibus, deinceps cordi per arteriã venosam transmittatur? Ea ventriculum dextrum ingreditur, atque sanguinem participem reddit eorum quæ aduexit, qui cum spirituosus sit & feruens, vtique

Generatio pestilentis Hecticæ.

Hectica pestilens vel ab aëre externo vel vapore intestino.

Ab aëre pestifero, spiritus prius cordis tum sanguis & eiusdem substantia afficientur.

vtique verisimile est, ea in primis alterationem suscipere, quæ sunt subtiliora tenuioris, aëreæq; substantiæ, cuiusmodi sunt spiritus, quibus eadem ratione succedit sanguis, faciliùs ipsa cordis substãtia alterari aptus. Arteriis quoque per corpus sparsis aër pollutus si attrahatur, cum iisdem sanguis tenuior spiritui permistus (vt rectè contrà Erasistratum Galenus, & ipsa ἀρτηριοτομὴ docent) ne dicam cònfusus contineatur, per earundem oscula exilia in cutim terminantia receptus, immutabit spirituosum illum sanguinem prius, quàm corpus arteriæ, citatiore cursu, per mobile vehiculum vis aëris inquinati deferetur ad cordis sinus, quàm infecta arteriæ densior substantia, per continuam successionem, propagata infectione cordis substantiæ virus cõmunicet, ibiq; illæsis succis quibus sinus cordis vterq; turgent, hecticã pestiferam cordis solidiori corpori infligat. Par de vaporibus iudiciũ sumitur. A putri re, in corpore existente, vapor similis effertur. Et quia dum corpus naturaliter sese habet, functionesq; animæ inculpatæ omnes peraguntur, ex vapore sanguinis, quem

Aër noxius arteriis exceptus quopacto cordi virus communicat.

Sanguis & spiritus in arteriis facilius afficitur ipso corpore arteriæ.

Vapor malitiosus in corpore genitus.

Vapor sanguinis spiritus naturalis.

quem aliqui ſpiritum naturalem vocant, exigua præmiſſa alteratione vitalis, hoc parumper refrigerato, animalis generatur, videmus identidem, etiam in conſtitutione corporis, non naturali euenire: vapores à rebus putridis in bubonibus, vel aliis abſceſſibus putreſcẽtibus emergere, halitus fœdos qui febres accẽdunt,

Etiam putres vapores ſpiritus corporis primum inquinant.

diarias, tantùm in ſpiritibus fixas, & pure abſoluto, vitioſaq; materia à natura operatrice, ſuiq; indiuidui curioſiſsima conſeruatrice, edomita, & euicta, non modò remittere, verumetiam ex toto deſerere febres. Qui epilepticus, auram frigidam,

Vapor Epileptici ſpiritus inficiebat.

è pollice pedis, pedetentim caput conſcendere ſentiebat, aut vapor ipſus erat, aut venenũ ope ſpirituum apicem corporis, leuium omnium corporum inſtar, petebat, & per ſenſilia loca iter faciens, frigoris ſenſum tàm manifeſtum producebat. Conſentaneum itaq; eſt prius ſpiritus, poſtmodũ humores alterationem ab aëre exortam perſentiſcere: demùm

Pollutis ſpiritibus & ſanguine demum ſolida cordis ſubſtantia alteratur.

perſeuerante, neque à calore natiuo & influente euicta putredine, congruum eſt procedere malignitatem, & ad ſolidiorem cordis ſubſtantiam, quam ſi putredinem

tredinẽ vocare noluerimus, fateri quoque necesse est pestilẽtem non esse, cum hectica sit calidus siccusq; morbus: putredo verò omnis in humido. Proinde si pesti nullas manifestas tribuemus qualitates, sequetur neque putrem neque hecticam esse. Si enim hectica, erit intemperies sine materia, erit morbus calidus & siccus, venenum calidum & siccum: Et si effectus, euentaq;, causis originibusq; respondent, aër quoque non venenatus, sed calidus & siccus erit, qui neque frigidum vtpote contrarium, neque occultum morbum, cum insignitus sit manifestis qualitatibus, producet vnquam. Non itaq; à causa occulta ægritudo pestilens, clancularia, suborietur, neque à causa patente, obscurum quid, & latens prodibit, sed morbo plano existente, palam etiam causa patebit: neq; præterire possumus, quantumuis subducere nos conemur, quin manifestas qualitates pesti assignare cogamur. Eæ autem potiùs in calido & humido ratione putredinis ponentur prę ſertim medicis, qui latentium abstrusarumq; causarum & effectuum indagationem accuratio-

Hectica nisi sit putris non erit pestilens.

Pesti manifestæ qualitates tribuendæ.

Pestis morbus planus.

Ergo & causa non occulta.

Putredo pesti assignanda.

rem floccifaciunt, eaq; prouincia physicis delegata medendo solùm ex signis morbo illiusq; causis perspectis, vacare consueuerunt. Tum quia vix datur corpus εὔκρατον, siue temperatum ad pondus, hoc potissimum seculo, quo ingluuiei certatim incumbitur, & vix reperire est corpus, adeò ad amussim perpurgatum, in quo non vestigium aliquod putredinis, aër putris figere possit, aliud, ab imaginaria venenata qualitate. Quod si venenositatem, aut malignam qualitatem appellare maluerimus quid quæso dicemus? Ne hilum quidem: determinandum siquidem fuerat, in quo statueremus eam disparitatem, tota natura repugnantiam & dissidium, quod est venenis cum corde, & illius nobiliori parte substantia videlicet: tum quæ'nam reddi possit ratio cur missis spiritibus, & succis in corde contentis, substantiam duntaxat illius offendat, neque solum τὸ ὅτι, sed etiam διὰ τὸ ὅτι explicari oportuit. Taceam rarò hoc contingere, quin hectica cum putri copuletur, in sui consortium trahente corde & humores inclusos, & econtrà, ex causo sæpissimè hecti-

Imaginarium est corpus purum in quo aër putredinem non possit conciliare.

Venenata qualitas nihil innuit.

Hectica raro absque putri febre.

ca exurgente producta. Nisi ponamus affinitatem quandam substantiæ aëris; cum substantia cordis, quemadmodum qualitatibus illius, cum spiritibus & humoribus, vtpote feruente aëre, spiritus, vaporesq́; accendi, conflagrareq́;: at vbi nulla sensui patens in aëre conspicietur alteratio, tunc demùm arbitrandum etiam in corpore idem euenire, vt nulla infligatur labes spiritibus, & sanguini, solamq́; duntaxat cordis immutari substãtiam, quæ quàm vanis & friuolis nitantur rationibus cuiuis obuium est. Quod secũdo loco affertur ex principe Aboali capite de febre sanguinis. Non necesse est vt omnia quæ à putrido alterantur, putrida euadant, eiusq́; culpa in passi resistentiam quod renitentia sua prohibet introduci qualitatem agentis, confertur, sciendum, quòd si absque distinctione & diorismo id concedimus, conuelletur & ruet axioma philosophicum, quod agens in sui naturam conuertat passum. Nam tametsi non semper agens intentum adipiscatur finem, non tamen ex eo inferendum, agens id non conari, & quantumuis obstet resistẽtia passi, quo-

Auctoritati Auicennæ respondetur.

Agens etsi voto frustretur, tamen id conatur quod agere natum est.

minùs desideratus producatur finis, antè agendum conceptus, non tamen, vsque adeò contumax ponenda est renitentia, quæ prohibeat ex toto agens, quò minùs peragat id, ad cuius actionem natum est, quia absurdum esset asserere agens non esse agens, sed potiùs pati à contrario.

Putris causa putrediné inducit.

Causa enim efficiente putrida posita in actu, necesse est vt ratione sui putredinem inducat, si non perfectam, suisq; absolutam numeris, attamen leuem.

Renitétia passi obtundit sed non extinguit agentis actiuam vim.

Concedimus etiam resistere patiẽs (quapropter & agentia intereà dum agunt repatiuntur) & non suscipere semper agentis impressionem tantam, vt perfectè res talis habeatur, interim tamen refragari minimè possumus, putridam causam inchoare, & moliri putredinem etsi ob impedimenta varia eam integrè semper perficere nequeat. Quapropter posito

Hectica parũ similitudinis cum putri.

aëre putri, secundum substantiam alterato, quomodo ille producet hecticam subiecto differentem, cui præter caloris accensionem nihil prosùs cum putri commune est? Putris quid ædet, quod licet non sit extremè absolutum, ex Dialectico tamen principio, magis & minus, intensio

intenſio & remiſsio nō faciunt differentiam ſpetierum: neque hîc pronunciandum eſt, tãtam eſſe vim reſiſtendi in paſſo, vt deleat penitùs & extinguat agentis naturam, in tantum vt contrarium producat eius quod intenderat. Contraria autem ſunt putridum & non putridum.

Quamobrem lotia peſte correptorum ſanis perſimilia ſint. CAP. XIIII.

DEmonſtrationi quàm auctoritatibus potiorem adhibendam, illa verò cum deſtituimur ne his quidem omnem proſus abrogandam fidem, præſertim ſi quippiam veriſimilitudinis præ ſe tulerint, in ambiguis & de quibus plurimum inter doctos eſt controuerſiæ materiis, maiores noſtri & docuere, & in ſcholaſticis diſputationibus longo præſcriptionis vſu iampridem receptum eſt. Cum itaq; auctoritatibus aliquatenus reſpondendo, ſatisfactum fuerit, rationes quoque expendendæ ſunt aduerſariæ, quæ plus equidem roboris & efficaciæ, & ad perſuaſionem, & ſi ea locum non habuerit ad deuincendum obtinuere. Eæ verò huiuſmodi fermę ſunt. Si putre-

Demonſtratio ni maior quā auctoritatibus fides.

Putredo lotiis animaduertitur.

do,inquiunt, humoribus esset introducta, sanè vestigium vel imago aliqua putredinis obscura, vel conspicua sese exhiberet in lotio cernenda. Quod cum sit percolamentum,aquea & serosa sanguinis, qui in venis delitescit, portio, ab emulgentibus exucta, in renes, deinceps, per vasa vrinaria, in vesicam deducta, tanquam per incerniculum, quam certissimè locorum quæ peragrarit, originisq; suæ, vnde abscissa & resecata fuerit, affectus & dispositionis exẽpla ædet, eaque in colore, substantia, vel residendentiis apparebunt. Hinc euenit,vt vulgare febrium putridarum genus ex vrinæ colore rufo, & igneo, ex substantia crassa, confusa, perturbata, omni collectione destituta, nec nebulæ, sublimamenti vel suspensionis, neq; subsidentis in fundo materię participe deprehendatur. Tum quidem à naturæ peculiari,benignoq; statu, secessio facta est. Vnde si reuerti concessum fuerit, conspicientur lotia, colore spiceo, quem messe, segeteq; matura, aristæ prę̨ferunt, substantia inter densum & valde pellucidum, media quæ & διαφανὴς, sedimento candido, globoso,

Vrina quid sit?

Vnde deriuatur vrina.

Febrientium lotia.

Coctionis indicia ex vrina.

globoso, vndiquaque sibi æquali quod in abscessibus saniei ἀναλόγως respondet. Et hæc coctio dicitur, quam in tertio quoque die recurrentibus febribus ex coloris duntaxat permutatione, non ancipiti præsagio prædici posse Galenus asseruit alibi. At in pestilentibus tantum abest, vt aliquid portentosi signi in lotio sese exerat, vt indicia omnia salubris laudatæq; vrinæ adsint, ideò sanorum vrinis quam proximè accedentia conspiciuntur, vt vix aliquid discriminis inter sanorum, & peste correptorum vrinas depræhendi posit. Proinde quantumuis libro Crisium, & interpretationibus in prædictiones Hippocratis editis subindè repetat Galenus neminem vnquam laudata vrina fatis concessisse, hunc casum Princeps excipere videtur, cum ait: Et quandoque est vrina in febribus pestilentialibus bona & naturalis, in sui substãtia, & colore & sedimine, & ille cuius est, tendit ad mortem. Ex allatis argumentando deducunt. Si est putredo in pestilente ea verò in humoribus delitescit, cum lotia sequestrentur illinc, orta vtique attestabuntur principiis. Ergò

Colorũ mutatio in tertianis coctionem arguit.

Pestilentium vrinæ sanas referunt.

Vrina laudata nunquam letale signum.

Auicennas diuersum sentit.

Si pestilens est putris signa in vrina putredinis apparebunt.

etiam vrinæ inquinabuntur feminariis quibusdam vel signis putredinis. Consequens est falsum, vt antea & auctoritate & rationibus probatum est: Ergò & antecedens. Non itaq; putrida est pestilens, sed aliquid veneni occulti quod aspergere potest labem, & corpore animam excludere, etiamsi humores intactos impollutosq; reliquerit, Eáque ratione concedi quidem posse, in aëre putridum quid latere, non tamen id impertitur malignitatis portionẽ humoribus, sed aut spiritibus, aut solidioribus membris & eam quidem esse internecionis atrocissimæ auctorem. Quod pro huius ambigui enucleatione affertur somniũ ne dicam vel commentum conciliatoris omninò explodendum, qui in fine differentiæ 94. ità ait. Propter quod vrina naturalis videtur existere, similiter & pulsus, cum fuerit ità natura perterrita, & succumbens, vt & nullo attentet insurgere contrà morbum modo, sed cõuertat se vt corpus gubernet velut in sanitate. Etenim eo loco naturam non modò solertem, prouidam & sagacem, verumetiam rationis & intellectus capacem, affect

Apponensis conciliatoris reprobata sententia.

Natura consternata vitæ consulit non morbi extirpationi.

affectuumq; θυμικῶν (quorum proprium est terreri & metuere) participem ponit, inquiens eam magnitudine, & peruersa putredinis qualitate, & gradu, non audere cominùs aggredi coctionem, sed sese clanculũ intro recipere, quasi subducere subtrahereq; ab hoc onere, cui ferũdo impar sit, sese velit. Ac si κτ̀ προαίρεσιν natura suas functiones obeat, cognitionisq; priuilegio dotata, in deliberationẽ vocet, quid leue, quid'ue difficile prostratu sit, eaq; ratione exploratis viribus cõsilio maturè inito illud strenuè aggrediatur, hoc verò ignaua & imbecillis fugiat, & ad alimenta conficienda, vt quo ad eius fieri potest vel tantillum temporis vitam proroget, sese conuertat. Non'ne ciborum subactio, & confectio, naturæ est munus, & illius quidẽ coctricis, quæ dum saluæ sunt res, & valetudine integra homo perfruitur, illis operis vniuersa vacat, distributione alimentorum tota occupatur? At eam intelligentem is facit, vt si præsens fuerit causa morbum pariens, vires primùm suas dimetiatur, quas si pares, aut superiores futuras deprehenderit, tanquam hostem illam sibi

Natura non consulto vel ex deliberatione agit.

Natura eadem cibos subigit & aduersum morbum pugnat.

proponat debellandam: quod si virib. propriis fidere nequeat, tùm desperata victoria ad pristinas actiones receptui canendo reuertatur. Nunquam coctrix facultas nisi irritata, putredinis violentia, ceu stimulis exagitata, aut alterius cuiuspiam malignæ qualitatis aculeis puncta, materiæ aduersariæ, & offendentis subactionem molitur: ea si absuerit, reliquũ tempus omne cibis conficiendis & nutriendo corpori absumit: quòd si putredo irrepserit, aut aliud quid naturæ inimicum corpus inuaserit, à quo vellicatur & vrgetur, tùm calor omnium actionum naturalium architectus, illi sese opponit, &ità alternatim acerrimè dimicando, alterutrum succumbere, victore superstite necessarium est. Hæc operationum à materia subiecta petita dissimilitudo, occasionem medicis præbuit, vt coctricem eandem vim & potentiam modò πέψιν cum in subiectum nutriens familiareq́; agit, modò πεπασμὸν cum morbosam materiam maturãdo, quasi euincere, & ad benignum, pulsa putredine, statũ perducere conatur, καταχηστικῶς appellarint. Eam ob rem, cautè, Medici in

Natura non nisi lacessita morbificã causam aggreditur.

πέψις circa alimenta πεπασμὸς circa morbi materiam coctiones dicuntur.

morbo

morborum ſummo vigore, & conſiſtentia, ciborum exhibitione nos prohibent, ne videlicet, ſuauitate alimenti allecta natura deturbando præcipitandoq; hoſti, ſegnius, tunc, cum is quammaximè vrget, reluctetur, & ita circa alimenti coctionem diutiùs iuſto morata, ex inſperato opprimatur: tantumq; ſolummodo cibi, quantum viribus continua, indefeſſaq; pugna attritis, reſtaurandis ſufficit, proponi iubent: eo pacto ob benignioris alimenti abſentiam morboſam ſubigere cogitur. Eadem igitur virtus naturalis nutrimentum conficit in rectè valentibus: in ægris ex inſtituto medicorum, cibis deſtituta familiaribus ad materiam morbi ſeſe conuertit, inſcia, & ignara dubii certaminis euentus, qui in declinatione morbi natura, aut victrice, aut oppreſſa, conſpicuus euadit. Quid ergò cauſæ afferemus, cur in peſtilentibus ſanis ſimiles ſint vrinæ, ægro nihilominùs intereà properante ad interitum? Poſuimus ſuprà fomitem & focum putredinis in corde, non in iocinore, aut venis ab illo propagatis, & dependentibus: quod ſi eſſet, vtique æderentur ſigna

In morborum vigore alimēti oblatio interdicta.

Natura in ægru alimento deſtituta morbo vacat.

Cur peſtilentium vrinæ ſanorum ſimillimæ.

Vrina fallax præbet indicium in cordis & cerebri affectionibus.

gna cruditatis, aut coctionis materiæ in lotio, quod cum nihil, aut parum admodum certitudinis habeat, in prædicendis affectibus pectoris & cerebri, non necessariò sequitur, affecto corde communicari etiam affectionem generi venoso. Proinde, quãtumuis Fernelius suo de vrinis tractatu, persuadere nobis conetur, serum siue sanguinis serosam partem, parum, aut nihil à lotio discrepantem vna cum sanguine per vniuersum corpus distribui, illic vectoris munere fungi, eo verò perfunctum, vel per habitum corporis sudore diffluere, aut eodẽ tractu, in renes, & vesicam, è minoribus maiora amplioraq; vasa subeundo, relabi hincq; deducat, vrinam ex vniuersa coporis mole hoc pacto dum producitur, nõ dubiam præ se ferre illarum quoque partium dispositionis significandæ cognitionem: non tamen nos in suam sententiam descendere coget solo τῷ ἀυτὸς ἔφα, cum Galenum hac in parte deserere nisi meliora edocti nequeamus. Hic enim com. 1. προῤῥητικῶν inquit: In memoria tyrones tenere oportet nullum in vrinis signum reperiri quod delirium portendat.

Fernelius vrinam exquisitam omnium corporis partium dispositionem indicare contendit.

Diuersum tradit Galenus.

dat. Et 1. Crisium, vrinam solùm veneno-si generis & viarum per quas transit affe-ctus indicare. Et quod in laterum dolore vrinas cōsiderationi subiicit, ob febrem quę viscerum inflammationibus adsidua comes est facit, quæ certissimo indicio è lotiis depræhenditur. Nam etsi concesserimus, vrinam cum sanguine deduci hinc inde (quod difficillimum, cum ea sit excrementum ἄχρηστον, ita denominatum, vbi iam in vesica expulsioni duntaxat oportuna asseruatur) quomodo à pollice pedis, ab extremis manibus retrahetur? vix renum & emulgētium venarum eousq; penetrat vis attractoria : nec dicendum eam hinc inde fluctuantem, loci quasi proprij memorem, eò reuerti. Et cum omne quod trahit, eo id facit, vt fruatur & re attracta potiatur, duplicem hîc statuemus attractionē, alteram quidem seri cruenti, cuius portio in nutritionē renum abit, alteram seri munere suo perfuncti, quod cum iam excrementi subierit naturam soli expulsioni competentem, à nullo attrahetur : neque cutaneæ partes vi expultrice sua in maiora vasa repellunt, cum minori negocio, breuiori

Pleuritidem ratione febris ostendunt vrinæ.

Vesicæ excrementū vrina.

Duplex renū attractio statui nequit.

Serum neque attrahitur neque sua sponte redit, neque retropellitur.

breuiori & cõpendioſo itinere, per meatus ſuos ſudores cõciliando, quod in plethoricis & conualeſcentibus, qui inter dormiendũ ſudore copioſo perfunduntur, apparet, & etiam inſenſilem tranſpirationem tenuia excrementa protrudāt: quod niſi ita fieret, vtique ex ipſius opinione, procliuiores eſſemus, ad aquam inter cutem, quàm ad alium quemuis morbum, poris cutis obturatis, & infarctis, expulſione prohibita. Et ſi concedamuſ regreſſum ſiue reuerſionem, quam quæſo in tranſitu ſibi aſciſcet impreſſionem, quam non tam vago & ambagibus flexuoſo itinere (Mœandrum dixeris) rurſùm amittat? cum & pharmaca alterandis animalibus & vitalibus membris accommodata duplum penè exhibendo augeantur, eò quòd in longo tranſitu vires potiores amittāt, eáque ratione intentum finem minimè conſequantur: Secùs vētriculo accidit, quorſum ob viæ propinquitatem integris adhuc viribus defertur medicamentum, nec vlla quæ penetrationi, aut robori cõſeruando auxilietur medicamenti indiget acceſſione. Aliquid tamen conſecutiuè de exterioribus

Sudor dormientium & conualeſcentium.

Serum in regreſſu amittit impreſſiones.

rioribus partibus, ex vrina prædicimus, quemadmodum ex ſtipite, & trunco de ramis, de ortis ex propriis principiis, & origine. Digitos tàm pedũ quàm manuũ benè concoxiſſe dicemus; vbi viſcera & maiores venas probè cõfeciſſe alimenta nobis ex vrina liquidò conſtiterit. Idem enim ſanguis, idẽ calor natiuus operationum naturalium auctor, qui omnibus membris habita proportione dignitatis & principatus inſidet. Et ſicut errata primæ coctionis neque in tertia, neque ſecunda emendantur, pari ratione prima & ſecunda inculpatis, iudicium etiam de tertia rite peracta feremus, & hoc pacto præſente cruditate, de frigidis morbis pronunciamus, ſi caloris veſtigia depræhenderimus, pedetentim à planis & perſpicuis, ad intimas, & remotiores partes procedẽdo, illarum quoque habitus & diſpoſitiones artificioſa quadam coniectura proferemus calidas & ardentes fore. Cum itáq; vrina de affectibus cordis, nihil aut parùm portendere poſſit, ſatiùs fuerit, cum veritate fateri, peſtilentium putredinem, in corde potiſſimùm latitare, nec in amplum ſeſe exerere aut diffundere,

Qua ratione remotiorũ affectus membrorum vrinæ indicant.

E primis coctionibus coniectamur de vltima.

De corde nihil certi vrina indicat: Ergo neque de febre peſtilenti.

diffundere, adeò vt vix ob præcipitem materiæ motum, celerrimũ causæ morbum parientis impetum, præsentemq; vitæ perniciem, communis reddi possit humoribus, in vasis contentis, quorum infectio facilè ex lotiis deprehenditur. vel eo confugiendum, vt dicamus initio morbi pestilentis assimilationis indicia apparere in vrinis quæ postea euanescũt. Quid mirum, videmus hoc & alibi contingere cum morbi fons & radix, vt aiut, est in iocinore & sanguinis massa, neque tamen lotia vel paululùm quid immutari obseruantur. Luem dicimus Veneream, quæ cum vix vnicam corporis partem intactam relinquat, eiusq; potissima sedes in iecore, venisq; illinc propagatis collocetur nullum tamen sui in vrinis præbet indicium: Prætereà, cum colorẽ corporis vniuersum, ad cineritium, & fus cum conuertat, is autem dominium humorum nisi in alto delituerint, indicet, mirum videri potest, cum lotia ab humoribus sequestrentur, cur nullum penitùs horrendę luis, in ipsis appareat rudimentum. Aut quia illius essentia non in putredine consistit, (febris carentia testis) aut

Morbi Gallici nulla in vrinis extant indicia.

Colorem corporis immutat lues Venerea.

aut quia natura robuſta admodum, circà initia, inquinatas materias ad cutim propellit, vt vix aliquid in venis reſiduum relinquatur, exemplo caſus, ſeu defluuij pilorum, vbi intemperies exigua tenuiorem ſanguinem infecit, qui ſuopte instinctu, & rerum leuium more, ſumma petendo, radicibus pilorum adhæſit. nec alia grauiora accidētia, aut dolores inuehit. Vnde principia, exortus morbi venerei, vt plurimùm ſunt cum bubonibus panis, phymatis, vlceribus, alopecia, carie, verrucis, calloſitatibus, quæ ſymptomata circà cutim verſantur, vt quaſi dici poſſit ex toto intimas partes labe hac eſſe immunes. Vrinæ autem in affectibus cutaneis delineandis nullam vel dubiam admodum habent fidem. Aut quod nõnullis arridet, principiò leuem eſſe gradum intemperiei, quæ imprimi in totũ humoribus nequeat: ea tamen vbi progreſſus fecerit ampliores, tunc de ſe manifeſta præbebit ſigna, etſi non in ſubſtantia aut contentis apparuerint, repetito tertianæ ſuprà adducto exemplo, cuius materia putreſcens, cum circà regionem hepatis ſit collocata, attamen illius

Alopecia morbi Gallici.

Confirmati morbi Venerei extant indicia in lotio.

ſalubrem exitum pollicemur, ex ſola coloris in lotio commutatione, cuiuſmodi etiam in lue Venerea contingere vt credamus quid vetat? licet negligentiores, qui omnia perfunctoriè, & vix per tranſennam hæc conſiderant, nunquam animaduertant, ſemper vel in colore, ſubſtantia aut cõtentis aliquid morbificum obſeruari, quod iis qui luem calida & ſicca intemperie conſtare contendunt, demonſtratur, cùm dicunt vrinas infectorum eſſe tenues, flauas, pellucidas, cõtentis ſabuloſis refertas, nec non arenulis & fruſtulis inæqualibus, & ſcabris ab exuſtionibus profectis, redundantes.

Lues Gallica ab exuſtione quibuſdam.

Arteriarum pulſationes in ſanis & peſte occupatis ferè æquales eſſe. CAP. XV.

ESto, concedamus, vrinam dubiam, & incertam eſſe, in præſagiis morborum peſtilentium, eo quod putredo cordis viſceri incluſa ſit dixeris: at quis de pulſu, qui ſanis ſimilis eſſe dicitur, quod obiicitur, diluere poterit? Aorta enim, vena Ariſtoteli, nobis arteria dicta, è cordis ſiniſtro ſinu egreſſa, pari propemodum portione diuiditur, eiuſq;

Pulſus quoque peſte detentorum ſanorum pulſui æqualis.

pars ſumma petit, pars in inferiora propagatur: illa ad iugulum ſoporariam, & axillarem, promit, quæ in carpum extenditur, vbi quia manus propemodum ex carnis, ob fines muſculorum, manus motioni deſtinatorum, quam aptiſſimè pulſatio deprehenditur, ita vt arteriam eam à corde proficiſci nemo niſi cadaueris humani ſectionis imperitus negare poſſit. Munus verò arteriarum eſt, cordis quæ per diductionem, & cõtractionem perpetuam & interminatam perficitur ventilatio, tùm etiam, vt præbeant iter expeditum, ſpiritus vitæ, per vniuerſam corporis molem diſtributioni. Si igitur ſpiritus, aut humores accenſi fuerint in corde, eiuſmodi etiam ſpiritus & ſanguis in arterias è corde exploſus tranſibit, & affectionẽ corpori, vt vocant, vel ſubſtantiæ arteriæ communicabit. Præterea, cum qualitates, & affectiones cordis, quamcertiſſimè expulſatione aucupemur, veriſimile eſt, peſtilentes quoq; diſpoſitiones, quandoquidem illis primariam ſedem in corde conſtituimus, certiore argumento, illinc colligi debere. Atqui antè iam relatum, pulſus non

Aorta Arteria.

Officium arteriarum.

Pulſus cordis affectus certò indicat.

minùs: quàm lotia ſanorum pulſationi ex toto reſpondere. Ergò putredo in corde non latebit, alioqui impoſſibile eſſet, nulla ſeſe in arteria exerere indicia: imò, cum in vulgaribus putribus, tactu deprehendatur mutatio, ab æquali ad inæquale, eaq; magis in incremento, & vigore acceſſionis, quàm initio, ad celeritatem, tàm in extenſione, quàm contractione, ab ordinato, ad inordinatum, vt nonnũquam flammam quaſi acrem, mordacemq; effundere videantur arteriæ, hoc loci cum putredinis gradus intẽſior longè ſtatuitur, vtique rationi conſonum fuerat, & veritati, vt arteriarum quas percenſuimus alterationes, multò immoderatiores, & vehementiores eſſent. Hoc cum non cõtingat, non leuibus rationibus moti videntur ij, qui è putrium catologo peſtilentem prorſùs eliminarunt, nullamq; intrinſecùs partam putredinem, quantumuis ambiẽs exterior ea non caruerit, affirmant. Sunt qui vt obiectioni huic ſatisfacere videantur dicant calorem febris peſtilentis quo ad copiam & molem, non eſſe tam vehementem, quam in ſynocho, à maſſæ ſanguineæ

Pulſus putridarum febriũ.

guineæ putrefactione excitato : illic enim magni ſunt pulſus, pleni, turgidi, & vehementes, ob redundantiam ſanguinis, & ex conſequenti præſentiam virtutis pulſatricis. Ex copioſo enim ſanguine, copioſi ſpiritus prodeunt, qui præſertim vitales, roboris & viriũ ſunt cuſtodes, & veluti promtuaria. Non igitur neceſſariò magnus, vt in ſynocha, quia magnitudo pulſus, virtute valida abſente, fieri nequit. Neque calor adeò feruens, acris & mordax eſt, veluti in cauſo, à bile flaua ardente, quapropter, neque inſtat tam inſignis ventilandi, quę frequentem cauſare poſſit pulſum neceſſitas. Igitur ſi neque adeò vehemens, neque nimium creber requiratur pulſatio, exorietur medium quiddam, quod naturæ aliqua ex parte proportionatum erit, licet non exquiſitè, tàm in dilatatione quàm cõpreſſione moderata eſſe poſſit. Cæterùm ſi calor in intima corporis ſeſe receperit, auctusq́; circà cordis regionẽ, tanquam in cuneum ſeſe coëgerit, quod vſuuenit peſtilentibus, vbi interiora flagrant, extrema verò leui aſperſa tepore quaſi algent, præſente tum inquam euentandi

Synochi ſanguineæ pulſus.

Ardentium febrium pulſus.

Cauſa æqualitatis pulſus in peſtilentibus.

necessitate, eaq; dilatationem insignem expostulante, impedimento est virium languor, iis, circà initia, plus quàm aliis febribus obueniens, quominùs instrumentum extendi, & in amplitudinem debitã diduci, & extolli queat, cui suppetias feret etiam instrumenti siccitas, & durities, in pestilenti hecticæ complicata. Fieri igitur poterit, inquiunt, vt sanis similes, & hac ratione ædantur pulsus, cum natura ob debilitatem, non valeat in eam molem arteriam subleuare, quæ necessitati aëris frigidioris attrahendi sufficiat, & ità mediocris duntaxat pulsus ædetur, qui fuliginosorum halituum qualicunque expulsioni satisfacere possit. In frequentia tamen nihil moderatũ, & æquale, in pestilentibus reperiri, cum natura, via quadam tentata, si non successerit, aliam aggrediatur, & magnitudinis defectum, frequentia compensare soleat: ideoq; in progressu morbi, cum is imperium iam sibi vsurparit quamplurimæ & variæ sunt pulsuum mutationes, donec in deploratis, ad extremum, pulsifica vis sensim intercidens, intermittẽs, formicarum gressum repræsentans, intereat,

Debilitas attolli arteriam prohibet.

Frequentiores pestilentiũ pulsus.

tereat: nullaq; prorſus pulſatio ægro vnà cum morbo ad interitum tendente perſentiri poſſit. Nos verò pro Gordii huius nodi diſſolutione Galenum adducemus qui 3. de præſag. pulſ. cap. 2. ex profeſſo videtur hanc ſuſcepiſſe materiam pertractandam, adeò perſpicuè & copioſè eam diſſerendo explicat. Plurimis medicorum verba data fuiſſe, in huiuſcemodi, inquit, febribus, adeò vt febre in vniuerſum carere ægros iudicarent, eò quòd calorē in corde accenſum, eum quidem iam habitualem, non perſentiſcerent, eatenùs duntaxat eundem obſeruarunt, quatenus à corde in reliquũ corpus riuuli, vt ita dicam, caloris, anguſtias, & inquietas iactationes afferentes, deriuabantur, pro quarum curatione auidius balneas expetebant: vſqueadeò vt penitus nihil caloris, vel ſi veſtigium affuiſſet lauacris ſtatim pelleretur: nihil diſcriminis in pulſu, qui ſecundum naturam ſeſe habebat, obſeruarent. Neq; ex lotiis, exacta huiuſmodi diſpoſitionum cognitio haberi potuit, ſed ex æquo vt pulſus fallacia, & ancipitia cum colore & ſubſtantia ſanis eſſent perſimilia fecerunt indicia.

Vera cauſa pulſuum moderatorum in peſtilentibus è Galeno depromta.

Lotia vt pulſus in peſte fallacia ſigna.

Sexcenti diuturna pestilenti cõstitutione visi sunt ità affecti: id temporis medici pares, imò & deteriores vulgo imperito habiti sunt, eò quod vix aliquid certi⁹ communi plebe (quæ vsu & longa experientia spiritũ pectore expressum, olidũ, nec ne considerantes exitum, & euẽtum febris prosperum, aut letalẽ fore prædicebant) ex arte sua in medium afferrent, quibus tamen rationes experimentis copulandę fuissent. Quę nam igitur pulsus æqualis & naturalis morbosa existente dispositione possit esse causa? Ne verba Galeni quasi mutuati, psittacorum more aliorum dicta repetamus, fieri posse dicimus vt in corde simul & semel duæ sint intemperies contrariæ, calor nimirum, & frigus, vnde emergit affectus, qui medicos causarum inuestigatione districtos non leuiter perturbat. Hoc licet Philosophico principio ex diametro prima fronte aduersari videatur, quo negatur, in eodem subiecto simul duas summas qualitates vigere posse, sciendum tamen saluo & intemerato eorum principio, in eodem, & secundum idem, minimè quidem admitti posse, at respectu diuersorum,

Potest esse intemperies contraria in corde.

rum, necessariò concedi oportere, Exemplo non peregrino, sed quod præ manibus est, rem sic sese habere comprobabimus. Detur intemperies cordis frigida, in ipsiusmet verò finibus aut locis contiguis materiæ putrescāt: illa quidem ex sui natura paruos, pressos, tardos & exiles promet pulsus: è contrario hæc magnos, veloces, frequentesq; conciliabit. His coniunctis aut permixtis quasi medium quid exurgit naturę persimillimū. Non igitur vel tantillum quidem minuitur physici principij auctoritas, quia sunt quidem duæ intemperies contrariæ, at non secūdum idem, id est, iuxtà substantiam cordis. Vel ponatur per hypothesin cor incaluisse ab ortu, & prima generatione, vel acquisititio temperamēto, aut etiam præter naturam, morbosa dispositione, veluti in hectica fieri cōsueuit: substantia inquam cordis, contraxit maiorem calorem, quàm propria natura requirebat, is pulsu sese prodet magno, qui & tangentis digitum resultare faciat, inæquali, frequenti, veloce. Intereà, quid obstat, quominùs in ventres cordis, illabantur frigidi crudiq; succi, qui contra-

Pulsus intemperies frigidæ.

Pulsus putriū.

Cor calidum ex ortu.

Melancholicorum pulsus. rias ædent pulsationes, quod & melancholicis familiare est, vaporibus frigidis cordi transmissis, vnde etiam sæpè in iis intermittunt. His pulsuum differentiis concurrentibus, medium quiddam oritur, cum vtriusque sit cõsors extremi, & illud naturale, quia amica naturæ mediocritas. Nec requiritur vt eiusmodi humores semper in finibus cordis coaceruentur, quia idem euentus sequetur, si in vicinioribus venis collecti fuerint, aut ore ventriculi, quod *Oris ventriculi cum corde affinitas.* præ omnibus reliquis humani corporis partibus, maximam cognationem, & affinitatem, cum corde obtinet, cui, si humor impactus fuerit frigidus, ob communionem, quam habet cum corde, illi participat affectionem tantisper, vt grauiora quoque mala inuehere, nedum pulsum mutare nequeat. Pulmo & ob viciniam, *Pulmones cordi compatiuntur.* & ob duo ingentia vasa venam videlicet arteriosam, & arteriam venosam, quammaximè compatitur cordi, quocircà si quidpiam congestum fuerit illic, humoris frigidioris, & peruersi, tãtę erit is quoque efficaciæ, vt alterare pulsum valeat. Idem in spiritibus cordis, euenire potest,

quod

quod in humoribus, & substantia, cũ aliqua occasione incalescentes, vel torpore quodam affecti, ad cor calidius, vel frigidius refluxerint. Vnà igitur conueniunt, duæ intemperaturæ, hinc fit æquilibriũ quoddam, seu falsa quædam temperies, quæ etiam oculatos decipit medicos, cũ calida intemperies reprimitur, & obtunditur, à maligna humoris frigidi natura, vt quantum addere debeat calor ad magnitudinem pulsus, tantundem illi frigidus humor detrahat: aut vice versa, quantum frigus tarditati & paruitati indulsisset, tantum illi ab humoribus calidis ademtum sit. At esto, inquies, assentiamur recitatis casibus id euenire, num omnibus calidius cor, vel frigidius iusto, num quibuslibet redundant in orificio vẽtriculi, finibus cordis, pulmonibus, venisq; vicinioribus humores praui, calidi, vel frigidi, vt necessariò huiusmodi pulsationes in pestilentibus causari debeant? Minimè verò: Regulæ siquidem generales, de iis quæ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ sic sese habent, traduntur. Sanè vt plurimum, vrinæ pestilentes sunt perturbatæ, confusæ, longéque

Falsa temperies pulsus.

Obiectio.

Non omnium pestilentiũ vrinæ sanorũ similes.

multum

multum à ſanorum vrinis diſcrepantes, ſublimamenta ſunt ſubflaua, nebulæ in ſumma ſuperficie latas aranearum telas, aut carptas lanas referentes: quę ſi affuerint, vel nihil prorſùs eiuſmodi in cõtentis apparuerint, in ſiniſtris & inauſpicatis ponito. At ſi in ſubſtãtia, colore & ſedimentis laudatum quid appareat, bene ſperandi non omninò vanam pollicetur occaſionem. Par de arteriæ pulſatione iudicium. Celeres, frequentes, parui, veloces, crebri, & ſi tardiores, exiles, in profũdo delituerint, praua omnia, maximè verò, ſi capriſans & vermicularis fuerit. Magnitudo ſpem certiſſimam euitati periculi affert, ea tamen non valdè inſignis vt ſynocho, ſed talis quæ in tanta malignitate humorũ, viribus humanis quam maximè inſidiante, conceditur. Si quandò igitur in peſtilentium vrina, & pulſu naturam quid referens, ſignum obſeruatum fuerit, acceptum id omne referri debet, cauſis ſuprà percenſitis, & tunc euenire poteſt, vt vrina bona & pulſu cõgruo homo expiret. Exceptionis autem gratia (qua vix vlla carere dicitur regula) hæc videntur maioribus noſtris addita,

Pulſus peſtilẽtium non ſemper ſanos referunt.

ne

ne nimis confidamus pulſui & vrinę, quę aliàs ſemper dextrè de ſuis originibus, hoc verò caſu, nonnihil dubitationis, & ambiguitatis præ ſe ferunt, in prædicendis euentibus futuris. Quinimò ex præcepto Hippocratis, in fine prognoſticorum accurata habēda eſt ſignorum perueſtigatio, & comparatione facta per συνδρομὴν non ſymptomatum, ſed ſignorũ, æqua lance perpendenda vis cuiuſlibet ſigni, vt cōſpicuum ex eo nobis ſit, quòd plus efficaciæ in præſagienda morte, aut vita longiùs proroganda obtineat, eaq́; ratione non vani augures, ſed veri diuinatores habeamur. Proinde ex vno particulari, non eſt vniuerſalis cōſtituenda, & ſi in quibuſdam peſtilentibus eiuſmodi ſunt vrinæ & pulſus, non ob id ſequitur, omnibus idem cōmune eſſe, & cuiuis idem contingere, cum maiori ex parte peſſimis vrinis & pulſibus, migrare ex humano conſortio, peſtilentia oppreſſi, paſsim conſpiciantur, quæ in ſignorum & ſymptomatum enarratione magis perſpicua euadent.

In peſtilentibus non nimium ſoli lotio & pulſui fidendum.

Signorum facultates explorata habenda medico.

An

An sub diaria, aut habituali febribus, pestilens comprahendi possit.

CAP. XVI.

DIssensionum medicarum æquus, vti videri haberiq; vult arbiter, siue censor Aponensis, more suo, in vtramq; partem hanc quæstionem ventilandam, & enodandam, sibi proponit, cuius primùm rationes, argumentaq; producemus, postliminio quasi, etiam nostram declaraturi mentem. Quòd sub diaria locari debeat, inquit, nos mouet id, quod aër, vnde luis pestilẽtis origo dependet, priùs alteret, & inficiat spiritus, tanquam cognata substãtia præditos: ea verò quę in spiritibus accensio est, febrem parit Ephemeram. Deinde quia febris propriè cordis est affectio, illiusq; nobilioris partis, spiritus nimirùm, quem & radicem vitæ nominat, verisimile est illum quoq; pestilenti febre corripi: quapropter sub-diaria reponi debet. Vna eadem vtrique assignari potest respõsio, omnibus videlicet febribus, citrà controuersiam, hoc tribui posse, quòd priùs spiritus accendãtur, quia mutua quadã affinitate deuincti,

Ephemera pestilens Aponẽsi statuitur.

Reprobata opinio.

cti, deinceps tamen noxa, & humoribus & substantiæ cordis, communis euadit, licet motus principium illinc sumserit. Ex secundo, hoc incongruum & inconueniens, sequetur, quod omnes pariter febres earumq; differẽtiæ, sub Ephemeris complecti debebunt. Hocità deducitur. Cum omnes febres cordis sint passiones (nulla enim absque cordis calefactione febris constituitur) & ex illius mente, spiritus implantati, vel influentis, perinde continuæ, & intermittentes, tàm quotidianæ, tertianæ, quartanæ, quàm epialæ, hæmitritæi, causi, & hecticæ, Ephemerarum catologo erunt recensendæ, quia in omni febre, cor calefit, & spiritus ipsius. Si itaq; cordis & spirituum eius calefactio ephemeram parit, nihil obstiterit, quin omnes pariter febres diarię sint, & tot illarum differentiæ superfluę censeantur. Ex aduerso pestilentem è diariis non esse vel hoc arguit, quod hæ vnum modò diem, aut alterum perdurent, illæ verò in plures, sese extendant, rationéque roboris causæ efficientis, & subiecti præparatione, à quarto, in septimũ, vndecimum, quartũ

Pestilens ephemera non est.

&

&decimum, nonnunquam etiam vigesimum diem prorogentur. Quem ſcopulum quidam effugere conatus, nō inſcitè, peſtilentem, ſpirituoſam potiùs, quàm diariā nominare voluit. Præterea quod maioris eſt momenti, cum diariæ, ſuapte natura ſint ſalubres, leuibus cauſis procatarcticis exortæ, hæc toto genere letalis ex ſua propria eſſentia, pernicioſa eſt, adeò vt in definitione quoque tanquam propria illi adiiciatur exitialis malignitas, cuius merito non parùm ab aliis diſſidet. De habituali hæc afferuntur, meritò illi peſtilentem ſubiiciēdam, eò quòd curationes conueniunt, & quòd vtrobiq; blandus mitisq; eſt calor, intùs deliteſcēs, vt vix ſenſui illius ſit præſentia vlli conſpicua. De priori iure meritoq; ambigi poteſt, cum vix aliquid ſimilitudinis obſeruemus in curationibus. Acutiſsimus enim cum ſit morbus peſtilens, exquiſita ad amuſsim medendi præcepta deſiderat, accuratè compoſita, citæq; operationis expoſtulat remedia, ne ignauiæ & ſocordiæ dignas pœnas luamus: Eius generis habetur venæ ſectio, quæ ſi vſpiam alibi, hoc caſu maximo conducit opere quia

Peſtilens ſpirituoſa non diaria.

Hectica peſtilens an dari poſſit.

Hectica & peſtilēti in curatione nihil commune.

Remedia diuerſa hecticis & peſtilentibus.

quia materiam peccantem confestim educit, ipsiusq; actio si modũ fortè excessura esset, facillimè manu artificis reprimitur. Purgatione tandem materiæ iam coctæ educuntur, non spretis etiam ἀλεξιφαρμάκοις, quæ veneni violentiam frangere, & corpore per sudores extrudere possint. Nihil eiusmodi in hectica requirimus, vbi solùm alterãtibus, refrigerantibus egemus : tum citò & multum nutrientibus, vt quod calor ille συντήκτικος perpetua colliquatione depascitur, & absumit, pari mole, & mensura, quoad eius fieri potest restituatur, eaq; ratione vniuersi corporis extrema tabes aliquatenus arceatur. In pestilente (corpore impuro nullam nutrimenti exhibitionem efflagitante) tantum cibi administratur, quod viribus hoc plus quàm aliis, morbo, prostratis subueniat, reliquum omne tempus, materiis per aluum, vrinas, sudores, educendis tribuitur. Quod quidam, transitione quasi vsus, leue putat esse, quod de phlebotome & purgationibus adducitur in contrarium argumentum, eò quod multum discriminis intersit inter pestilentem hecticam, & simplicem hecti

Dicta dissimili vtuntur hectici & pestilentes.

Differt simplex hectica à pestilenti hectica.

hecticam, ideò etiam curationibus à ſe inuicem diſcerni, & differre poſſint, non ex toto admitti poteſt. Cum enim curatrices indicationes, à morbi eſſentia, tanquam à proprio fonte, petantur, vnum verò, & ſimplex, vnum & ſimplex denotet, vni morbo vna erit indicatio, & quot erunt indicationes, totidem etiam morbi diſtincti. Quod ſi hectica, & peſtilens, diuerſos habent curandi ſcopos, vt paulò antè declaratum eſt, non ſub eodem genere compræhendentur, ſed ſua cuiq; claſſis ad quam referri debeat determinanda erit. Atqui ſi de nomine tantum, & appellatione, certamen inimus, certè remota omni æquiuocatione res ipſa explanari, & non tãtis inuolui tricis, & perplexitatibus, debebat, cum ea, quæ prædicato, & definitioni competunt, etiam ſubiecto, & definito, congruere ſciamus. Si eadem curatio, idem morbus, ſi diuerſæ, vt vix de facie mutuò ſeſe referant, aliorſum quàm ſub hecticas peſtilentem nos locare oportet. Cuius rei fidem facit, etiam calor, qui perperam ab illis comparatur, ſimilisq; in peſtilente & hectica dicitur: illic enim quia conclu-

Vnum plura indicare non poteſt in curãdo.

Calor longè diuerſus hecticu quam peſtilentibus.

ſus

ſus circà pectus latitat, extremis, vbi ſenſus potiſſimùm vigent, deſertis: hic verò quia æquali menſura, per vniuerſum corpus expanſus, ob id non magis hîc quàm alibi auctus eſt, ab ægris non depræhenditur, imò in peſtilentibus, vbi moras longiores circà præcordia calor nexuerit, perfrigerati, & liuidi, corporis artus apparent, in habituali verò ſibi ſemper ſimilis calor, nulli membro iniuria illata, æqualiter ſemper calorem ſingulis impertitur partibus, præterquam quod indicio ex arteria manifeſto depromto, poſt paſtus abſolutos, ſeipſo paulò acutior, & vehementior, depræhenditur. Terminatur prætereà peſtilēs diebus iudicatoriis, per excretiones criticas, quod morbis ſolùm materialibus euenit, nō perinde iis, qui in intemperie nuda conſtituuntur. Nunquam enim exauditum, habituales febres iudiciali excretione, vel abſceſſu finitas, imò marcore, & extenuatione ſolidiorū animalis membrorum, alimenti pinguis defectu, natiuus extinguitur calor: Secus in peſtilentibus, quæ non raro ſanguinis narium profluuio, alui copioſa deiectione,

Comparatio calorum hectica & peſtilentis.

Differt peſtilens ab hectica modo terminationis.

Criſes nullæ in hecticis vt plurimæ in peſtilentibus.

vrinę larga profusione, sudoris nimia excretione, terminatæ, in melius corpus afflictum restituerunt. Nec tamen defuerũt aliqui qui eam sub putrium serie minimè recensendam, vel eo nomine voluerũt, quòd nullus quatuor humorum, in corpore constitutorum, peculiariter assignari possit, cuius putredo pestilentem accendat. Tam quotidianæ continuæ, quàm intermittentes, à pituita, loco tantum differente, causi, & tertianæ continuæ, & intermittẽtes, à bile flaua: quartanæ, à succo melancholico, synochi, à sanguinis vniuersa massa accensa exoriuntur: qua enumeratione pestilentes excluduntur, cum nullus sit superstes quintus determinatus humor, qui illam producat, nisi sub aliqua dictarum febrium sedem sibi mancipare possit. Dicendum igitur, aut omnes, ex æquo putredinis malignę semina concipere, tunc sub synocha, quia etiam circuitibus per interualla caret, complectẽdam esse: aut modò hũc, modò illum ex humoribus, tunc typum, & proprietates illius humoris, tàm in exacerbationibus, quàm caloris idæa, & symptomatis liquidò conspici.

Pestilẽti num peculiaris humor putrescẽs assignandus.

Omnes simul & quilibet per se humores putrescentes pestilentem parere possunt.

ſpici. Teſtabuntur hoc etiam accidentia, circà peſtilentes viſui ſeſe offerẽtia. Carbonis generationem, aduſtiori ſanguinis portioni, acceptam referimus: eiuſdem ſubtilis & tenuior pars per cutim tranſfuſa, roridas quaſi lenticulas ἐκθύματα producit. Bubones inguinum & aurium tumores è pituita bile permixta ex eadem verò, ſincera bile, & impermixta cauſi, eriſypelata, quemadmodum vlcera maligna, liuores, cancri, phagedenæ ab atra bile ortũ habent. Alia etiam affertur ſolutio, noſtris poſitis contraria, quod primitiua cauſa, aër nempe venenoſus, ſeminaria putredinis peſtilẽtis continens, pulmonibus exceptus, inde cor ſubiens, nulla prorſus alteratione ſuſcepta neq; correctione, coniunctæ cauſæ naturã ſuſcipiat, vix aut parùm alteratis humoribus, protinus cor ipſum impugnet, vnde colligunt, nullam penitus produci putredinem, quæ tamen alibi confutata ſunt. Quid'nam igitur in tanta opinionum tamq; varia diuerſitate ne dicam confuſione ſentiendum? Demõſtrationis principia ab iis quæ ſenſui iam ſunt perſpecta, & probata, ſumi debere, monet paſ-

Carbunculus à ſanguine exuſto.

Tumores peſtilentes.

Putredo in peſtilẽti quibuſdam negatur.

Demonſtratio incipit à ſenſu

ſim Philoſophus, quia vix aliquid intellectus concipit cuius exordia, non prius ſenſui oblata fuerint. Senſu inquam nos etiamſi inuitos cogente, inficias ire nequimus, dari peſtilentes, diariis proportione reſpõdentes, vt iure meritò ſub iis reponi debeant. Hæ omnium quotquot ſunt perniciosiſſimę ſunt & habentur. Nullas enim largiuntur inducias, ſed primo, aut ſequenti die, cõfeſtim ægros iugulant, nulla prorſus putridæ promentes indicia: calor foris non mordax, ſitis exigua, aut nulla penitus, calor in tãtum remiſſus, vt deluſi ipſimet febrientes ſinceros ſeſe, neque vllum febrile incendium perpeti, ſibi certiſſimè perſuadeãt. Neq; tamen abſunt, anguſtiæ, corporis iactantiæ, vigiliis comitibus, & quod mirum videri poſſit, tanti momenti, tamq; peſtiferum malum, vix aliunde depræhenditur, quàm ex pulſu, qui contractus ſubſidet, deliteſcit, languidus, proſtratus, exilis, frequens paruus (vt ſolet eſſe oppreſſa virtute) cordis eandem arguit affectionem. Vnde ſubitaneæ & improuiſæ virium deiectiones, corpus totum languidum, & exanime redditur, exiguo dehinc

Ephemera peſtilens ſtatuitur.

Omnium peſtilentium maxime funeſta Ephemera.

Symptomata Ephemeræ peſtilentis.

Pulſus Ephemeræ peſtilentis.

hinc ſpatio(ceu fulmine ſideratum)interiturũ. Vehementiſſimum hoc mali genus, oritur ab aëre putri, venenato, corpus ſubeunte, qui ſpiritus vitales, ſua craſſicie, & denſitate, cogendo, incraſſando, quaſi coagulando, ad intima cordis penetralia propellit: ibi verò in vnum coacti, & collecti ſpiritus, ceu compreſſi, & concluſi, interdicto auræ purioris & tenuioris aduentu, eaq; ratione ventilatione impedita, fuliginoſos quoq; vapores detinent, qui ad duplum triplum'ue augmẽtati, cordis natiuum calorem ſtrangulando, animal ſuffocatum interire cogunt. Vel ſi cuipiam ità viſum fuerit (ſiquidem aliam putredinẽ ſpiritibus tribuere vix poſſumus) venenoſum aërem potiùs calida & attenuante, qualitatibus, exprimere, tunc dicemus, ſpiritus rarefactos euaneſcere, & à calore aduena, tabifico, mediocritatis inimico, diſsipari, reſoluique, in tantum, vt impedita aëris frigidioris acceſsione, (nouorum ſpirituum producẽdorum appoſita materia) idonea refocillatione deſtitutum cor, exoluatur, & flacceſcat, ſpiritibusq; hinc inde diſiectis, & diſperſis, calor quoque

Ortus Ephemeræ peſtilentis & qua ratione iugulet ægros.

Nulla in ſpiritibus putredo.

Alia mortis ab Ephemera putri inuecta ratio.

natiuus ſegregetur, vnaque euaneſcat, haud aliter, vt in lucerna ellychniũ, extingui videmus, ſurrepto pingui, illud alente fomite. Proinde, cum Ephemera, quam poſuimus, peſtilente infectorum mortem, vix vlla nimis grauia valde anxia, & moleſta accidentia præcedant, vnicum hoc argumentum ſufficiens eſſe poterat, ad probandum, reſolui potiùs quàm ſuffocari calidum innatum, cum in Apoplecticis, & qui laqueo vitam finiunt, ſpiritus & ſanguinem circà pectus & faciem cõcurrere, colligiq́; videamus, intumeſcere quoque, denegato ſpiritui exitu, vicinas partes, tãdem verò ſumma cum violentia, agitationi conuulſiuæ ſimili animam ſede ſua auita excuti obſeruemus, vt meritò σβέσιν hanc, priorem verò μάρανσιν nominare poſsimus. Quas extinctionis vitæ differentias diſpares, venuſtiſsimè explicuit Tullius, eo quem de ſenectute poſteritati tradidit dialogo, cum ait Adoleſcentes mori, vt cum multitudine aquæ, vis flammæ opprimitur: Senes autem, ſicut ſua ſponte nulla adhibita vi, cõſumtus ignis extinguitur. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda

Diſsipatur in Ephemeris potius quàm ſuffocatur calor.

Apoplecticorum interitus

Cicero mortis cauſas deſcribit.

ſunt

ſunt, vi auelluntur, ſi matura, & cocta, decidunt, ſic vitã adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas. Sed vt ex digreſſione ad inſtitutum reuertamur, vtut res ſeſe habeat, fateri nos neceſſitas cogit, in ſpiritibus duntaxat, hoc inquinationis genus verſari, ducto argumento ex repentino motu morbi, qui ſubiectum poſtulat facilè alterationi obnoxiũ, & mobile: cita denique mors, præter magnitudinem cauſæ efficiẽtis, & robur, indicat, ſubiectum, cui malum inhæret eſſe potiſſimum, & maximè princeps membrum illud inquam, cui vita noſtra primariò inſidet. Adde quod ſpiritus putreſcere poſſe cum ſint corpora compoſita, ſiquidem aër ſimplicior, putredinem minimè effugiat, plurimi Philoſophorũ tradiderunt. Si commune eſſet etiam humoribus, vtique emergerent putredinis indicia, calor nimirùm acris, mordax, πεμφυγώδης, deliria, nauſeæ, vomitus, alui deiectiones, aſsiduæ torquerẽt vigiliæ, bubones, carbunculi afforent, & reliqua id genus accidentia: quæ cum in peſtilenti conſpecta fuerint, ſubitanea mors non tantoperè metuenda, quia iam tranſit virus

In ſpiritibus eſſe peſtẽ vnde colligitur.

Putredo in humoribus manifeſtiora ſui præbet indicia

à nobiliore ſubiecto, in ingnobilius, quæ naturæ μεταμόρφωσις nunquam non ſalutis ſpem affulgentem promittit. De hectica peſtilente ardua magis conſideratio, niſi ſumamus hecticam non tantùm pro intemperie calida, & ſicca putredinis experte, ſed ὁμωνυμῶς pro quouis maraſmo ex tenuatione & macie corporis, vt videntur multis locis præter ſua ſtatuta vſurpaſſe medici, impunitate fortaſſis ſumta ab Hippocrate, qui ſexcentis penè locis, tàm in Epidemiorũ libris, quàm ſuis de morbis æditis, Phthiſim, non ſolùm pro vomica pulmonum, verumetiã pro quauis tabe corporis & marcore ſumit. Ità hîc fieri poſſe hecticam, non tergiuerſamur, cum frequentes ſint vomitus, colliquamenta alui (quod vnicum & παθογνωμονίςατον ſignum peſtilentiæ attribuit Galenus) nauſeæ vnde appetentia omni aſſumendorum ciborum ablata, ad extremam protinus deducuntur tabem, quæ quia à cauſa peſtilente, interceden te nimirùm febre, à putri aëre oborta primordia ceperit, poterit peſtilens hectica nuncupari. Atqui inquies Galenum aſſerere ſtatim in principio fieri hecticas?

An detur hectica peſtilens.

Æquiuocum hecticæ nomen apud Medicos, veluti etiam tabis.

Hectica pro marcore quouis impropriè ſumta.

ćticas? Principij vocabulum, non esse ἄτομον, libro de temporibus morborum, ipsemet docet, neque pro momento illo inuasionis morbificæ sumēdum: verum, de vno ex quatuor morbi temporibus hîc potissimùm, vbi de febre fit sermo, accipi debet principium, pro eo tēpore dum cruda sunt omnia, nec adhuc coctionis euidens apparuit signum, quo tempore quid prohibebit, quo minùs tāta sit ex vigiliis, alui colliquatione, subsecuta macies in corpore præsertim ex ortu naturæ emaciatio, gracili, vel curis, religione, institutoq; vitæ enecto, vt faciem hecticæ demonstret, cum & in leuibus diarrhæis, lienteriis, immodica, quæ pharmacorum assumtionem consequitur, purgatione; hypercatharsi dicta non longo temporis interiecto spacio, vnica interdum die, eò attenuationis deduci homines, videamus vnde regressus ad naturalem habitum omnis excludatur, aut magno conamine vix restituatur: parum tamen colliquationis ibi cernimus, humoribus duntaxat noxiis excretis, nulla pinguedine, à toto corporis ambitu, ad intestina cōfluente, quod

Tempora morborum sectionem admittunt.

Principium febris vnde æstimandum.

Excretiones copiosæ maciē afferunt.

in pestilẽtibus euenire solet. Aliâs firmis validisq; rationibus astruere, aut defendere, præterquam auctoritate ægrè poterimus, aërem quantumuis putrem, hecticam pestilentem primo insultu producere posse, non procedente putri, aut præuia diaria, quarum vtrauis ab aëre originem capere potest. Quod de rore, cambio siue glutine & radicali humido affertur, nisi reuerentia celeberrimorum auctorum qui id & inuenerunt, & approbarunt, perterrefaceret, imaginariũ dicere, ausim, non secùs, ac Astronomi eccentricos, & epicyclos, vt φαινόμενα, earumq; causas soluant, & expediãt, excogitarũt, potiusq; rationales quam reales distinctiones esse assererem. Qui enim pestilentem hecticam in solo rore ponunt, respondeant quæso, quomodo contingat eam interimere, cum solum rorem, qui primus cordis humorum est occuparit? Sanè si cor est extremum moriens, hecticam pestilentem perinde, in cambio, glutine, & radicali humido ponere necessum est, vt in rore, cum in moriẽtibus, tota cordis temperies, cum substantia pereat, illinc anima, tanquam è proprio

Pestilentes initio hecticas probatu difficile.

Humores solidorum secundarii forte imaginarii.

Pestilens hectica in rore.

Rore infecto cæteri humores secundarii extra noxam non erunt.

proprio domicilio, proſcripta, & deturbata: neque pereunte rore gluten, cambium aut radicale humidum permanēt, cum vernaculus calor, nō niſi dum proprium humidū reliquerit, extinguatur. Prætereà, ſicuti in ſimplici hectica è rore, regreſſus adhuc conceditur, ad benignum, maraſmo nondum introducto, idem in peſtilente contingeret neceſſariò, quam tamē à ſpirituoſa, quam maximè letalem affirmat, quæ quàm bene ſibi cohæreant, ſaniorum iudicio perpendendum relinquitur. Poſſe etenim vniuerſam cordis ſubſtantiam aliquandiu pati, præter pueri Marulliani hiſtoriam, 7. de adminiſtr. Anato. indubitatam nobis fidem facit Melanchtonis auctoritas, & teſtimonium, qui libro de anima conſcripto, teſtatur, Caſimiro Marchioni Brandeburgico, ob mœrores, & vigilias humore qui inuolucro cordis continetur, exhauſto, & exiccato, cor exectum, piri toſti faciem repræſentaſſe: vbi proculdubio, perpeſſi fuére, tres illi humores, ſatis conſpicuam cladem, ſiquidem eas in anguſtias redactum eſt cor; non paruo temporis momento, quòd ex aſſi-

Hectica poſt Ephemerā pe. ſtilentem maxime letalis.

Cor Marchionis torrefactum.

gnata

gnata causa colligi potest, non adeò vehemente puta tristitia. Sapiens in sacris voluminibus, etiam ossa arescere asseruit, vnde non modò leuem, verumetiam insignem cor posse sustinere intemperiem opinamur. His ita constitutis locus iste exigit, vt occurramus obiectioni Fernelianæ, (quæ quinto adhuc capite diluenda fuerat) qua, ponentes febris pestilentis sedem primariam in corde, eò descendere cogit, vt etiam nolentes & inuiti, omnes pestilentes simul putres & hecticas esse fateantur, eò quòd soli hecticæ proprium sit, & peculiare in corde domicilium, & minæra. Respondere non adeò operosum est, iis, qui cor cõstitui spiritu, humore, & solidiori corpore norunt: & quemadmodum simplices Ephemeras, putres, & habituales, concedunt, pari ratione pestilentes in corde, frequentiores quidem in succis illius, non admodum crebras in spiritibus, quia improuisas accelerant mortes, perquam raras in corporea mole admittere coguntur, quandoquidem febris ex sese cordis est affectio. Et si subiecto, ac sede inter sese conueniunt, non protinùs, eadem

Cor etiam insigniores ferre potest intemperaturas.

Fernelii opinio examinata.

Non omnis pestilens simul putris & hectica.

Cor quibus constat.

Febris est affectio cordis.

dem esse censebimus, cum idæa ipsa, & caloris proportione, quæ in febribus potissimùm spectatur, à se inuicem discrepent. Hectica enim, est intemperies calida, & sicca, æqualis vniuerso corpori, cuius origo primùm in corde, illinc diffusa in vniuersi corporis solidiores dimanat partes, non vitiatis succis, labe putredinali. At pestilēs, est intemperies quidem calida, in passiuis tamen qualitatibus, videtur referre naturam putrium, quæ initio quidem humidæ, tàm ob aduentitiũ madorem, quàm ob extractionem insiti, & primigenij humidi: progrediente demùm putredine, absumto humido natiuo, arescunt, quò fit, vt ex confirmata hectica, nullus prorsus euadat, ex pestilenti verò, interdum emergere conceditur, cum in hac, non tanta fiat membrorum solidorum dissipatio, vt in illa. Neque calor, siccitasq́;, vniuerso communes redduntur corpori, quod fieri consueuit in hectica, imò videmus congregari circà præcordia, quicquid vspiam est in corpore sanguinis & caloris, quam consequitur, artuum extremorum perfrigeratio, coacto nimirum calore, circà regionem

Hectica simplex quid sit.

Pestilens quid sit.

Pestilens videtur hectica securior.

Calor [illegible] communis pestilentiũ circa præcordia latitans.

nem

nem thoracis, cordi vicinam, qui, quò propinquior redditur, cordi, aucta putredine tantò maius redditur incendium, vnde iactationes angustiæq; exoriuntur. Contrarium in hectica euenit, vbi blandus, quispiam mitisq; calor obseruatur, æquali mole, totum corpus aspergens, hinc euenit, vt is nõ obseruetur, ab ęgris, æquali toti corpori introducta intemperie, quod Galenus elegantissimè & perspicuè edocet libello, cui titulum de inæquali intemperie fecit. Itaq;, quamuis sedem pestilentis, in cordis humoribus ponamus, non ex eo inferendum, eos solos qui substantiam cordis constituunt, infici, verumetiam & quidem sæpenumerò, eos qui in finibus illius continentur, pollui.

Discrimen hecticæ & pestilentis ratione caloris.

Tertia febris accidentis species esse pestilens quibusdam statuitur.

CAP. XVII.

POsthumus extat liber, Gulielmi Rõdeletij medici Monspessulani, magni equidem per Gallias nominis, & auctoritatis, de medicina æditus, quos inter, & de febribus tractatur, vbi plurimis argu-

mentis

mentis in medium, pro suæ opinionis cõfirmatione adductis, astruere videtur, febrem pestilẽtem, nihil aliud esse quàm causi, id est, ardentis febris, tertiam speciem. Fundamenta quibus nititur recitaturus, integras periodos, breuitati cõsulens, præteribo, rationes solùm, partim è libro typis vulgato, partim lectionibus obiter à me auditis excerptas, perstringam quam compendiosissimè. In confesso est, inquit, apud omnes, scholæ medicæ professores classicos, duas ardentis febris species dari: alteram nimirùm, quę ex bile flaua circa præcordia, id est vicinas cordi regiones, vt sunt pulmones, & illi annexa viscera, efferuescente: mitiorem, verò, benignioremq;, alteram, quæ à pituita salsugine aliqua imbuta, eademq; iisdem locis ebulliẽte, ortum ducit. In pestilente verò, atrum sanguinem melancholicum, feruendo, putrescere asserit. Causum, seu ardentem esse, ex siti inexplebili huius febris inseparabili symptomate, nec non ex incendio, cor, ventriculum, pulmones, potissimùm verò lienem, torrente colligit: Cæterum, etiã si in ardentibus, calor & ad extimas corporis

Rondeletius pestilentẽ causi tertiam speciem cõstituit.

Duæ causi species.

Melancholicus humor putrescens pestilentem accendit.

Pestilentem causum esse probatur.

poris partes propagetur, in peſtilēte verò, ardor ille concluſus, in centro corporis latitet, nihil ſeſe hoc morari, ait, quoniam retractio illa, caloris magnitudini eſt tribuenda, quemadmodum lumen maius videmus offuſcare minora: pari ratione graui exiſtente vſtione, circà cor, eò pellici, recurrere, vel etiam retrahi extremorum calorem, tāquam ad potiorem ſui generis partem. Difficultas quoque anhelandi, febris ardentiſſima comes, delirium cum mania, proximè accedente ad furorem, omnia atræ bilis, naturam referunt. Maximam prætereà affinitatem habet, cum quartana continua, quæ à ſanguine melancholico, intrà venas putreſcente, vel ob putrefactionē ebulliente, originem trahit. Aſtipulantur huic ſententiæ tumores, qui extrà corpus erumpunt, aut intus deliteſcunt, cuius generis ſunt carbones, qui communi medicorum conſenſu à ſanguine atro, craſſo, & aduſto, efferueſcente, generari traduntur: ſtigmata ſiue lenticulæ pulicum morſus præ ſe ferentes, vniuerſumq; corpus occupantes, colorem puniceum, atrum vel ex rubro ſaturum referen

Symptomata peſtilentium atrabiliaria.

Peſtilenti cognatio cum quartana continua.

Anthrax ab atro Sanguine.

Maculæ atræ.

referentes, idem ostendunt. Huc accedunt & generales causæ, harum febrium constitutrices, vtpote, Saturni planetæ, melancholici, cum aliis stellis fixis, congressus: perinde etiam particulares, esus videlicet leguminum, in caritate annonæ, panis ex radicibus graminis, filicis; è fabis, castaneis, lentibus, confecti, comestio, quæ, per sese melancholicum succum producunt. Tempore denique pestis, animi anxietates, mortales perturbant, & affligunt, pauores, & mœrores, ob affinium, & propinquorum interitũ, propriumq; discrimen, inducuntur. Horum animi affectuũ & perturbationum, ea vis est, vt sanguinem exiccent, spiritus absumant, vnde vis diuina, quæ humores regit, & moderatur, imbecillis fit, & ob id humores putrescunt, & in venenatam degenerant qualitatem: Neque in præliis, aut bellicis expeditionibus, si fortè lues rerũ potita fuerit, cadauerum cæsorum putredini, culpa iniungenda, adeò, ceu timori, & terrori, ob præsens periculum, & crebras hostium excursiones incusso, qui humores exagitat, fluctuantes, & tumultuarios, in corpore ef-

Melancholici planetæ.

Dieta atrum succum generans.

Affectus animi Melancholici.

Terrores cadauerum sæpe pestem pariunt.

Exemplum à simili. ficit. Et quemadmodum Sole in Syrio existente, vina turbari in doliis obseruamus, fœce nimirùm, & residẽtia, ab ambientis ardoribus, è sentina, quasi ad superficiem extracta, vnde vinorum sequitur confusanea miscella: eodem modo, *Atra bilis vniuersum sanguinem inficit.* melancholia, fex sanguinis, sedibus propriis, quæ in liene, excita, vniuersum turbat sanguinem, ad putredinem & venenositatem disponit, agitatione quadam, sanguini introducta, quæ sicubi cõpesci poterit non leue ad salutem momentum *Terræ medicamentosæ pesti medentur.* addit. Hoc perficietur bolo Armena, terra sigillata, viscidis, emplasticisq; omnibus, nec non & acidis, quæ, non tam à proprietate occulta, quàm sua frigiditate, calorem extinguũt, lentore, & crassicie, cohibent humores, furorem sanguinis coërcẽt, crassitie sua, motui ineptum reddunt, suoq; loco tanquam carceribus circumscribunt, eaq; ratione agitationem humorum prohibent, causam huius mali potissimam & proximam. Fa- *Materia mota quiescente peior.* ciliùs enim natura regit humores suis locis quiescentes, quàm turbulenter agitatos, & quasi extrà limites priuatos diuagantes. Postremò, cadauerum funeratores,

ratores, cernimus, & clinicas mulieres, quæ lucri gratia, ægris astant, ad ipsorum destinatæ obsequia, licet noctesq; diesq; illis ministrent, aut cadauera efferant, humo mandent, vitiosisq; succis scateãt, rarò adeò corripi. A lacri siquidem pergunt ad operas animo crapula, & ebrietate, curas pellunt, quò maior hominum strages, maius lucrum, cui perpetuò inhiãt, morte spreta, lucrum illi præferunt, aliorum calamitate semet oblectant, & vt Comicus ait ex aliorum incõmodis, suæ comparant commoda. Obseruati fuere Chirurgi, qui absque vllis terriculamentis, quosuis ægros, absque vllo detrimento, etiam vltrò accedebant, artis sua auxilia fideliter, hilari fronte, subministrabant, nondum coniugij vinculo astricti, quamprimùm coniuge, re domestica, liberis aucti fuére, primo propemodum ad inuisionem accessu, labẽ contraxerunt, è qua mortui sunt, curis & sollicitudinibus quæ domesticas administrationes semper consequuntur attriti, cum non tàm libero & soluto animo, prout anteà fuissent. Hæ melancholicorum sunt affectiones, ab illo prognatæ

Vespillones raro corripiuntur peste.

Chirurgi coniuges mortui, soluti impune visebãt ægros

Solicitudines pestem conciliant.

 succo.

ſucco. Quibus compræhenſis, conſentaneum veritati eſt, peſtilentem febrem, à putredine bilis atræ produci, idæam autem cauſonis referre. Plurimùm me mouet, reuerentia, & auctoritas præceptoris bene meriti, eiusq; hoc dogma inſerui, non tàm examinandi, vel oppugnandi ſtudio, quàm vt porrigerem anſam, exactiori iudicio præditis, quos fortaſſe mens illius, adhuc latuiſſet, diſcutiendi, & ſub incudem reuocandi, huius dubij. Ne autem ad præceptoris obtutum, ceu Perſeus, ad Gorgoneæ Meduſæ caput obmuteſcam, licebit mihi, per manes illius, & æqui lectoris beneuolētiam, quid hac in parte ſenſero, paucis eloqui. Melancholicus humor, omnium qui in corpore conſiſtunt frigidiſſimus, & ſicciſſimus, putredini, & morbis, ex putredine producendis, quā minimè idoneus cenſetur. Statutum ſiquidem ſuperiùs ex aſſertionibus Philoſophicis, putredinem in contrario, calore nimirùm & humiditate conſiſtere: nihilq; penitùs putreſcere poſſe, quod eiuſmodi qualitatibus nō ſit præditum. Vnde igitur, tàm frequens, numeroſaq; febrium peſtilentium, reiteratio

Atra bilis aduerſatur putredini.

Peſtis frequentes.

teratio,quę pariter afficit infantes,senes, iuuenes, mares quàm fœminas? Omnes hosce, frigidi & sicci statuemus temperamenti esse participes? Tantum'ne atræ bilis coaceruarunt lactentes bimuli & trimuli, puellæ, virgines pulchellæ, quâtum sufficiat, febri atrocissimæ inducendæ? Mirum hercle videbitur, quo modo succus ater, ob terrestres portiones, quibus pollet, ob crassitiem, motui, & agitationi ineptam, ob frigiditatem, & siccitatem, caloris actionem repudiantem, illiq; vtraque qualitate contumaciter reluctantem, tàm ingentem suscipiat flammam, quæ adeò exurat, & infelices torqueat ægros: nisi dixeris, ægrè eum, agẽtis vim suscipere, at eam, diu saluam & integram, detinere, atque idcircò sæuiorem deinceps facere impressionẽ, quod ferri cãdentis exemplo producto, philosophi ostendunt. Non imus inficias, vehementem oportere dari causam, quæ hunc humorem percellat, (ostendit vel solutio, morosa, & difficilis) non tamen hinc deducetur, omnis ætatis, sexus, conditionisq; homines, tantum collegisse, limosi, & feculenti sanguinis, vt ob illius

Melancholia ægrè concipit flammam.

Oporteret omnes peste correptos atram bilem coaceruasse.

duntaxat vitium, in hanc febrium malignissimam, cateruatim incurrant: quinimò, biliosi, sanguinei, pituitosi, ex æquo huic labi expositi sunt, calidi & humidi vt plurimùm, tum calidi & sicci, frigidi & humidi, minimè omnium, frigidi & sicci, senes rugosi, capulares, silicernia, & anus decrepitæ, quas rarissimè infestatas, Galenus quoque testis est locuples.

Quouis homore referti peste periclitantur.

Diffidet prætereà ab ardente, pestilens etiam foco, siue minæra, cum illius materia circà pulmonem colligatur, & phrenes, huius verò sedem, in cordis viscere concludi iam statutum sit. Calor pestilentis interna vrit, extima leni tepore aspergit: at, ardentis, vniuersum corpus, tanto æstu perurit, vt manus apposita, tactū refugiat non secùs, ac qui viso angue, pedem è vestigio reuocat, non pectus modò, verumetiam vniuersum corpus vehementi oppugnat calore. Hæc per interualla recurrit, & aliquas saltem inducias largitur, eò quòd referat naturā tertianæ continuæ, quæ suas exacerbationes habet, etsi nunquam in sinceram ἀπυρεξίαν desinat, illa verò quasi perpetuò ὁμοτονή. Et quod aliis febribus, in statu, summoq;

Sedes pestilentiæ diuersa ab ardentis.

Calor differens.

Causus intermittit vel remittit.

ſummoq; vigore vſu venit, hoc peſtilenti ſtatim à principio, cui tunc vehementiſſima ſunt omnia. Retractio etiam caloris nõ tàm magnitudini, quàm eiuſdem malignitati, tribuenda erit, quæ princeps viſcus obſeſſum detinet, cuius defendẽdi gratia ſanguis vnà cum ſpiritibus, extremis deſertis, ceu ſubſidium allaturus, accurrit. Contingit quidem in principiis acceſſionum, introrſum reuocari ſanguinem tanquam ad potiorem flãmam: euicta tamen putredine, reuertitur, ad loca, quæ antè deſeruerat, cuius hîc diuerſum accidit. Cor ſiquidem, & ſibi adiecta viſcera, indefeſſo labore fatigat æſtus, parùm, aut nihil ſeſe prodit, quo iudicio extrinſecùs caloris vehementia depræhendi poſſit. Sitis, & deliria alios, quoque plurimos comitantur morbos, neque hæc tanquam παθογνωμονικὰ ſigna accerſenda, præſertim, ſi fiſſura linguæ ex ariditate abfuerit: licet enim, tàm ardenti, quàm peſtilenti communia fuerint relata accidentia, ex eo ſolo tamen affinitas, & cognatio, minimè ſtatui poterit, cum ambo moleſtiora, acerbioraq; ſint, lõgiusq; perſeuerent in peſtilẽte, quàm ardente,

Peſtilens in continuò vigore perſeuerat.

Caloris circa præcordia cauſæ.

Frigus initio acceßionum.

Sitis in peſtilentibus & delirii cauſa.

nec culpa conferenda, in humorem, sed gradum, & sedem putredinis. Anthraces preterea à sanguine atro exusto fieri, non negamus, lēticulas colorem subrubrum, & puniceum referre, ne id quidem, verum, quid de parottidibus dicemus? nō'ne à pituita, bubones à sanguine, bili, & pituitæ permixto, tumores sub alis, varios vtique vnde sunt excitati humores, visui quoque coràm demonstrant? Suppuratio indicat, non à melancholia, ortos tumores, qui in petras, saxa, lapides, scyrrhos abeunt priusquam naturæ beneficio euicti, in pus conuertantur, adeò contumax legibus naturæ est hic succus, vt omnē illius respuat & repudiet in se operationem: at in peste plurimos in pus terminari videre est tumores, indicium non à sola melancholia exortos esse. Saturnus autem quantumuis melancholicus, Astrologis habeatur è planetarum numero, nihilominus si conuenerit cum Marte, igneo biliosoq; tùm primum ambo, humano generi infesti, eiusmodi exitiales producent effectus, & eos quidem, si in signo humano, domoq; vitæ, forte fortuna reperti fuerint.

Carbunculi vnde generentur.

Parotides a pituita.

Tumores atra biliarii non suppurantur.

Saturnus Melāncholicus Marti coniunctus exitialis

Esus

Esus radicum & leguminum non ex necessitate, atrum succum producit, potiùs crassum, pituitosum, & flatulentum, vt ex eo nihil certi colligi possit, de vno certo, determinatoq; humore, alimentis videlicet naturam aliti induentibus, sed de vniuersi corporis κακοχυμία, à qua immunes esse poterunt, lautioris, & locupletioris fortunæ homines delicatioribus, & probatioris succi alimẽtis, assueti. Quantum animi perturbationes in omnibus morbis ad salutem vel interitum afferãt momenti, nulla propemodum res explicatione eget: & quia hic morbus suo genere exitialis, leue quoduis erratum pręcipitem morti ægrum tradit. Cor enim (fons affectuum θυμικῶν ob fluxum & assiduum refluxum sanguinis vniuersi ab obiectis lædentibus ad cor, & à iucundis vicissim à corde ad excipiendum & amplexandum obuium volupe) iam oblæsum, & virus malignum, proprio corpore abstrusum gerẽs, eiusmodi affectuum vicissitudine, à sanguinis fluctibus excitata, plurimùm læditur, præsertim, si pręsto fuerint res obiectæ terrorem, anxietatem, mœrorem & alios id genus affectus

Legumina nō modo atrum succum gignunt.

Affectus animi corpus perturbant.

Cor est fons affectuum.

ctus inferentes, quæ animi accidentia, quamuis diu ſi perſtiterint, ſanguinem torrent, craſsioremq; efficiunt, primo tamen impetu, non melancholico ſanguini accepta referẽda eiuſmodi perturbatio. Ex æquo enim, omnes humores obiectum ingratum refugientes, cordi, ceu principi vitæ, & ſanguinis lacunæ affluũt, quod ſi antè oblæſum, à ſanguinis copia, & caloris vehementia fuerit, facile ſpiritus extinguuntur, ſuffocationisq; periculum introducitur. Nec alia ratione, pauores, anxietates, in peſtilentibus febribus prohiberi, aut vilipendi iubemus, quam in principiis acceſsionum, & hauſto veneno, ſomno prorſus interdicimus: Satiùs enim eſt calorem in habitu corporis verſari, nec introrſum congregari, vt illîc augeatur incendium, & in venenis, ne vnà cum calore ad intima corporis penetralia irrepat veneni vis maligna. Metus, timiditas, animi abiectio abſque notoria & vrgente cauſa, καὶ προφάσει, melancholicorum eſt indiciũ ſatis euidens, ſicubi terriculamẽta & vitæ diſcrimen, aliáque id genus ſibi imaginatione propoſuerint, ceu ſpectra, nulla

Non omnes affectus a Melancholia prodeunt.

Triſtes curæ peſtilentibus noxia.

Calor euocandus.

nulla doli mali suspicione pręsente. At in pestilente contagione, prouidentis potius est, non melancholici, semet rebus asseruare secundis, & remis, velisque pestilentis noxæ auersionem accelerare: quæ si tempestiuæ præstita fuerit, æquè biliosis, sanguineis, & pituitosis, atque melancholicis conducet, quo humore abundantes, immeritò solent trepidare: hic vero, timoris vehementes causæ subsunt, quapropter nihil solidi firmique de melancholia ex metu concluditur. Animus verò alacer & frons exporrecta in omnibus morbis insignem præstat vsum & de salute plurimas benè sperandi affert occasiones, vt in prognosticis Hippocr. scriptum reliquit, cui & Comicus suffragium fert cum ait, Animus bonus in re mala dimidium mali. Potissimum tamen id requiritur in pestilente constitutione, cui formidolosi & timidi valde sunt obnoxij, astipulante etiam Hieronymo Cardano lib. de subtilitate, vbi de viribus hyacinthi agens inquit, pestem quoque arcet, quæ maximè cõtingit ob metum & cordis imbecillitatẽ, quæ duo hyacinthus abolet: ob hæc pueri, & mulieres

Animus hilaris, inge conniuium.

Timidi peste citiùs corripiuntur.

lieres, & timidi, peste corripiuntur celerrimè: iuuenes & audaces, non nisi valde sæuiente: multum igitur iuuabit arcendo pestem. Par iudicium & ratio de vespis esto (qui Sexto Pompeio dicuntur ij, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa propter inopiam duci nequeunt, Martiali autem Diaulum medicum scommate petenti non vespæ sed vespillones) qui ob assiduos labores, cursitationes, cibos paulò lautiores, & exquisitos ex adaucto lucro, aliquandiu immunes à contagio perseuerant, tùm quia cadauera nullũ expirant venenum calore iam vnà cum spiritibus extincto, & si quid superest reliquiarum in pannis latitantium. Hæc reddi ratio potest, quî fiat vt rarò aut nunquam vespillones intereãt. Quo ad humorum agitationem, causam inquam præparantem, ad putredinem, & præcedentem, censendum minimè est, solam melancholiam, id præstare, imò tenuiores humores, calidi, biliosi, tùm & serosi, commotioni, & perturbationi aptiores sunt, vnde ὀργάζειν de humoribus,

Vespæ & vespillones cur securi à contagio.

Humorum agitatio Melancholiæ minimè imputãda.

moribus tenuibus & calidis interpretatur, vbique Galenus: Crassus siquidem & frigidus, non nisi à valida causa, loco moueri poterit, & non nisi commotis cæteris humoribus tenuioribus, καὶ εὐκινητέρυς. Effrenatam hanc vagationis hinc inde libidinem, cohibebunt terræ medicamentosæ, crassiores, & viscidæ, quæ quo consilio, aut in quem vsum melancholiam alioqui crassam, & tenacē magis incrassabunt obsecro? Tenuibus, liquidis, fluentibus, calidisq; succis, debetur crassamentum & inspissatio. Quid verò cognationis, cum quartana continua habet, vt ingenuè quod sentio dicā, mihi nunquam lectum, auditum neque visum est, nisi quod de quarto in septimū & deinceps in vndecimum & decimum quartum more acutorum, & quidem maximè peracutorum, moueatur, eum in crisibus typum obseruet, vt in indices & iudices dies mutatio morbi, plerunque incidat, quamuis aliqui contendant paribus potiùs diebus quam imparibus pestilentes moueri, materias, vbi quaternarii numeri reliquis magis sunt conspicui. Et si ità sese hæc haberent, non tantæ au-

Tenues humores aptiores motioni.

Argillæ non est cur atram bilem crassiorem efficiant.

Nihil commune pestilens cū quartana continua habet.

Pestilentes paribus diebus mouentur.

ctoritatis

ctoritatis hoc vnicum esse argumentum credo, vt palma illis concessa, à veritate receptui canendo nos abscedere cogat. Ne igitur tàm multis ambagibus irretiti, nos extricare, & eluctari nequeamus, satiùs fuerit, statuere omnes humores, potis esse vt labem concipiant, & non in vnum duntaxat culpam reiiciendam esse cum & symptomatum varia confusio, nos id fateri cogat, tùm & reliqua argumenta, quorum pars recitata: pars verò in sequentibus enumerabitur.

Infectis maiori vitæ cum discrimine conuersamur, quàm si cadauera eorundem tractemus. CAP. XVIII.

Laurentius Iobertus Medicus Monspeliensis.

QVibusdam in mentem venit, vt non leuibus causis inducti, contra quàm hactenus creditum & traditum fuit, palàm ausi fuerint asserere cadauera, peste extinctorum, longè maius contagium habere, atque idcircò nocentiora esse contrectantibus, vel circà ea versantibus quam viua adhuc, licet altas in eis lues contagiosa pestilensq; radices egerit, corpora. Ne tamen temerè cuiuis fidem adhibeamus, non abs re fore duximus, hoc loci

loci,ad veritatis ſcrutinium deductis, oppoſitæ partis rationibus,quid in hac controuerſia ſtatuendum ſit, determinare. Hoc itaq; ordine in inueſtigatione alterius dubioſæ quæſtionis partis progrediemur. In confeſſo eſt omnibus,quibus vis, & natura contagij ex ſeſe, vel ſuprà allatis ſermocinationibus cognita eſt,vocabulum cõtagij à contactu, deductum eſſe: neque communionem eam luis, poſſe, de corpore vno, in aliud, abſque cõtactu propagari: illic quoque dictum, agentia,& patientia, requirere ex neceſſitate contiguitatem, vel mutuum contactum. Is verò duplex, Materialis,& nõ materialis, cum videlicet per ſe, aut per aliquod medium vis agentis patienti applicatur: quorum ille quidem vehementius, velociusq; imprimit, hic verò tardiùs, imbecilliusq;, cum egeat medio quodam, alterationem antè ſuſcipiente, ex quo porrò communis etiam hæc redditur ſubiecto patibili alteratio. Mediũ hoc facile alterabile eſſe oportet, vt protinus excipiat agentis qualitatem, vel ſi in eam ſeſe non induerit perſonã, aptum duntaxat ſit,& cõueniens, vltrò,citroq;

Repetitio ſupra de contagio recitatorum.

Contactus duplex.

Medium excipiens & prouehens vim alteratricem.

deuehendæ & traducendæ, qualitatis in subiecta patientia, quam alteratio tandē absoluta consequitur. Eiusmodi est aër, & omne illi proportione respondens, vti sunt spiritus, exhalationes, vapores. Quapropter, & lues pestilētialis, aut mutuo corporum contactu, aut aëre infecto, aut putribus exhalationibus, de corpore in corpus migrando infectionem dissem̄inat. Vbi igitur vicinior corporū copulatio, halituum pestiferorū maior copia, aut eorūdem venenum perniciosius, & virulētum magis, qualitate excedens fuerit, proculdubiò maior illic mortaliū ædetur strages, cum venefica qualitas, aut in quanto, aut in quali de necessitate sit statuenda, copula rationem causæ sine qua non subeunte. Ideoq; quamprimum certis argumentis deductum, conclusumq; fuerit cadauera mole, copia, plus vaporis venenati effundere: aut id quod propellunt, etsi non sit adeò copiosum, nihilominus, ob extremam corruptionem, longè magis peruersam, asciuisse malignitatem, quàm viuo adhuc animali obtingere potuisset, diremta erit controuersia omnis: magisq; perniciosa habebun

Aër & sibi similia vehunt contagium.

Lues communicatur.

Cardo disputationis.

habebuntur cadauera: ſin minus aduerſæ, calculo noſtro ſuffragium feremus ſententiæ. Tàm verum quàm quod veriſsimũ, vix aliquid è ſublunaribus corporibus reperiri, quod pro ſubſtãtiæ ſuæ raritate, vel denſitate, non fumum, nidorem, exhalationem, aut vapores aliquos, de ſe promat, cum ex terra omniũ elementorum ſicciſſima, vi lucis, & radiorum Solarium vapores plurimos, calor, & imaginum, quæ in aëre ſublimi fiũt cauſas, quotidiè exugat. Fatum hoc naturæ, ne quicquam perpetuum, perrenneq́; maneat, abſumtio corporum ab aëre facta, naturalis interitus, & internecionis cauſa: hinc euenit quòd tempore omnia ſeneſcant, abſumto humido continuitatis auctore, rugoſa contrahantur, & ita diſſoluta pereant, etiam duriſſima quæque. Præter hanc communem abſumtionem, aliam intrinſecam, depopulatricem cauſam, animantia ſanguine prædita obtinuére: cùm calor, ſanguini inhærens, primigenium depaſcitur humidum, cuius reſtitutioni, ſufficere tàm quoad molem, quàm quo ad qualitatem nequimus. Hinc triplicis quod vocant

Nihil orbe inferiore reperitur quod non halitum edat.

Vapores terrei μετεωρα producunt.

Conſumtio corporum ab aëre ambiẽte.

Calor depaſcitur humidum

Triplicis substantiæ effluuium. Medici ſubſtantiæ effluuium ita hoſtem inteſtinum nobiſcum circumgeſtamus, qui æquè noctes, ac dies, vitæ noſtræ inſidias ſtruit. Huic cum reſiſtimus, alimẽtorum ſubſtitutione, & eorum confectione, illa inquam dum macerantur, ſubiguntur, conteruntur & coquuntur, *Vapor è coctione eleuatus.* plurimi vapores (vt in Vulcania lemno) eleuantur, è quibus ſpiritus benigni, fuligines excluſioni deſtinatæ, exhalationes caput petẽtes, ſomni & quietis naturalis effectrices cauſæ, illinc, per ſuturas caluariæ euaporantes, vicibus perennibus dimanant. *Qua via excernantur vapores.* Viæ autem ſunt thorax, omniaq; inſtrumenta ſpiritui dicata, arterię per corpus diuaricatę & exiles, ſenſuiq; obſcuri meatus, cutim perfodientes, vnde magna halituum copia in ambientem aërem diuulgatur. Opera hæc ſunt naturæ, quæ ſi fatis conceſſerit, deſinent etiam munia, tàm coctricis, quam expultricis ipſius facultatis, dum nulla *Animali vita carente nulla coctio, nulla expulſio.* coctio, nulla exhalatio, neq; pectus per expreſſionem ſpiritum explodet, venæ ſpiritales neutiquã cordis fuligines excludent, per halitum corporis, ſi quid protruditur, leue id, à cauſa extrinſecùs

extrahen

extrahente, minimè verò ab intrinseca propellente, motionis impetum ducet, cum nulla extet euentationis necessitas, calore nimirum extincto: qui etsi afforet, tamen vis diuina, membra mouens, ad actiones animans, & cohortans, secessionem fecit. Duæ igitur emittendorum superfluorum halituum, tam occasiones, quàm viæ interiere: tertia omnibus, & inanimatis communis superstes relinquitur, quæ, vtrum tantum vaporẽ euehat, quantum ambæ iunctæ, aut alterutra seorsim omni carere cõtrouersia iudico, cum viæ illæ patentiores, ex caloris officina prodeant: hæc verò, si quid inter carnes, & cutim collectum fuerit, solùm transmittat, quod vti tenue, ità leuiusculum equidem est. Non igitur plus vaporum effertur è cadaueribus, quàm viuis animalibus, si quantitatem siue multitudinem spectes, de quo fortasse inter nos conuenit: maximè penultimum Galeni quarti in 6. Epid. commentum perpendentes, vbi inquit. Omne cor prope mortẽ frigidam habet intemperiem etiam in vrentissimis febribus. Quod si mors erit frigida & sicca, quan-

Tres superfluorum excernendorum viæ & occasiones.

Minus exhalant cadauera quam viua corpora.

tum è frigido exuccoque cadauere vaporis eliciemus? Residuum igitur est, auctam putredinem in cadauere, lõgè nocentiorem esse debere, atque perniciosiorem, quàm in infecto corpore, quod in deliberationem vocatum fuerat. Nemo refragari potest, aliquid vaporum, è cadauere egredi, illius autem qualitatem prauam & noxiam ex solo fætore probare vix poterimus, qui etiamsi putredinis sit vel comes, vel soboles, non ex eo, maiorem putredinem in cadauere ponemus, quâm viuo adhuc animali, quia fœtor maior: eò quòd neque hoc de necessitate verum, cùm plebs quoque imperita Galeni seculo, ex olidis spiritibus correptos peste coniiciebat. Rudimentum ne tantum putredinis illic, in cadauere omnimodè, iam absolutã dicemus? Certè quid statuendum sit discriminis, inter anhelitum fœtidum, maleq; olentem, & vaporem, è cadaueribus emanantem, ratione putredinis, haud sciuerim: illam longè statuo perniciosiorem, cum longè plus sit similitudinis inter spiritus animatorum qui de facili inficiuntur, quàm inter vaporem aëreum, & spiritus hominis viuent

Vapor cadaueris pestilentior habetur.

Fætor putredinis character.

Spiritus graueolens pestem letalem innuebat.

Lues traducitur citiùs è spiritu in spiritum quàm vaporem aërem & deinceps in hominem.

viuentis: inter viuos maior comparatio, quàm inter hominem, & cadauer: hoc enim æquiuocè homo, ſicut abſciſſa manus dicitur. At contagium in ſimili. Faciliús itaque afficitur homo, ab olido infecti ſpiritu, quàm à cadauere, ob potiorẽ ſimilitudinis rationem & infectionis de ſpiritu, corporis viui, in ſpiritum alterius viuentis commodiorem tranſitum. Præterea ſi dixerimus maiorem eſſe putredinem in cadauere, quia totum obruit hominis corpus, abſque negocio id conceſſerimus, tantò maiorem eſſe putredinem quantò maiori materiæ inſidet in latum ſe diffundit, quia ſubiectum cui inhæret, eſt amplum, & vaſtum, anteà verò, præſente vita certo cuipiam loco in corporis intimis latitans, non tam manifeſtè ſeſe prodebat. At hinc non probabimus, quo ad gradum, & qualitatem nocentiorem eſſe putredinem, cum manifeſtè quotidiè cernamus, in vlceribus mali moris, gangrænis, phagædenis, & quæ eſthiomena Arabes vocant, tam tetrum prodire fœtorẽ, vt aſſidentes ſecedere cogat, multos quibus inuitis aſtandum, in anguſtias & deliquia animi præcipitet, ſui-

Ratione quanti maior in cadauere putredo non qualitatione.

Gradus putredinis maior in viuo.

met ipsis odium pariat. Idem igitur fætor eadem putredo, in exigua particula, & in toto corpore, quatenus qualis: hoc vno differunt, quòd hîc maiorem molem, maius subiectum, corpus violenter oppresserit, illic verò, arctis locis cōclusus, naturæ beneficio, aut medici industria, serpere, & in vicinas partes, laxis habenis diffundi, aliqua ex parte prohibeatur. Idem ignis in stipula ardente, & ferro candente: at in maiori quantò maior virtus: & sensui maior apparet fætor, quanto maiori spacio & moli putredo dominatur, quæ prius à calore natiuo aliquatenus coërcebatur (nam vt sit putredo, certum gradum habere debet) nō tamen obtūdebatur, ità vt quo ad qualitatē exilior, debilior, imbecillior'ue redderetur, verùm quantò minus loci occupabat, eò minus maligna censenda fuerat putredo potissimùm, quia obseruamus, ex leuibus etiam vlcusculis pus lōgè fœtidissimum effluere: & si vniuersum corpus tuber (vt verberibus caput seruulo Terentiano) à contusione esset, in q́; suppurationem desineret, æquè tanta esset putredo præsertim in corpore cacochymo,

In cadauere ob molem toto occupato homine maior quam viuo animali putredo.

Pus fætidum.

mo, putredini eiq; maligniori oportuno, vt in cadauere peſtilentia enecto. Huc facit etiam exemplum citatum, quod tam priuatis ædibus, quàm in ciuitate quò plures intereunt, tantò ſæuior euadat peſtis; ſanè non quod qualitas peſtifera & virus augeantur, alioqui progreſſus eſſet intẽſionis in infinitum. Si enim pro cadauerum numero, luis quoque prauitas, pari greſſu augeretur, quam tãdem putredinis qualitatem vel gradum ſtatueremus, bis, aut ter, ne dicam decies, milleſimo homini, qui peſte interiit, ſiquidem ex totidem corporibus ſemper venenatæ qualitati nonnihil accederet? Imò raro vltrà triennium peſtem ſæuire Cardanus alibi teſtatur, vel quia exhauſtis agris incolis, nemo eſt, in quem commigret; vel quia, aër ob ſubſtantiæ tenuitatem, & raritatem, vlteriorem putredinem ferre, alere, & continere nequit, cum ea, quæ ſemel putruerint, putrida non ſint; vel quia vix fieri poteſt, quin vi ventorum propulſa malignitas, aliorſùm intereà transferatur. Poteſt tamen intereà, vt antè dictum fuit, in maiorem molem ſeſe diſtendendo ſæuior

Putredini peſtilenti nihil accidit è morientium frequentia.

Peſtis triennium non excedit.

euadere, tam in quãtitate cõtinua, quàm discreta: quò plures etenim inuaserit, & pessundederit, tãtò perniciosior esse verè dicetur, & eiusmodi habebitur: Sicut & in vnico homine quò locum magis capacem, & amplum obsederit, eò patentioribus sese aperit & declarat symptomatis inter quæ fœtor: quia plura cadauera, plus exhalant, pauciora verò minùs. Secundo loco quod obiicitur à simili deductum, tale est: si in pãnis & supellectilibus domesticis cõtagium asseruatur, quid impedit, quo minus & in cadauere raro, laxo, spõgioso. Ratio equidem dictitat potiùs in carnibus, adipe, sanguine, visceribus asseruari debere seminaria quam in corporibus siccioribus durioribusq́;, cuiusmodi sunt vestes, subuculæ, linteamina & id genus alia. Rectè equidem, nisi vis pestifera, vnà cum calore, solum vertisset, cui superuenit, & successit noua putredo prioris non modò non soboles, & alumna, sed ab illa differens. Prior enim quæ pestilens fuerat, absoluta, in omnimodam desiit corruptionem, extincto videlicet animali. Si superstes adhuc esset, nonnihil prioris virulen

Putredo contagiosa in supellectile remansit.

Putredo pestilens diuersa a cadaueris putredine.

virulentię, ex eiuſmodi cadaueribus, ceu naturæ omniq; illius generationi quammaximè aduerſantibus neque ſerpentes, neque vermes, (illos quidem humano, ſcarabeos, equino, veſpas, crabrones, aſinino cadaueribus, prodire ſapientes priſci, & myſtico ſenſu prodidére) aut alia inſecta generarentur, neque tunc corruptio vnius fieret generatio alterius, Imò extincta peſtifera putredine, & exhalante, cum anima, vel calore natiuo, maligna qualitate, haud aliter, quam venenatis animalibus contingit, vulgaris putredo conſequitur, omnibus communis animalibus, vbi diſcedente calido benigno, & naturæ conuenienti, vicarius ſubſtituitur peregrinus & aduena, humore peregrino educto, ex quo beneficio ſolis, & corporũ cœleſtium, tandem lumbrici, vermes, aliáque inſecta prodeunt. Quandiu autem reliquus eſt calor, etiamſi exiguus admodum in cadauere, non inficiamur, etiam veneni nonnihil illic deliteſcere (quia circà calorem pugna committitur) quod vbi perfriguerit, etiam venenum vnà euaneſcit reſidua putredine communi, omnibus,

Peſtilens putredo nulli animali generationem præbet.

Anima corpore egreſſa putredo quoque peſtilens euaneſcit.

Putredo omnibus cadaueribus communis

quoque

quoque mortuis familiari, quam certè fætor insignis cōsequitur, si diutiùs prorogata fuerit sepelitio. Num igitur dicemus omnia fœtentia cadauera peste interiisse? Sanè in præteritorum diuinatione artifices haberemur. Et quod à minori ad maius argumentantur, si bello cæsa militum integra valentiaq; corpora, neque humo credita, pestem inuehere potuerunt, multò magis cadauera infectorum: vtrisque fœtor æqualis, eadem corruptio, pari conspiratione aërem inficere possunt, nec illa minùs, hæc verò magis: cum istic aër contagiosus, amplius pollui nequeat, præsente iam antè aëris putredine, vel corruptione, non necesse est, vt reciprocatione quadam mutua, aër homines, & cadauera, rursus aërem magis inficiant: illic verò, introduci potest aëri contagiosum virus, aliâs syncero & puro. Sordidū enim sordidum, non amplius defœdare polluereq; poterit, siquidem non similium in similia sed contrariorum in contraria est mutua actio & reactio. Proinde superuacaneum est infecta cadauera pestem afferre, iam anteà præsentem, & aëri à quauis causa introductam

Cadauerum pestilentiū fœtor à simplicium cadauerum fœtore nihil differt.

ductam. Nemo interea inficias iuerit, plus exhalationum emittere cadauera quam interulæ aut vestimenta, quia ambiens ex subiecto humidiori cuiusmodi est cadauer, plus extrahit, quàm ex linteo sicco, & stragulis, idq; accidit, ob molem subiecti, & dispositionem aptiorem, quæ est putredini, in humido corpore, quàm in sicco: longè maiores vires obtinuit illic putredo, quam in lectisterniis, in quæ ceu riuuli ex fonte, fortè viscidum quid de cõtagio emanans, superficietenus adhæsit, in intima, ob siccitatem, & quia caloris expertia sunt, nõ admisére virus. Et quod in pannis laneis, aut pelliceis vestibus, continetur luis cõtagiosæ, languidum, effœtum, ignauum, imò mortuum omninò est, nisi per contrectationem, assumtionem & applicationem corpori factam, rursus concaluerint, & ita per poros cutis, calori cordis communicent, prauam vitæque exitialem malignitatem vel euentata & agitata seminaria rursus aëri communicantur, qui postmodũ inspiratione haustus luem accendit. Eget enim & contagium calore, à quo in actum, vis illius deducatur.

Plus exhalant cadauera quã supellex infecta peste.

Supellectilis virus in extremo.

Quomodo contagium è supellectile communicet.

tur. Quòd si cadauera ita vlnis amplexis fouerentur, vt Mezentius Virgilianus.

Mortua quin etiam iũgebat corpora viuis,
Componens manibusq́; manus atque oribus ora.
(Tormenti genus) & sanie taboq́; fluentes
Cõplexu in misero lõga sic morte necabat.

Non equidem spoponderim, vbi incaluissent, enormem secuturam corruptionis de simili in simile corpus transmigrationem: an verò maiorem & vehementioris impetus, à cadauere lue pestifera quàm phthisi, lepra, lue Gallica, viscerũ aut cerebri apostematibus per nares, & aures erumpendo, tetrum ceu ex sentina spirantibus odorem pessundato, asserere equidem minimè ausim: parum quoque discriminis, in malignitatis proportione, inter vtraque ponendum censerẽ. Quod autem calore egeat etiam contagium si offendere debet ita deducitur. Venenũ ex diametro aduersatur calori nostro: non minùs ergò contagia pestilentia, egent reductione ad actum, vi caloris nostri, vbi adhęserint, vel extrinsecùs applicata fuerint, quàm venenum aut frigidum pharmacum haustum: & quemadmodum

Calore communicatur cõtagium.

Contagium eget actuatione.

admodum venena, alimēta, pharmaca, in cadauere, ob caloris actuantis migrationem, nullius vſus ſunt, & efficaciæ: perinde etiam lues contagioſa, nec in cadauere latere, actuari, aut aliquid roboris viriumq; habere in ſemetipſo poteſt, neq; affectionem in alium tranſmittere. Pugna luis, & veneni, in contrarietate conſiſtit (etſi ſuprà inter venena & contagia diſtinctio facta fuerit, in hoc tamen coniurauére) ea ſubla[illegible], receptui canitur: extincto calore, ceſſat actio: in nihilum prorſus redigitur vis veneni, ſublato calore, cui ſeſe inſinuare volebat, quem auitis ſedibus extrudere conabatur, & vnà cum calore, quem lues, aut venenum edomuerunt, etiam vis pernicioſa, tenues euaneſcit in auras: remoto quippe vno contrariorum, tollitur contrarietas totaq; actio è medio tollitur. Neque exiſtimandum peſtilitatem, ceu tyrannum, iam rerum potitum, fugatis, deuictisq; hoſtibus, ferociùs inſultare imo ceu Cadmæi fratres mutuis vulneribus vnà cum calore etiam peſtifera tabes virulentiaq;, quæ illi, ceu ſubiecto inhærebat, in ſanguine, aut ſubſtantia cordis,

Calore abſente nulla actuatio.

Homine extincto calor & è conſequẽti peſtifera vnſolum verterunt.

dis, eadem opera intereunt. Adde quòd venena deleteria verè non à qualitatibus manifestis, sed à forma specifica & tota substantia agunt, ità etiam formam & substantiam animalis impetunt animam inquã, vel eius loco calorẽ, quem vbi deuicerint, vnà commoriuntur, nec amplius venenum vim vllam obtinet, quia extirpatus calor illi resistere nequit. Pari ratione vis contagiosa (quãuis clarioris doctrinæ gratia suo loco primis qualitatibus insignita fuerit) aliquid peculiare à vulgari putredine, ex primis qualitatibus concepta obtinuit, ideoq; fontem vitæ, & caloris officinam, primariò oppugnat, eoq; sedibus excusso, tanquam triumphum actura vnà discedit, locum concedens corruptioni, siue interitui omnibus animãtibus communi. Atqui, quo modo continebitur, in supellectile domestica contagio, siquidem, illi calore opus est? quem in iis calorem ponimus, in quo ceu subiecto diuerticulum habeat, illincq; aliquandò sese proripiat lues, inquies? Sicuti Arsenicum, hydrargyrum, napellus, venena dicuntur respectu corporis nostri, per sese, neque talia

Anima migrãte non habet subiectum cur insideat pestilitas.

Corruptio sequitur qualemcunque caloris natiui extinctionem.

Venenum ratione corporis nostri dicitur.

talia ſunt, neque eiuſmodi habentur, niſi comparatione facta ad humanum corpus, quòd ſi ea ſuſceperit, tùm primùm ipſi venena dicuntur, quia cum calore congrediuntur, atque de ſumma rerum decertant. Ità & contagium, non priùs contagium dicetur, quàm nos affecerit contactu, & calorem noſtrum ex inſidiis adortum fuerit: quandiu autem in veſtimentis latitat, exteriori illorum ſuperficie pingui malignáque exhalatione delibuta, flaccidum, enerue, & languidum eſt virus, neque vllo indiget, quo foueatur calore, cum aëris perflationi expoſitum, perpurgetur, aut aquis immerſum feruentibus, prótinùs extinguatur, tantiſper vt impunè tractari & geſtari panni deinceps poſſint. Secùs euenit rebus quæ vernaculum calorem habent, quia nondum prorſus euanido reddito calore, rarò, abſque noxa præhenſari ac circumduci poſſunt: & veſtigio leui caloris adhuc remanente, fomes aut ſcintilla contagij, ſuperſtes relinquitur, quæ nō prorſus extincta, reuiuiſcit, ſimiléque producendo incrementum ſuſcipit, quamprimum calorem ſibi appropriatum corri-

Contagium non ante dicendum quam corpus noſtrū affecerit.

Validiores ſunt contagii vires in viuo corpore quam in ſupellectile quauis inanimata.

puerit: quod cadaueribus perfrigeratis vſu non venit, quæ algida, innoxiè contrectari poſſunt, niſi iis noua ſuperuenerit putredo, quæ in malignam degenerãs qualitatẽ, quid eſt quod prohibeat eam fœtore noxio homini vim inferre, cum rebus olidis moleſtia affici, nõnunquam etiam extingui: odoratis ecõtrà ſuauiter refici & recreari ſpiritus omnes pro comperto habeamus. Quod ex Thucydide affertur pro cõfirmatione aduerſarię opinionis: nimirùm nocentiſſimam fuiſſe putredinem, vſque adeo vt cadauera inſepulta nulli animalium impunè fuerint tacta vel comeſta: imò coruos qui cateruatim ad cadauera depaſcendã conuolant, nullibi circa peſtilentia cadauera conſpectos fuiſſe, proprioq; pabulo abſtinuiſſe: vnde colligendum, plurimum latuiſſe malignitatis in cadaueribus recõditum, quod carnibus veſci cõſueta animalia, canes, lupos, vulturesq; abſterruerit. Dicendum alimenta omnia ob ſimilitudinẽ familiaria nobis eſſe debere, & grata. Voluptatem duobus ſenſibus metimur guſtu & olfactu, quorum vtroque vel alterutro qui pollent, alimenti bonitatem

Fætores ſpiritibus infeſti.

Cadaueribus corui abſtinebãt ob virus.

Voluptas ciborum vnde metienda.

nitatem & prauitatem faciliùs discernunt: Prona quæ pascuntur, olfactu duce, rimantur, & peruestigant, nutrimenti bonitatem: homo gustu, & saporum differentiis, mage vtitur: Crudiuora itaq; animalia, cum abhorruerint vsum cadauerum, necessarium est, fœtorem tetrum aut saporem odiosum, alienum à reliquis cadaueribus, multisq; interuallis dissimilem, eos obseruasse, qui nauseam & abominationem illis inuexerit: cum aliâs quibusuis cadaueribus indiscriminatim interemtis, auidissimè gulam expleant, nec quadrupedum peste mortuorum exta, fibrasq; lacerare perhorrescant. Verisimile est igitur qualitatem pestiferam & in vita functis sapore, aut odore prauo sese exeruisse, quæ in carnibus obscurè latitantes, crudelia à sui dilaceratione repulerint animalia. Non ex eo sequitur plus pestiferæ malignitatis in cadaueribus quam viuis efflari, neque magis venenatum: quia sapor vel odor fœdus prauitatem nutrimenti adhuc in viuente preexistentē significāt, calore alimentum in formam aliti assimilante iam de-

Fœtor absterret crudiuora à cadauerum esu.

Fœtor cadaueris nutrimenti viuētis animalis prauitatem denotat.

prauato, acceſſione luis peſtiferæ, quæ vnà cum calore, vniuerſum corpus per agrarat, & infectionis labē, tàm viſceribus quàm muſculoſo generi, humoribus corruptis impegerat, cuius rudimentū in cadauere aliquandiu ſupereſt. Deinde luis prauitatem non tam ex eo metitur quod volucres, & animalia quadrupeda, cadauerum contactum abhorruerint, quàm quòd ex abſtinētia, euidētiſſimum ſumit argumentum defectus, & penuriæ animantium, quæ nec circa cadauera neque alibi vſpiam viſebātur, & alituum nimirum brutorumq; genere depopulatrici huic peſti obnoxio iam reddito: vt, aut prius interirent, quàm veſci cadaueribus ipſis licuiſſet, aut prouidentia quadam naturali aërem fugientes noxium, tempeſtiuè aliorſum ſe conferrēt, prout quotannis grues, & hirundines, hybernis frigoribus aduentantibus, alio concedere mariáque transfretare, illinc vernis teporibus, rurſum allectæ reduces remeare conſpiciuntur. Vel fortaſſis ſalua pace hiſtoricorum non adeò incongruum fuerat dicere Thucydidem diſertiſſimum vt quenquam alium oratorem

Thucydides expoſitus.

rem

rem ad amplificādam narrationem Rhetorum more insurrexisse, vt legimus Bocatium in Decamerone pestem Florentinam exaggerasse vsque adeò, vt non sit veritus inter cætera scriptis prodere, quisquilias & reiectámenta pauperculi pestilentia emortui, in vicum publicũ proiecta, porcis, qui forte fortuna duo tunc aderant, dentibus lacerata bifidis vngulis diuulsa, atque in minutissimas partes more illi feræ consueto discissa, exiguæ horulæ spacio, vtrique necem intulisse: eosq; ac si toxicum exhibitum fuisset, suprà pannos laniatos, ceu sideratos concidisse. Quod mihi sanè creditu perquã difficile est. Et quod asserunt nonnulli, plus virulentiæ delitescere in cadauere quam viuo homine, eò quod ex cadauerum pestilentiũ elixatorum iure, si ostiorum pessuli, repagula, manubria, postes, limina illinantur: (quod coniuratos tonsorem & sacrificulum sua ætate Patauij fecisse, & inter tormenta facinorosos homines confessos clarissimus. D. Iulius Alexandrinus Cæsaris Augusti valetudinis Præses locuples testis est) vel clathri ferrei, siue cancelli pro cœmiterio-

Bocatius Florentinus pestē describit.

Venenum è cadauerum pestilentium elixatorum iure confectum.

rum foribus prohibendis domeſticis brutis affixi (quod Badenæ agro Viennenſi contigiſſe audimus) eodem ſi aſpergantur, tranſgredientes, & attingentes, infici, illincq; aſperrimæ peſtis primordia exorta commemorant: magici incantamenti loco habeo. Niſi dicamus ex cadauere recenti, & etiamnum calente, rediuiuum redditum, venenum, caloris extrinſeci acceſſione, quod propè mortuum antè fuerat, & virus illud de caloris cuiuſlibet ad ſe attrahentis natura, aquæ fuiſſe attributum. Quod ità demum crediderim, cum mihi cauſam aſſignarint, cur qui Cannibalico, aut potiùs diabolico huic inuẽto, auctores præfuére, & perniciem horrendã generi humano moliti ſunt, inter coquẽdũ & operandum peſtifero venenatoq; vapore eo quidem plurimo per ebullitionem exhalante, aut cum in fruſta ſecarent cadauera, non priùs correpti interierint, pœnasq; pro tanto crimine ſeſe condignas dederint, quam in cædem, abſoluta veneni contagioſi præparatione, prorupe-rint. Num alexipharmacis ſeſe antè muniuerãt? Si immunes euaſére, faciliùs mihi

Ex eo veneno peſtis inuecta.

Cannibales noui.

hi

hi persuaderi patiar, succũ luridum, iam frigefactum, & aëri expositũ, ab eodem non modò retusum, verumetiam fortè absumtum longè minoris, quàm inter coquendum fuerat, efficaciæ esse: vbi & propinquiùs accedendum fuerat, siquidem igni fomitem suggerere, aut pestilens illud decoctum colare, & in nefandos vsus asseruare vellent. Simile quid contigisse testantur cum Dione Nicæo & Xiphilinus in vita Commodi: quo imperij habenas moderante, tam atrox in vrbe est grassata pestis, vt vna die non rarò bina hominum interirent millia cum malefici homines venenis res oblitas mercede pellecti in alios conijcerent. Talionis lege exemplum exemplo pendatur. Prætereũdum ob flagitij immanitatem fortè fuerat quod nuper admodũ Vratislauiæ Silesiorum peste depopulãte illic accidit. Vespillo virgineum cadauer à propinquis formidine perculsis vixdum egressa anima desertum formæ nulla vi illata rubens conspicatus, occasione à solitudine capta noctu extinctã, manè iniuit. Tanquam re probè gesta facinore gloriatus, per indicem magistra-

Pestem Romanam cum Dione Xiphilinus describunt.

Vratislauiensis vespillonis facinus.

cui defertur: hic quia vſus eius tum neceſſarius erat, conniuere ſimulans, lues quam primum deſeruit, publicè virgis cæſum exilio multauit perenni. Indēnis hic euaſit, etſi, vt credere eſt, νοσηραὶ ἐκκρίσεις καὶ μιάσματα adhuc exhalarent. Vt igitur Colophonem huic diſputationi imponamus, diſtinctione adhibita reſpōdendum cenſemus: nimirum quòd ſi ſpectemus materiam putrem, maior erit cadaueri putredo, quia in maiore ſubiecto: non ob id maius contagium, quia cum calore loco ceſſit, etiam contagioſa vis, perinde vt venenatis animalibus, cum calore venenum interit. Ratione autem cauſæ efficientis tranſpirationem, longè maior in viuo adhuc animali, vbi calor internus, ſummo conatu, & molimine per vias ſpiritus, per arterias, & corporis habitum, vapores propellit, cui & calor ambientis, extractione ſua ſuffragatur: At in cadauere, ſolus circundans aër, nullo prętereà adminiculo aſtipulante vſus, quod ambitu tangit, euocat, & abſumit, poſtmodum ſucceſſiuè, ad interiora collapſis, & concidentibus non ſolùm cutis ſed & vniuerſi corporis meatibus (cuius

merito

meritò transitus non adeò tutus & expeditus aëri conceditur) perueniens, nullius propemodum momẽti vapores elicere poterit, tàm ob agentis imbecillitatem, quam corporis, ob pororum conclusionem resistentiam. Neque quoad gradum intensior, verùm æqualis, in viuo & cadauere, quod ex vlcerum recrementis spirituq; maleolente probatum fuit, est putredo. Cum itaq; neque copia, neque vehementia putredo contagiosa in cadauere vincat eam, quæ viuo adhuc licet infecto animali inest, veritati quoque magis consentaneum erit, vt statuamus maiori cum vitæ discrimine, cum affectis peste commercia haberi, quàm eorundem cadaueribus astipulatore etiam Plutarcho qui Symposiacω̃n 5. de fascinis differens inquit. πολὺ δὲ μᾶλλον εἰκὸς ἐπὶ τῶν ζώων ἀποφέρεσθαι τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν θερμότητα, καὶ τὴν κίνησιν εἰονεί τινα σφυγμὸν καὶ κλόνον ἔχοντος τοῦ πνεύματος ὑφ' οὗ τὸ σῶμα κρουόμενον ἐνδελεχῶς ἐκπέμπει τινὰς ἀποῤῥοίας.

De lue Pannonia.

Cap. XIX.

TRibulis pestis est lues, quæ dicitur Pannonica: hæc perinde vt illa in po-

Origo luis Pannonicæ. pulum debacchata truculentam mortalium ſtragem ædidit. Expeditione enim neceſſaria, non minùs, quam iuſta, cõtra Solymannum Turcarum Imperatorem, ab Imper. Cæſ. Maximiliano II. Auſtrio, Pio, felice, Triumphatore, perpet. Auguſt. anno partus Virginei 1566. ſuſcepta, vbi vires vniuerſi propè Chriſtiani orbis (pro aris ſiquidem & focis certandum erat) vnanimes conuenerant in Pannonia innotuit: Eoq; Vngarici vel Pannonici à regione veluti morbus Gallicus quia in caſtris Gallorum in Campania ætate Caroli octaui Francorum Regis depræhenſus, illinc porro promulgatus: Sudor Britannicus ex Anglia (vbi primùm anno ſalutis 1486. conſpectus dicitur, Henrico ſeptimo rerum illius Inſulæ potiente) vicina littora inficiens. Gallos, Belgas & Germanos ab anno 1525. vſque ad 1530. vaſtauit, & hic morbus denominationē ſortitus eſt. Caſtris ad Comaram cœpit, iunctis ad Iaurinum incremēta ſuſcepit, exauctorato, & hinc inde dilapſo milite, ſæuiſſimus factus, tunc ſeu per ſeminaria diſtributū eſt contagiū, Germanis, Burgundis, Belgis, Italis Bohemis

Morbus Gallicus.

Sudor Britannicus.

Lues Vngarica contagioſa.

Bohemis: vehementior tamẽ, & diuturnior malignitatis portio Viennæ hæsit, quà domum reuertentibus, penè singulis transeundum erat, & pro se quisque reficiendi corporis studiosus, dum intrà tecta reciperetur, gratitudinis aut mercedis loco, morbum hospiti, vel familiæ ingerebat, & ità aduenarum diuersoriis dedicata loca, vndiquaque languẽtibus referta, viæ publicæ, cadaueribus aut exanimibus occupatę conspiciebantur. Symptomata fermè huiusmodi erant. circiter tertiam vel quartam à meridie horam inuadebat, eiusq; ἐπισημασία cum leui rigore, qui frigus potiùs, vel superficiarium horrorem, quam rigorem præ sę ferret, obseruabatur. Post horulæ dodrantem æstus illum excepit, qui noctes & dies sequentes adsiduè excruciatos detinuit. Inquirentibus conquerebantur de capitis dolore potissimùm, deinde manu quoque admota ostendebant regionem sub sterno ad cartilaginẽ ξιφοειδῆ, quam & malogranatum vocant, vbi orificij Ventriculi sedes creditur vulgò. Ibi omnibus certè ἀντίτυπον quiddam, renitentia inquam, & durities obseruabatur, quem

Symptomata morbi Hungarici.

Rigor & frigus.

Æstus.

Dolor capitis & stomachi.

quem locum si paullò summis duntaxat digitis cõprimeres, etiam eiulatu ædito dolorem vehementem testabantur. Sitis inexhausta primis statim initiis adeo torquebat, vt viderim nonnullos, ad vrceos, & vrnas aquæ frigidæ, extrà tentoria prouolutos, assiduè lambendo, vel potiùs sorbitãdo, non priùs desiuisse, quàm ibi animam exhalarent. Postridie, vel ad summum tertio die deliria circà quæ id fuit animaduersu dignum, quod inter delirandum, dum sibimet non constarent, sermones tamen incompositos, quisq; de sua arte, quæstu, aut genere vitæ plerunque haberent: Causidicis lites, aurigæ somnia currus inquit Claudianus, ita de mercibus institores, de vini corruptela & adulteratione caupones, de conflictu, & bellicis machinis, strategematibus, castramentatione, velitationibus, militares, & equestris ordinis viri, tractabant, licet non defuerint, qui & prouidentiam in dubium vocarint. Impotes mentis sat diu perseuerarunt. Exacerbationes circà vesperum: per noctem recrudescebat morbus. Lingua torrida, labra quoq; fissa: quibusdã sputũ sanguinis.

Sitis. *Deliria sua-sia.* *Vespertina exacerbatio-nes.*

Christ

Christophero Phrisiæ Orientalis comiti ex dysenteria febris tertio die oborta, cui accessit fluxus hepaticus, cum absque intermissione purum impermixtumq; sanguinem, interdum loturæ carnium, non absimilem excerneret, febrisq; intenderetur, septimo morbi die, qui erat Autumnalis Æquinoctij dies manè in aurora expirauit. Sectio ostendit iecur vniuersum propè dissolutum. In quibusdam colicos, laterumque dolores istiusmodi excepere febres. Quos inter Nicolaus Crasar Dominus in Lansee tripudiis plures horas in calente hypocausto occupatus, per interualla poculis etiam vini aliquot exhaustis, vbi concaluisset totus, hyberno tempore exutis omnibus vestimentis|dio se exposuit, eoque momento pleuritide correptus delirio comite (quod obstitit quo minus lateris vehementem sentiret dolorem) adsiduo, vigiliæ iuges, deiectiones meræ, sinceræ, biliosæ, frequentes, herbacei coloris, spumosæ, febris ardentissima, lingua scabra, immensam sitis libidinem exaturare nequiuit. Quarto sudor leuis, sexto itidem quo maculæ apparuerunt & pulsus ad duos

Phrisiæ comes extinctus.

duos etiam tres ictus intermisit. Deliria de die in diem crescentia: septima post meridiem lethargicus humanis cessit. Stordinus Præpositus Tagrabiensis ex vini meratioris ingurgitatione colicis infestari cepit doloribus, neque præter iuxta vmbilici regionem cruciatus persensit, cum ex improuiso deliria (quibus nil nisi episcopatus conferebat) febrem ardentissimam testantia paucis diebus, florenti adhuc ætate hominem è medio tollerent. Nonnullis materiæ per aluum commotæ salubrem crisim attulerunt, vt Heineckero ad Salinas Viennæ habitanti tertio & decimo die magno impetu aluus turbata, excrementa integrum triduum fluentia, vacuata materia biliosa partim pituitosa putri & fœtida, vbi viribus subuentum esset, & metu nimiæ virium deiectionis, aluus modicè adstringentibus forinsecùs appositis retenta esset, saluus euasit. Plurimis & ferè omnibus materię ex capite in vtramuis aurem secessionem fecerunt, vnde surditates plurimæ oboriebantur, eoq; sequestrata materia salutis certissimum augurium præbebat, licet magna posteà difficultate crassio

Exempla solutionum.

Decubitus materiæ ad aures

te craſsiores humores è loco anguſto educerentur aut diſcuterentur. Euidens tamen ſolutionis morbi argumentum obtulit auditus impeditus. Parotides frequentes, facilè tamen in pus abierunt. Georgius Gerſtorfius ſignifer, in linguæ paralyſin morbo ſoluto incidit, è qua vix longo poſt tempore multis tentatis remediis liber euaſit. Peſsima fuit Criſis, quibus tuberculum in ſummo pedis (tarſum dicunt) oboriebatur, quo per vellicationem ſcalpendo obtrito, & effracto, malum radices ſerpendo agebat, donec lixis, calonibus, aut auiculis negligentioribus, ſphacelus, aut Arabum Eſthiomenus ignis, crus occuparet, carbone quouis atrior, vnde ceu ſiderati, ſenſu & motu amiſſo, maloq; radices agente, vtroq; aliqui, alterutro cęteri crure priuati ſunt. Cruretenùs amputati ſunt pedes plus decem in ptochotrophio Viennenſi, qui pari calculo in eo conueniebant, ſeſe noctu frigus ſenſiſſe, cum æſtu ſubſequente: manè vero vbi ſurgendum fuerat, tuberculi cuiuſdam atri ſigna oborta, quod vbi vnguibus vellicaſſent, malum inſpiciendo auctum & breui

Paralyſis linguæ.

Criſis exitialis.

Sphaceli pedibus orti.

breui crus vniuersum obsedisse, seq; in has miserias coniecisse. Nemini tamen hoc contigit, nisi qui sub dio, vt in excubiis milites, aurigæ, noctu aëre frigido sereno, iter facientes, aut alioqui frigori sese exponentes, moram longiorem traxerunt, vnde incendium obortum, tuberculo enato conquieuisse affirmabant.

Tempus solutionis morbi. Salutem alij recuperabant 14. die, licet aliqui etiam in vigesimum sint producti diem, ij inquam & priùs quibus tempestiuè & rectè instituta fuit curatio. Om-

Vinum lui inimicum. nes qui vini potione non abstinuerunt, interiere, adeò vt summa spes saluationis, in vini abstinentia collocata videretur: neque vllus visus morbus, qui tantam vini hauriendi voluptatem desiderio inexplebili coniunctam ac iste intro-

Vini desiderium. duxisset, ità vt præcipites cum vino, necem appetere prudentes, & scientes vi-

Maculæ. derentur. Papulæ siue puncturæ, pulicũ morsuris similes, omnibus equidem fuerunt, latiores aliis, minores aliis, vniuersum corpus quibusdam, maiore tamen ex parte regionem thoracis, & dorsum circà spinalem medullam, occupantes, quamuis frequentes, iuxtà scapulas, & in

brachiis

brachiis apparerent, coloris ſaturi plerunque niſi in morituris, quibus in liuidũ & atrum tendebant. Inſolens & inuſitatũm morbi genus prima fronte terruit plurimos, & vt in re noua, plurima excogitata remedia. Empirici quorum eò ingens confluxerat numerus, *Hertzbreun* nominabant, vernacula lingua, quaſi febrem ardentem cordis. Cum enim extrinſecùs non adeò acrem, mordacemq; perciperent calorem intùs latére incendii fomitem rati, tùm quia locum denotabant, qui Germanis quoque cordis ſignificatione (haud aliter ac καρδίαν Græcis os Ventriculi ſignificare paſſim inculcat Galenus) dotatur: Ab atro verò vel puniceo linguæ colore, qui febribus ardentibus peculiaris *Breun* (vt Langius dedu cit) Cauſus illis dicitur, compoſito vocabulo cauſum cordis appellabant; & quia in diſſectione (cuius egregiè ignari erãt) aliquas puſtulas ceu ſudamina Plinio dicta ab efferueſcentia ſanguinis oriunda, in ſubſtantia cordis conſpecta, illis fuiſſe, temerariò iactitabãt, ob id locum primario affectum cor eſſe mordicùs aſſerebant. Vulgus *Kopfvuehe* à capitis

Quæ nomina ſortitus morbus.

Cauſus cordis

Cephalalgia.

Q intenſo

intenſo dolore nominabãt. Vicit tamen morbi Vngarici appellatio. Inſolẽs morbus initio multos ſuſtulit, idcircò nouæ illis excogitatæ antidoti, eæq; ſæpiùs cõmutatæ, cum prioribus ignauis & minus ſecuris, aliæ ſubinde ſurrogarentur, ſi forte retundi poſſet calamitas publicè graſſans. Albuginem oui aut plures ſimul ſumebant, & vehementer agitatam in ſpumam degenerare cogebant, illi ad pondus drachmæ vnius vel ſemiſſis crocum minutiſſimè attritum adiiciebant: vbi hæc accuratè permixta fuiſſent, vini ſublimati ſiue aquæ ardẽtis ad vncias duas addebãt, & vna vice exhauriendum propinabant. Tùm eadem mixtura, os colluebant, pannoq; aſperiore palatum, gingiuas, linguam, dentes, digitis inſertis, vehementer tergendo, tantiſper fricabant, quoad ceu pellem, aut exuuias corij ſpiſſitudine, linguæ exuerẽt, ita æſtum ſubtractum rati, linguam rubicundam & ſubcruentam reddentes, ſalutem ægro nulla prorſus victus ratione inſtituta pollicebantur. Si matutino tempore id exercuiſſent, veſpere reiterabant, & vix vlli tertium hoc fuit adhibitum remedium.

Remedia Empirica.

Antidotus

Collutio oris.

Secunda antidotus.

Succeſ

Succeſſit aliud nouum, hoc proſcripto, pollentius, forte priore, & ob authorem nobilioris famæ. Id continet viginti folia ſedi maioris (non arboreſcẽtis, quod non ità pridem apud Italos innotuit) vulgaris, quæ contundenda, & ſuccus diligentiſſimè eliciendus per expreſſionem, ſucco quantus fuerit adiiciebatur, ſcrupulus ſalis Ammoniaci tuſi, vel caphuræ nonnihil cum aquæ fontis lympidiſſimæ ſextario. Hæc permiſta frigidè exhaurienda propinabantur. Interdum leue momentum, pulueris radicis Iridis Illyricæ commiſcebatur. Hac aqua pro libito ægris vti concedebant, vt vicem gereret, tàm potus ordinarij, quam medicamenti. Gratiùs hoc poſtremũ erat, ob frigiditatem, & quia laxis habenis, illis hauriendi poteſtas dabatur. Hungari è quorum exercitu non plures quam duo ex Epiſcoporum ſtabulariis toto eo tempore fatis ceſſére, cum reuerſi, apud ſe quoque inſinuaturum ſeſe hoc malum animaduerterent, ob affinitatem quam cum febre ardente, cui comites ſunt paraphreniti-des, id habere autumarunt, more gentis conſueto Leuiſtici radicem (quam Laſer

Remedia Hũgarorum.

pitium nonnulli potiùs quàm hipposelinon esse cõtendunt) recentem effossam, & ablutam, in aruina, siue axungia porcina, recenti, ea quoque à membranis perpurgata, & sæpiùs frigida abluta, contundunt: illo cataplasmate, vel vnguine delibutum, reddũt vniuersum caput, abraso capillitio, potiùs tamen frontem & tẽpora quam reliquum inungunt capitis & quidem frigidè. Dehinc linteo ingenti, aqua ardente aut vino simplici calefacto imbuto, corpus vniuersum obductum amiciunt, & ità cubanti ægro sudorem magna violentia, & non leui ex mordacitate creato dolore proliciunt. Prætereà allio in aceto macerato, & sale, Carpos manuum, & plantas pedum, vehementissimè diuersionis causa perfricant, nec alijs prætereà sese muniuerunt præsidiis.

Rationalium medicorum curandi methodus.

Rationales Medici cõtagii de corpore in corpus transitus consideratione habita, præmissis Eccoproticis, quæ expurgandis ductibus communibus sufficerent ad venæ sectionem sese protinus conferebant: tum diæta ex acidis instituta, vt mali Medicæ Punicæ, vel vuæ acerbæ succo, ad antidotos conuertebantur;

Mithrida

Mithridaticam confectionem aut Theriacam exhibentes sudoris prouocatione morbum exterminabant: cordi appositis Epithematibus, non posthabitis iis, quæ cordis vigorem tueri conseruareq; intrinsecùs propulsa malignitate poterant. Peculiare quoddam medicamentum quibusdã in vsu erat, cui plurimum fidebant, & Electuario de Zedoaria titulum faciebant, quod accipit Theriacæ Alexandrinæ, Mithridati electi an. ℥. iij. Zedoariæ electæ ℥. j. zinziberis albi ℥. ß. radicum tormẽtillæ serpentariæ, pimpinellæ an. ʒ. iij. Camphoræ ʒ. ij. myrrhæ, croci, ossis de corde cerui, diptami an. ℈. ij. ß. Dosis erat aurei vnius dissoluta in pari portione aquæ & aceti ceu euporistis: alioqui diluebant aqua vitæ, quã illi Bezaharticam vocãt, cuius descriptio eiusmodi est. ♃ diptami, rubiæ tinctorum caryophyllatæ, rutæ syluestris, scabiosæ, pœoniæ, hyssopi, theriacæ optimę an. ℥. ß. gentianæ, boli armeni, castorei hypericonis, tormentillæ an. ʒ. j. Pulueres biduo macerentur aqua ardente, plurium destillationũ, inde theriaca admixta seruetur ea aqua vsui. Fuére qui solius

Electuarium de Zedoaria.

Aqua Bezahartica.

Facilia remedia.

Facilia remedia. Zedoariæ in aquis cardiacis exhibitione visi sunt, plurimos sanasse: Alij promiscuè omnibus aquã stillaticiã vel decoctũ Verbenæ per se mane & vesperi exhibebant, donec in vniuersum euictus fuisset morb⁹. Superstitiosus tùm in castris inualuit rumor, cùm vltrò citroq; de mali origine & medela passim quiritareturquisq; non aliã huius internecionis culpam esse quam esum carniũ recentissimè mactatarũ. Cum.n. ob numerosam militũ manũm, laniones ægrè sufficerent, vi propè in macellis diripiebantur carnes, inde statim verubus tremẽtia adhuc exta torrendo affigebant, vel calentes adhuc ollis ad elixationẽ includebãt. Qui hoc fecissent, & vesci auidiùs ità coctis carnibus cõsueuissent, primo statim die correptos paullò post alui fæda proluuie aut contagioso hoc morbi genere interiisse: tantamq; illa persuasio, ne dicam inanis opinio, vim habuit, vt inter nobiliorum familias & domesticos, graui denunciata pœna priuatim fuisset interdictũ, ne quispiam tàm recens mactatas carnes tangeret, nisi vnum, vel alterum diem, aëri expositę, probè perfriguissent, eaq; sola præseruatione

Coniectura vulgi de ortu morbi.

Recens macta ta carnes noxia.

tione securos sese victitaturos, sibimet pollicebantur. Equidem difficilioris longè coctionis sunt recẽs iugulatarum pecudum carnes, si extemplo igni aponãtur, nisi arte subuentum fuerit, quàm si mortuæ per aliquot dies persliterint. Fibræ enim adhuc in musculis nerueæ integræ, nondum ruptæ, concisæ, vel contusæ sunt, demum, ad putredinem vergente cadauere, cum vnà cum calore natiuo educitur etiam humidum primigenium (cuius merito quæ putrent sub initia humidiora apparent, deinde absumto humido arescũt) friabilior, laxior, & mollior redditur caro sparsa, ceu rore quodam, per musculosas partes ea humiditate. Apicij, aut arti culinariæ præfecti hoc obseruãt, neque vt olim Galenus gallos exagitatos, viminibus cædi, ad internecionem, vt ruptis fibris sanguis vndique dispergeretur, & suauior esui redderetur iussit, faciunt, verùm minori compendio tàm capos, quam ferinas carnes gelu cõcrescere prius, aliquandò etiã sub terram defodere soliti sunt, vt primũ putredinis gradũ acquirant: frigore neruos rũpente, vnde collapsis fibris ruptisq; aliquid

Caro asserua ta friabilior.

Frigus neruis ruptis teneriores reddit carnes.

friabilitatis, tàm in elixatione, quam assatione consequuntur. Fortè, quia circà vētriculi regionem, vt dictum, dolorem & duritiem persentiebant ex crassioribus, & digestioni resistētibus eduliis, id contigisse imaginati sunt, quibus conficiendis, plurimùm, & quidem frustrà insudasset ventriculus. Alioqui calor quid malignitatis possit inuehere, equidem nescire me fateor, cum maius sit symbolum inter calorem bruti & nostrum, siue is sit innatus vel influens, quam inter carnem iam calore destitutam. Docet experientia in Tartaris & Moschis, qui totos dies equitando consumētes, carnes, sub ephippia condunt, vt pristinum calorem conseruent, aut alium ab animali acquirant, & esui nutritioniq; aptiores reddantur, ruptis etiam & conquassatis ex iugi adsiduaq; concussione, & contusione, inter equitandum concepta, fibris nerueis quibus musculi cōstant neque alia, ad ignem demum præparatione vtūtur. Quàm fera, aut robusta gens sit ea, illis quippe notum, quibus visi sunt. Non tamen intereà negarim calidiores ventriculos ad confectionem requiri, sed latē-

Calor carnis nihil facit ad malignū morbum producēdum.

Tartari & Moschi crudiuori.

tis

tis alicuius malignitatis eas participes reddere, quæ tantam inuehere poſsit calamitatem vnde'nam colligi poſsit, ratio ne nulla aſſequi valeo. Origo mali altiùs eſſet repetenda. Aëris conſtitutio in vere abundauit pluuiis magnis & continuis vſque adeò vt flumina inſolito more exundarent. Danubius, Sauus, Drauus tanto impetu ruptis marginibus littora tranſcenderunt, vt etiam aduectum Turcarum plus quàm bimeſtri ſpacio retardarint. Æſtas ſicca Autumnus certè ſerenus & ſiccißimus, vt toto tempore quo in caſtris victitatum vix leues aquarum aſpergines ſemel atque iterum viſæ fuerint. At ſiccitates in vniuerſum imbribus ſalubriores. Num culpa in victum conferri poterit? Sub oppugnatione Weſprimij & Tatæ laboratum annonę penuria, aliquandiu fuit, illic aquæ fontanæ ſalubres, hîc verò lacus ingens, fontium vicem explet. Labore igitur oppugnandi, & æſtu compulſi cateruatim ſeſe recreaturi, totos etiam aquis immerſerunt milites tum ob pilas igneas, quas è propugnaculis hoſtes eiaculabantur, & quia Weſprimium incendio cõflagrauit, plu-

Aeris conſtitutio.
Verna.
Æſtiua & Autumnalis
Exundatio aquarum.
Caritas annonæ.
Aqua.

rimum illis in igne laborandum fuit. Vbi Danubio viciniores facti, intra

Diæta

aluecum is ſeſe receperat, ob magnam aëris ſiccitatem, vnde piſculentus admodum fuit, quapropter ob vilitatem, plus piſcibus quam carnibus victitatum,

Plus piſcium quam carniũ.

quibus condiendis, non cuiuſlibet gregarij militis, ſumtus ſufficiebant. Ingens igitur, & inuſitatus piſcium prouentus, piſciuoros adeò ad ſeſe allexit, vt nuſquam feliciores ſe vixiſſe multi gloriarentur. Vina erant pendula, vetera,

Vina.

recentia, fecibus turbida, & ob cauearum ſubterranearum penuriam, ſi ſoli diurno exponerentur ſicut & cereuiſia aciditatem non effugiebant. Scrobibus effoſſis maluerunt lutulentam, craſſam, turbidamque aquam frigus captantes, bibere quam Danubianam vbi conſediſſet longè ſalubriorem, licet tepidam guſtare.

Fructuum copia.

Acceſſit melonum, cucumerum, anguriarum eſus: multi ob inopiam vuarum racemis victitarunt. Omnia eò tendunt, vt niſi obſtiterit aëris feruor, à prædominio pituitæ hæc orta dicamus, quamuis vnà alios

Pituitæ collectio.

quoq; putruiſſe humores nemo eſt qui inficie

inficietur. Indubiam faciunt fidem ſerotinæ exacerbationes, quæ typum quotidianæ continuę præ ſe ferunt: nox difficilis, dies leuior: dolores circà Ventriculi orificium Cardialgias referentes, atqui Ventriculus lacuna eſt pituitæ. Deliria benigna non Maniaca vel θηριώδεα nisi ſi ex ingenito temperamento melancholico eò procliuis fuiſſet, aut magnam copiam bilis flauæ, aduſtæ, aut vitellinæ coaceruaſſet. Capitis dolores, per parotides aut ſurditatem deſinentes, aut linguæ reſolutionem. Maculæ etiamſi rubeæ fuerint, nemini tamen non conſtat, ſanguinis etiam pituitoſi ſubtiliorem portionem & tenuiorem tranſudare, & ſub cute detentam, illam colore aliquo ſanguineo tingere. Eſt enim in venis pituita ſanguini permixta, & pituitoſus ſanguis eſt aquoſior ob frigiditatem, & ob id dilutior, quocircà ratione ſeri, facilius tranſudauit. Neque neceſſarium eſt, variolas ſolùm à pituita fieri cum ἔκθυμα ἀπὸ τοῦ ἐκθύειν τὸ ἐστὶ ἐξορμᾶν generali nomine à quouis humore fiat. Ex frigore materia eiuſmodi pedibus tranſmiſſa ſyderationes peperit. Et quia malum

Morbus a pituita putreſcente.

Symptomatũ ad pituitam reductio.

Pituita ſanguini mixta.

malum vires suas circà hyemem maximè exeruit, neque nisi verno tepore, aut æstu æstiuali paullùm remisit. Morbus hic non est toto genere diuersus ab eo quem Itali suo idiomate le petechie dicunt, de quibus Fracastorius doctissimè & post eum alij accuratissimè disputarunt. Quamuis autem aliqua hic fuerint symptomata ab illis non animaduersa, sciendum tamen sepenumerò contingere, vt pro regionum & victus diuersitate, idem morbus varia, & dissimilia pariat accidentia. Is morbus quia frequẽs apud Italos est, nunquam (quod de peste Lutetiana Roterodamus ait) cessat, aliquandò remittit, aliâs rursus recrudescit: non defuére viri docti, qui culpã vniuersam & exordium, in contagium ab Italis allatũ & nostris hominibus propagatum contulerint, quia cum illis sit peculiaris, vel familiaris, his verò regionibus neque medicis, aut rarò admodum priùs animaduersus, facilè ego quoq; in eam adducor sententiam, aliunde primordia allata, subinde incrementis sumtis, toti demum exercitui impertitã malignitatem. Fidem mihi & hoc facit, quòd distributioni

Cognatus febri pestilenti maculis conspicua.

Petechiæ Italis familiares.

Ex Italia allata morbi seminaria.

tioni diuersorium præfectum ex cohorte auxiliaria Pedemōtana quem Furerum vocāt, omnium primum Viennæ adhuc petechiis laborantem deprehendi & restitui. Hæc vt adiicerem ob materiæ similitudinem, mearū partium fore arbitratus sum, quæ inspectione dum Castrensem Medicū agerem, illinc verò reuersus ex decreto collegij nostri, trimestri spacio ægris, in xenodochio præfectus, obseruaui. Plurimos arte, & ingenij sagacitate, rerumq; vsu pollentes affuisse scio Medicos, quorum censuræ, hæc libens subiicio, qui longè abstrusiora, & certiora perscrutati sunt: iis inquam ansam porrigere volui suarum quoque obseruationum publicandarum, ne quod imperiti autumāt, morbum nouum, medicis tàm priscis, quàm recentioribus incognitum, nostro seculo fatali quadam cœli reuolutione ap paruisse, suo silentio tanquam calculo dato confirment.

Vienna.

CAPITA TRACTATVS SECVNDI.

1. *Thucydidæa pestis descriptio.* Cap. 1.
2. *Symptomata febris pestilentis quoad functiones animales læsas.* Cap. 2.
3. *Cordis actiones læsæ.* Cap. 3.
4. *Naturæ functiones læsæ.* Cap. 4.
5. *Symptomata febris pestilentis ad excretiones pertinentia.* Cap. 5.
6. *Affectuum corporis qualitatumq́; permutatio.* Cap. 6.
7. *Signa febris pestilentis ex genuinis eruta fontibus.* Cap. 7.
8. *Signa pestis demonstratiua.* Cap. 8.
9. *Prognostica eiusdem.* Cap. 9.

SYMPT.

SYMPTOMATA ET SIGNA FEBRIS *pestilentijs.*

TRACTATVS II.

Thucydidæa Pestis descriptio.

CAP. I.



CCIDENTIVM historiam aggredimur. Quippe pertractata morbi essentia, tradita definitione, cōstituta partitione examinatis causis, dubiis & ambiguis elucidatis, quæq; obiici, aut in controuersiam vocari poterant, partim confutatis, partim enodatis, Consequens est, vt si ducem methodum tanquam Ariadnęs filum imitari proposuimus, accidentium enumerationem persequamur: quia nō rarò nos in cognitionē morbi deducunt, ordine quamuis præpostero, non aliter, vti, ex effectis causarū inuestigationem certioribus destituti demōstrationibus, à posteriori nonnūquam instituunt Philosophi. Sunt autem Συμπτώματα Græcis nuncupata effectus vel asseclæ morborum,

Symptomata nos in cognitionem morbi deducunt.

Symptomatis definitio.

rum, aut quemadmodũ Galenus loquitur, comites ſunt morborum non aliter quam vmbra corpori perpetuò adeſt.

Peſtilentium varia Symptomata,

Accidunt febri peſtilenti grauiſsima omnia, varia, non vnius generis ſed πολυειδῆ, vniuerſas corporis facultates affligentia, omnes inquam animalis actiones euertentia, donec (niſi adſidua vigilãtia, ſummo molimine conatuq; contrà ventum fuerit) ipſam animam radicitus ſede ſua extirpent, & ità vitã corpore extorqueãt:

Ruphi teſtimonium.

quod animaduertit, monumentisq; literarum ex Rupho teſtatum reliquit Paulus ex Ægyna cum inquit, Peſtilentiæ grauiſsima omnia ſuperueniunt, nihilq; in hac ſicut in morbis ſingulis occultatur, quod Lucretius VI. de rerum principiis vnico verſu comprædhendit,

Omnia verò tùm vitai clauſtra lababant.

Cordi laboranti conſentit corpus vniuerſum.

Fieri ſiquidem vix poteſt, quin nobiliſsimo viſcere, principeq; in corpore ſede potito labe eiuſmodi peſtifera infecto, reliquũ corpus conſors & particeps horrendæ reddatur calamitatis: ideoq; pronũciant Medici, nullam ſuperſtitem remanere in corpore noſtro facultatẽ gubernantẽ, quin aliqua ſui parte læſionem perſentiat:

persentiat: multæ solito infirmiores red ditæ, ineptiores fiunt muniis obeundis, & tāquam delitescentes, operi sese subducunt, aliæ deprauantur, vel ex toto actionibus priuatæ abolentur: dicuntque in febre pestilēte, pariter vires animales, vitales, naturalesq; iacturam non leuem perpeti, præcipuè tamē vitales, quarum fons & domicilium in corde, membro nimirùm priùs & primariò obsesso, vnde par etiam est, illas plus cæteris detrimenti consequi. Ne tamen in hac symptomatum ampla, numerosaq; congerie indigesti nos quoque simus, non abs re fore duximus, verbotenùs præmittere Thucydidæam orationis seriem, qua de suæ tempestatis lue historico more dissertissimè disserit, omnia quę circà ægros cōspecta fuére κόμικος μάρτυς pari fide & dexteritate commemorat, Luis initia, progressus, contagij exordia, incrementa, crises, vias modosq; saluationis, & interitus, perspicuè admodum recenset: tum è latinis Lucretium, Poëtam ne aut Philosophum præstantiorem dixeris nescio, suo interdum loco tāquam interpretem adducemus, qui vix vlli imitanda carmi

Omnes vires corporis in peste afflictæ.

Cor potiorem sentit noxam.

Thucydides Symptomata pestis recenset.

Lucretius pœta pestem accuratè depingit.

nis venuſtate & elegantia in ſuã linguam Thucydidæa traduxiſſe videtur. Neque res noui exempli habeatur, cum Galen. libr. de placitis Hipp. & Platonis Homerum ſæpè libro de Antidot. & compos. medica. plerũque Damocraten, Poëtas teſtes adducat: cuius exemplo impunè nobis idem licere, nobis perſuaſimus ipſi met: & ne ſemper ad Thucydidis volumen recurrendum eſſet, quæ noſtro inſtituto conferre videbantur, iſthuc tranſferre minimè veriti ſumus. Neque vt pagellas ſolùm cõpleremus, id factum ſuſpicetur quiſquam, ſed vt collatis hiſtoricorum, medicorum, poëtarumq; operis nihil effugeret, quod ad exactam, perſpicuam, & abſolutam ſymptomatum enumerationem pertineret. Deinde methodo à Galeno nobis traditæ inhærẽtes, diſtinctioni vacabimus, vt ad ſua tanquam capita, & claſſes illa redigamus, principio facto ab actione læſa, & quidem animali, vitali, & naturali, illinc tranſeundo ad excretiones vitiatas, & qualitates corporis immutatas prout in ſequentibus planum & perſpicuum fiet.

Galenus Homerũ & Damocratem poëtas teſtes citat.

Abſoluta ſymptomatum ſeries.

Ordo ſecundi tractatus.

Thucyd

Thucydides historiæ belli Pelo ponnesiaci.

LIB. II.

INeunte æstate, Peloponenses sociiq; ex duabus quemadmodum superiore anno partibus Atticam ingressi sunt, duce Archidamo Zeuxidami filio Lacedæmoniorum Rege: castrisq; positis, regionem populabantur. Vbi cum non multos dies fuissent, morbus primùm apud Atheniēses cepit: priùs quidem vt aiunt, alibi quoque & circà Lemnum, & aliis multis in locis grassatus: cæterum neque tantum pestilentiæ, neque tantum funerum vspiam fuisse memorabatur. Nam huic nec Medici pares erant, ignoto eis inter initia (imò ipsorum plurimi extinguebātur, vt maximè ægros adibant) nec vlla alia hominum ars. Sed & quæ in templis exposcebantur, & diuinationes, & quæ sunt id genus quibus vtebantur, omnia frustra fuerunt, eaq; homines malo ipso euicti, cum morerentur, reliquerāt. Incæpit autem, vt fertur, primùm ex Æthyopia, quæ est super Ægyptum, deinde in Ægyptum Lybiamq; descendit, &

Bellum æstiuo tempore in Græcia.

Origo pestis.

Pestis crudelitas eludebat artem medicā.

Contagium serpens.

in Regis magna ex parte regionem: confestimq; Athenas inuasit, principio in Pyræo contagionis facto: ità vt ab eis diceretur, venena in puteos (nondum enim illic fontes erant) à Peloponnẽsibus esse deiecta. Mox & in superiorẽ vrbem processit: multoq; magis iam mors ingruebat. Referatur igitur hoc, vt cognoscat quisque vel peritus medicinæ vel imperitus, vnde credibile sit, id extitisse, quasue satis idoneas existimet causas, quæ ad tantam mutationem vim haberent. Ego verò cuiusmodi fuerit referam, & quæ sibi quisque proponens, si quãdo hoc rursus incidat, iã prædoctus, habeat aliquid præcipuè, vnde non ignoret, aperiam: quippe qui & ipse passus sim hunc morbum, & alios patiẽtes sim intuitus. Enimuerò annus ille (vt cõfessione ferè omniũ constat) maximè immunis fuit aliorum morbornm: quod si quo quis alio priùs laborasset, is morbus in hunc omninò conuertebatur. Cæteros quoque salubri corpore repentè, nulla ex causa corripiebant, antè omnia capitis acres feruores, oculorum suffusio rubens adustioq;. Introrsum verò statim lingua cum fauci-

Thucydides pestem perpessus.

Peste vigente cæteri morbi silent vel in hunc terminantur.

Caput feruidum.

Lingua cruenta.

bus

bus ſanguinolenta viſebatur, ſpiritus arctè & cum graueolētia meabat. Deinde ex iis ſternutatio raucitasque exiſtebat: nec diu poſt, dolor in pectus cum vehementi tuſſi deſcendebat: & cum ad præcordia hæſerat, illa vexabat, ſequebanturq; cunctæ fellis & humoris, quæ à Medicis vocantur apocatharſes, & ipſæ cum ingenti cruciatu. Plæriſque etiam inanis incidebat ſingultus, acrem ciens ſpaſmū, qui in quibuſdā protinùs, in quibuſdam ſeriùs ſedabatur. Et corpus quidem exteriùs non admodum feruens tactu erat, neque pallidum, ſed ſubrubrum, fuſcum minutis puſtulis ac papulis ſcatens. Interiùs autem ità ardebat, vt neque perquā tenuia veſtimenta, aut lintea iniici, neq; aliud quippiam niſi nuditatem ſuſtineret, Iucundiſſimum quoque erat in gelidam ſeipſos aquam abiicere: id quod in puteos multi eorū quibus cuſtos deerat, fecerūt inexhauſta ſiti adacti. Quanquā perinde erat, plus ac minùs bibere. Accedebat huc inquies membrorum, perpetuaq; vigilia. Neque verò corpus, quoad morbus augebatur, contabeſcebat, ſed opinione hominum fortiùs peſti reluctabatur.

Vomitus bilioſi.

Calor blandus foris.

Sitis inexhauſta.

Ergo non hectica.

batur. Itaq; plurimi, aut intrà nonum & septimum diem, ab ardore vrente vitalia necabantur, adhuc aliquid roboris habẽtes: aut si hoc tempus exissent, tamen descendente in ventrem morbo, atque illum acriter concutiente, idq; cum assiduo profluuio: multi quoq; postmodùm debilitate ipsa peribant. Peruagabatur etiam totum corpus, in capite primùm coalita lues. Ex qua vtique perniciosissima, si quis conualescebat, eius violentiã significabant extrema membrorum, siquidem ad verẽda & ad summas manus summosq; pedes prorumpebat: quibus nonnulli amissis liberabãtur, quidam & amissis oculis. Fuerunt etiam, quos simulac surrexerant, omnium pariter caperet obliuio, necessariorum quoq; ac sui ipsorum. Nam genus morbi cùm aliis in rebus extitit maius, quã vt exprimi, & acerbius quam vt humana natura tolerare possit, tum in hoc potissimùm declarauit, se aliquid aliud esse præter consueta, quòd cum multa hominum cadauera iacerent insepulta, alites quadrupedesq; ea vel non adierunt, vel quæcunque gustarunt, attigeruntq;, periére. Quibus ex auibus

Crisis per aluum.

Obliuio.

Carniuora abstinuerunt à cadaueribus.

auibus euidens fiebat coniectura quòd neque circà cadauera, neque alibi visebantur. Canes verò magis propter hominis cõsuetudinem, mali significationem dabant. Verùm (vt alia multa calamitatis genera prætercam) quæ singulis acciderunt, aliis quàm aliis asperiùs, eiusmodi in totum morbus fuit, cum aliud quiddam insolẽs accessit, quod tunc animos affligeret, quod quicquid fiebat, proficiebat in hunc morbum. Peribant autẽ alij per incuriam, alij in diligenti etiam curatione: nec de vlla medicina constabat, quam quis diceret vtilem fore, si offerretur. Quod enim alteri profuerat, id officiebat alteri. Corpus integrum erat, nullum præ se ferens roboris imbecillitatisue discrimen, idq; etsi quantalibet obseruatione curaretur, à peste corripiebatur. Teterrimum tamen totius mali fuit animi defectio, quoties quis lãgoris sibi conscius, protinus anticipata desperatione sui multò seipsos magis destituebant, nec languori resistebant. Et quia alius ob alterius curationem, plus lædebatur, ritu ouium moriebantur, quæ præcipua mortiũ causa extitit. Nam siue præ metu

Medicamenta fallacia vel ignaua.

Animi defectio.

Desperatio.

ſe inuicē non adirent, deſtituti peribant: (vnde multæ domus vacuæ factæ ſunt, inopia eorum qui curarent) ſiue adirent, inficiebantur: & præcipuè qui officij cauſa diligētiùs aliquid adminiſtraſſent, vtpote pudore non adeundi amicos, ipſi ſibi non parcentes. Poſtquam domeſtici eos, qui vita exceſſerant, complorauerāt, deficiebāt luis vehementia ſuperati. Verùm ij præcipuè morientē laborantemq́; miſerabantur, qui ipſi euaſerant: quippe id iam anteà experti, ac de ſe ſecuri. Neque enim bis eundem morbus corripiebat, itâ vt extingueret. Atque hi tùm ab alijs beati cenſebantur, tùm ſua ipſi ſponte ob ſuæ ſoſpitatis lætitiā ſpem in poſterum præſumebant, ſe ne ab alio quidem morbo vnquam abſumtum iri. Angebat autem eos præter ingruentem peſtem, comportatio rerum ex agris in vrbem, ijs etiam qui ex agris migrauerant, non minùs grauis, quippe domorum penuria, in cauernis vtique tēpore æſtiuo animam ſtrangulantibus, agitabant. Ita non modò ſine vlla dignitate expirabant, ſed alij alijs immortui mutuò iacebant: ſemianimesq́; in vijs, & circà fontes, omnes

Peſtis bis eundem non corripit.

aquæ desiderio volutabantur. Quin ipsa templa in quibus tabernacula fecerant, referta erant illic mortuorum, hominibus violentia mali quid agerent non habentibus, abalienatisque à cognitione sacrorum sanctorumque perturbatis pariter omnibus sepulcrorum viribus, quibus anteà vtebantur: quippe qui sepelirent quisque vt poterant. Multi quoq; ob crebram iam familiarium stragẽ, quia idonea deerãt ad pudenda conuertebantur sepulcra. Nam alij occupatis quas alij extruxerant pyris, mortuum suum imponebant, ignemq́; subiiciebant: alij cum alter arderet, superiecto quem ferebant, abibant. Vnde primum incepit in ciuitate vitium hoc in maius euasurum. Facilius enim quis audebat ea quæ priùs occulta voluisset, ne comperta forent inimicis voluptati: & videntes tantam in promtu fortunæ commutationem, diuites repentè morientes, qui modo inopes erant, repentè illorum bona consequentes, operæpretium putabant, ad subita gaudia voluptatesq́; transire, diuturnam arbitrantes & vitam, & pecuniam. Nemoq́; per honestatem quam cernebat,

Templa cadaueribus referta.

Sacra & profana confusa.

animum induxit ad inferendas sibi ærumnas, inexploratum habens, priusquam ad illam perueniret, occumberet, nec ne. Quod autem in præsentia erat iucundum, & vndique ad se animum pelliciēs, id & honestum cōstituebat & vtile, deorum metu aut hominum legibus nequaquam coërcitus: cum & in æquo ponerent, pium vel impium esse videntes æqualiter cunctos oppetere mortem, nec timerent eousque vindictæ veniendum, vt delicta viuentes luerent: multoq; maiorem illius iudicij pœnam imminere, in quo tulissent iam Fata sententiam: quæ antequam inuaderet, cōsentaneum esse aliquantulum vita frui. Tali igitur clade Athenienses circumuenti, vexabantur, hominibus intrà muros mortem obeuntibus, & extrà hostibus agrū ferro igniq; vastantibus. Qua in calamitate cùm alia repetebantur memoria, qualia credibile est, tùm verò hoc carmen, quod senes aiebant iampridem decantari.

Scelerum impunitas inpesta.

Athenienses.

Doriacum veniet λιμῷ *comitante duellum,*

De quo altercatio erat, num λοιμὸς, id est pestilentia in hoc carmine ab antiquis nominaretur, an λιμὸς, id est fames. Sed

Oraculum eius que ambigua interpretatio.

euicit

euicit in præſentiarum meritò peſtilentiæ interpretatio. Homines enim ad quę patiebantur oraculũ retorquebant. Equidem exiſtimo, ſi aliud poſt hoc aliquando inuaſerit Doricum bellum, & contigerit eſſe λιμὸν, id eſt famen itidem ex rerum fide famem cantaturos. Memorabant etiam qui norant oraculum Lacedæmoniorum, cum illis Deus conſultãtibus, an oporteret bellum mouere, reſpondit, penes omni conatu bellantes, victoriam fore, ſe quoque ipſum auxilio futurum. Itaque ſimilia circà hoc quoque futura augurabãtur. Morbus autem primò ſtatim Peloponneſienſiũ ingreſſu cępit: nec ipſâ Peloponnẽſum inuaſit, quod quidem dignum relatu ſit: ſed Athenis quidem præcipuè graſſabatur, Secundo autem loco & in aliis oppidis, vt quodq; frequẽtiſſimum populo erat. Et hæc quidem quæ circa morbum extitére.

Oracula ſunt vt cothurni.

Symptomata febris peſtilentis quoad functiones animales læſas.

CAP. II.

A Summo vertice ad extremum calcem nihil intẽtatum inoffenſum'ue in corpore, ſede tamẽ primaria in capite

conſtitu

Sedem pestis in capite constituit.

constituta reliquisse hunc morbū auctor est Thucydides. Ideoq; cum plurima inusitata aliâs inueheret mala, obseruatione dignum id fuit, quod pro indiuiduorum, quæ occuparat, numero, totidem etiā ceu Proteus personas induceret: tàm differens, tamq; varia morbi idæa conspiciebatur, quanta dissimilitudo in infectorum numero reperiebatur; imò si consuetorum morborum quispiam fortè fortuna aliquem oppressurus fuisset, illico in pestilentem is quoque degenerabat. Colligere propè eadem licet passim ex Galeni voluminibus, quibus accuratam suæ tempestatis pestilentiæ descriptionē complexus est, prout videre lib. de cibis laudati corruptiq; succi, 3. de præsag. è pulsibus cap. 4. 5. Meth. cap. 12. primo in 6. Epide. com. 30. aliisq; vbi cōstitutiones aëris mortiferas ex Hippocrate interpretatur: nōnulla etiam licet pauca admodum 1. Anatom. administr, reperiuntur: illinc coloniis quasi deductis nostra ciuitate ea donabimus, in ordinē redacturi quod hinc inde illic disiectum sparsumq; offēdebatur, suffecturi si quid fortassis illic desideratum fuisset. Cum

Galenus Thucydidi consentit.

igitur

igitur generaliore symptomatis significatu tàm morbos quàm eorundem causas & accidentia intelligamus, specialius tamen, symptoma dicimus omne, quod animali præter morbum eiusq; causam obuenit. Ex illis primo occursu sese offerunt actiones læsæ, quas vbi deprauatas, diminutas, vel in vniuersum sublatas cõspicati fuerimus, etiam rudis plebecula, aliquid prętet naturam rectè operantem dum bene habet, eueniſſe, minimè fallaci coniectura suspicatur. Verùm quia actiones à facultatibus mutua quasi concatenatione dependent, pro harum numero, & varietate, etiam actionum discrimen, statuendum erit. Facultates autem eò quia partim ab anima, partim à vita, partim, à natura prodire dicuntur: pariter etiam actiones in animales, vitales & naturales distribuuntur. Animalis in sensificam, motricem & principem subdistinguitur, de quarum offensa primo loco nobis tráctandum erit. Sensus exteriores sunt quinque quos præter communis interior, de illis priús, de hoc posteriùs agendum. Videndi facultas offenditur, quæ oculo ceu instrumento agendi

Actio læsa primũ Symptoma.

Facultates variæ dissimiles actiones edut.

Tres facultates primariæ.

Fũctionis animalis subdiuisio.

Sensuum externorum symptomata.

Visus facul-tatis detrimentum. gendi vtitur, quotiescunque vitium aliquod oculum infestare cœperit, quod ab intemperie, mala structura, aut diuisione continui contingere poterit. *Oculorum ardor.* Oculorum inquit Thucydides rubedo, ardor siue incendium (φλόγωσις vnde etiã phlegmonem inflammationem, primam tumorum præter naturam speciem 2. ad Glauconem originem duxisse Galenus tradit) eos præhensabat, cui nonnihil adiicit Gal. lib. de præsag. ex pulsu 3. cap. 4. Accuratè inquit ipsorum sunt contemplandi oculi. Nam dum lauacris immersi balneis indulgent, oculi maximè protuberantes prominuliq; apparẽt, calidi ardentesq; plerisque ab initio ad finem vsque tales perseuerant, quos hoc iudicio peste correptos certissimo depręhendemus. Et quia accidẽtia ad suos morbos & causas non aliter vt surculi & germina ad ramos vel trũcos proprios referũtur, etiã hîc operæpretium fuerit indagare & per-*Symptomata ad morbos referenda.* quirere qua ratione hæc accidant corpori pestifero morbo detento, ne nuda duntaxat enumeratione contenti, reliqua vix per transennam intueamur. In memoriam igitur reuocatis iis quæ suprà de

de ſubiecto febris peſtilentis diſputata ſunt, dicimus putredinem conſidere in cordis ſinibus, vel ſubſtantia eiuſdem, quod viſcus cum in meditullio corporis locum habeat, eò ſe confert potiſſima humorum quæ in corpore continetur portio, tanquam ad caloris officinam & ſedem: vel ad potiorem ſui generis partem, quemadmodum flumina præcipite curſu maria repetere videmus. Exempla inuenias principiis acceſſionum, vbi algidæ, torpentes relinquuntur extremæ partes deſtitutæ ſanguine, qui cum ſpiritu & calore ad focum putredinis confluit: vnde niſi ſtatim recurrat membriſque torpidis ſua reuerſione calorem reſtituat, malignæ perniciosæque febris argumentum eſſe coniicimus. Perinde, & in ſomno, vbi circà viſcera coctioni dicata occupatur calor, allicit ad ſeſe, non modò vicinum, verumetiam procul remotarum partium calorem. Balnei itidem vires notæ ſunt, humores videlicet à centro ad ambitum euocare, imis corporis clauſtris latitantes producere, & æqua lance vniuerſo impertiri corpori, qua ratione

In peſte ſanguis vniuerſus cor petit.

Frigus acceſſionum principio

Somno calor intimis obuerſatur.

Balnei facultates.

Balnei in peste incõmoda. ratione & difflationi humorũ egregiam nauat operam. In pestilentibus idcircò, quò materia tenuior tùm sui natura, si sit è sanguinis subtiliore portione, aut à bile simplici, vel superassata, præterquã quòd sua sponte, superiora petit, & vaporibus adsiduis caput replet, per balneũ illi quasi manus adiutrices porrigimus, tũc etiã humores pectori inclusi, superna petũt, caputq; grauantes soporosos inducunt affectus, nonnullis econtra vigilias, deliria, & alia quæ paullò post recensebũtur: quorum non leuis portio, per venas, aut visorium neruum oculis transmittitur: vnde ex functione læsa qualitate etiam oculi immutata, ardentes oculi apparent materiam calidam inflammatam adesse præ se ferentes, quæ actionem illius euertit. *Hallucinatio oculorum vnde.* Duplices inquit Lucretius oculos cũ duo obiecta comprehendit, vno reuera existente, & ità hallucinatur oculus, duplicia pro simplicibus excipiendo, quod accidit ob humoris cristallini, (qui vnicũ & princeps visionis instrumentum) ad superiora vel inferiora à situ suo naturali eleuationem, aut depressionem, cum si ad alterutrũ contorqueatur angulorum, leuem

leuem pariat visioni noxam. Cum enim aspectus fiat per lineam rectam, per pyramides rectas obiecta visibilia, vel eorũ imagines ad centrum oculi quæ est pupilla, tendunt: igitur etiam pyramides per rectitudinem ferri oportet, licet ex diuersis partibus promanent: & quantumuis hæ rectissimæ fuerint, si ad latera impegerint, neque immediatè punctum oculi permutarint, perfecta visio minimè fieri poterit. Proinde cum ad superiora vel inferiora contorquetur oculus, in rectum ferri pyramides nequeunt, quia à situ naturali deflexit organum visionis, nec iam in medio, ceu centrum constitutus est, quare nec conus pyramidis, ex diametro illic figitur. Sed quia lateraliter (vt ità loquar) & ceu obliquè pyramides contangunt, non punctim tangunt oculum, sed latius diffundũtur, euenit, vt duo, loco vnius, repræsentet: vel quia à situ suo distortus est, limis, vt aiunt, ocellis, potest duos ex vno obiecto excipere conos, sed non perfectos, ac si loco conuenienti cõstitutus, è directo imaginem repræsentatam, sibi suscepisset, quod magis perspicuè optici docent. Hæc autem

Visio quomodo fiat.

Oculus qua ratione duplicia pro simplicibus intuetur.

Causa.

à sua sede humoris crystallini contorsio, humorum affluxui exprimenti accepta referenda, quemadmodum & ardor πύραξις, & protuberantia. Adest & aurium frequens sibilus. A perennibus enim exhalationibus, caput repletum, vaporum aliquam partẽ, etiam auditus instrumento impertitur, vbi detentus, & impulsus, ad extensam membranam, quæ ob similitudinem, tympanum dicitur, falsam sonitus excitat imaginem. Obiectum siquidem intrinsecum, perinde potest in actũ deducere sensorium, cuius est obiectũ, quemadmodum extrinsecus incidẽtia, quod in suffusione liquet, vbi materiæ inter corneam & vueã detentæ, culicum & muscarum idola referũt visui, ac si extrà oculum essent, quæ tamen intus obuersantur. Hinc sollicitæ plenæq; sonoribus aures. Adeo copiosa quandoq; materia eò illabitur, vt non modò auditum impediat, verumẽtiã surditatem pariat, à qua & sanitati restituti magno negocio vix vindicantur. Gustandi quoque facultatem aliquid noxæ perpessam vel ex eo constat, quòd fauces illis videbãtur atræ, cruore taboq; madẽtes, lingua organum quo

Aurium sibilus.

Obiecta intrinseca perinde afficiunt sensum vt externa.

Gustus læsus.

quo sapores discernuntur scabra, subtorrida, & præ caloris magnitudine fissa, inque partes hiantes diuisa: vnde verisimile fuerit neruos tertiæ coniugationis, gustatorios, vel ex eis diductã in amplum tunicam, fauces, linguamq;, palatumq;, aut eo siccitatis redacta, vt exarescente aut sublato linguæ humore, obiectũ gustatile in actum deducere non valuerit: aut ambiente humore prauo imbuta, impedimẽto fuerit, quominus exactum de saporum differentiis ferret iudicium: siquidem quocunque humore sensorium obductum fuerit, eiusmodi omnia obiecta sensui communi refert, quod tertianariis vsu venit, aut quibus flaua bilis in stomacho redũdat cuius merito πικρόχολοι ἀνὼ Hippocrati dicuntur, cum etiam dulcissimos cibos, potusque, ob amaritudinem respuant oblatos, non secus, atq; aurigino si, quæcunque ob oculos ponũtur flaua prædicant. Communis enim ventriculo, gulæ, & palato tunica, quò fit, vt affectus quoque consortij lege inter sese communicent. Nec integer olfactus, fumis calidis obruto cerebro permansit, vnde fieri potuit vt humoris per colli-

Lingua Scabra.

Bilis in ventriculo gustũ impedit.

 quationem

Odorans facultas læsa. quationem pituitæ aliqua portio anterioribus ventriculis, è medio, postico, vel toto cerebro, aut propaginibus ob similitudinē mamillas referentibus protrusa sit, quæ ossa cribri foramina referētia obstruxerint, itaq; exhalationum à re odora manantium ascensum prohibuerint, cum alias incolumi corpore, lacunæ excrementorum mucosorum, ea via deturbētur, quæ Coryzis assiduis homines torquent. *Tactus Symptoma dolor.* Ad tactum referuntur dolor & voluptas: quorum hęc vti morbo alienissima, ita ille vniuersum complectitur hominem: hinc ὀστόκοποι dicuntur, ac si quasuis ossium compages confractas, contusas & conquassatas haberent, vt nihil sanum in corpore deprædendatur. Vnde sequuntur lassitudines tensiuæ, vlcerosę, inflammatoriæ, torpores, stupores cateruatim infestant. *Capitis dolor.* Capitis tamen præ cæteris conspicuus est dolor: hinc euenit, vt pluribus doloribus eundem infestantibus qui potior est, vehemētiorque obscuriorem reddat mitiorē & leuiorem: neque illis artuum lassitudo sentitur, nisi dum terminos conualescentiæ attigerint, tunc primum viribus se destitutos,

& fract

&c fractos obseruãt, qui antea obuia quęque discerpere, confringere, & disijcere furiosorum more, minimè extimescebant. Deinde hallucinãtur circa tactum, quia calorem tactus obiectum peculiare non sentiunt, neque se febrire dicunt, occupato nimirum primo sensorio, vnde vis sentiens ad reliqua emanat sensoria. Consentaneum igitur est, sensum tactus vel diminutũ, aut deprauatum, vel ex toto abolitum fuisse, id temporis, qui tamen postea obice siue impedimento sublato, in salutem recuperantibus restitutus est. Deceptus est ergo sensus tactus non percipiendo obiectum sibi determinatum, occupato nimirũ cerebro. Aliam assignemus causam. Cum omnis sensus sit quodammodo passio, siue alteratio quædam, & sentire sit quodamtenus pati, neque sensus fit absque alteratione: & in perfecte alteratis, absolutéque conuersis nullus est dolor, quia nulla actio. Cum enim nullum sit agens, quod passo introducat qualitatem, nullum patiens quod è cõuerso excipiat agentis impressionem, omnibus videlicet ex æquo intemperie affectis, nulla prorsus fieri po-

Calorem ægri tactus obiectũ non sentiunt.

Assignatur causa quare pestilentes calorem suum non sentiant.

ceſt alteratio: ergo neque ſenſus exoriri poterit. Quapropter non mirum, ſi calorem non depræhenderunt, cum ſolidiores quoque animalis partes calorem cõcepiſſent, quod peſtilentibus hecticis duntaxat eueniſſe nonnulli cõtendunt, parum conſiderantes, ſolo cerebro affecto cui ſenſus communis, & primus inſidet, auferri quoque vim diſcernendi & iudicandi de iis quæ ſenſibus exterioribus oblata ſunt, haud aliter ac ſi organis ipſis ſenſuum exteriorum occupatis, omnia falſa, & dubia ad interiorem ſenſum perferuntur, quod paulo ante in febrientibus, auriginoſis, declaratum fuit.

Senſus communis iniuria. Senſus quoque communis ab hac labe penitus immunis non eſt. Spes quieſcendi & tranquillitatis in anguſto, vigilijs rerum potientibus vbique, ait Thucydides. *Vigiliæ iuges.* Accidunt enim vigiliæ adſiduæ, ita vt plurimas longò examine ínſomnes cogantur ducere noctes, quod licet pleroſque ardẽtibus febribus mancipatos, potiſſimum morbi vigore, & exacerbationum tempore, ſymptoma affligere ſoleat, peculiare tamen hoc habet, in peſtilente, quod quemadmodum hic omnia

ſunt

ſunt intenſiora, ita etiam continuis vigilijs & iactationibus plus quam alijs producantur noctesque diesque. Iugis Eurypus, vehemenſque humorum in corpore perturbatio ex eorundem ebullitione cauſa, quæ fuligines cerebro perturbantes exiccanteſque ſi trāſmiſerint caliditate intentiore, cerebri natiuam humiditatē exhauriendo, illud prope torridum relinquunt: vnde humore blando, ſuaui, meatus opplente, neruóſque ſenſorios & motorios relaxante destituto cerebro, vinculum ſenſuum quod ſomnus dicitur, obrepere vix poteſt. Præſidio quoque fuerit cerebri genuina temperies, quæ ſi à primis, vt aiunt, incunabulis, calidior quam conuenit, & aridior fuerit, leui fuliginum calidarum acceſſione, incrementum ea ſuſcipit, & indeſinentes parit vigilias. Et quia calor natiuus clemens, in febribus excandeſcit, & tranſitionem in igneum facit, longe maiorem indipiſcitur humoris exorbendi poteſtatem. At in ſomno roridus quidā mador neceſſarius. Sunt qui contrario affectu, veterno nimirum & aliis ſoporis affectibus comprehenſi ſunt, fidem faciente

Cauſa immodicarum vigiliarum.

Somnus vinculū ſenſuum.

Veternus in peſte.

ciente Galeno lib. de cibis laudati illaudatiq; ſucci. Nonnullis præterea (inquit) pręcipuéque morituris, ea cum febribus acciderunt, quę menti vel vigiliis officerent, vel ſopore, Græci κατάφοραν vocant.

Cauſa eadem diuerſos effectus producit.

Quod mirum ſane videri potuiſſet, & dubitationem imperitioribus parere, quonam pacto contingat eandem, ſibique ex toto ſimilem cauſam, diuerſi generis aut potius cõtrarios ædere effectus: & quod cauſa calida puta febris, frigidos introducat morbos (veternus enim frigoris ſoboles) niſi ipſe Galenus loco allegato quæſtionis ſolutionem promptam ſubjunxiſſet. Culpa ſiquidem omni collata in diſcrepantiam ætatum, temperaturarum, potiſſimum tamẽ in humorum qui corpus regunt diſpoſitiones, & proprietates diſpares, ſuæ tempeſtatis exemplo id confirmat. Siquidem ea, quæ in ſuam ætatem incidit, annonæ caritate, egeſtate, duro telo compulſi, quiſque abſque præcedente delectu quæuis auide vorãdo deglutiebat, ideoque pro eduliorum quibus veſcebantur diuerſa natura, diuerſi in corpore ſucci producebantur, quos cõſequebantur varij & diuerſi morbi.

Humores diuerſi in corpore diuerſorum ſymptomatum cauſæ effectrices.

bi. Acribus, ſalſis, amaris, alios auſteris, acerbis, acidis vſos refert, inuẽtos & qui venenatis non abſtinerent. Hæc aſſumpta dum ſubeant rationem alimenti, neceſſario ſibi ſimilẽ ſanguini introducunt qualitatem, vnde aliqua corpora bile aſſata, pituita alia, & etiam malignis ſuccis abundabant, pro quorum diuerſitate, etiam morborum orta eſt varietas. Crudis quippe ſuccis turgentibus, & quibus caput excrementitia ſtatuit pituita, acceſſorio calore febrili, ea liquefacta diffundebatur, tunc cerebri ſinus implendo καταφορα & κώματα grauia ob pituitæ frigiditatem & craſſitiam inducebantur: Viceuerſa ijs, qui bilioſis abundabant excrementis, accedẽtè calore putredinali aucta quoque eſt δυσκρασία incrementum ſuſcipiente & ſiccitate, quæ vigilias potius quam ſomnum conciliare valuerunt. *Veternoſi ſoporis cauſa.*

Quippe patentia cum toties ardentia membris
Lumina verſarẽt oculorũ expertia ſomno.

Quibus bili pituita permiſta fuerat, pro alterutrius prædominio, modo vigilans ſopor, modo ſopor vigilans exoriebantur. Loco mouentis facultatis acciden- *Motricis facultatis ſymptomata.*

dentia ſunt, reſolutiones cõuulſiones, tremores, ſternutamẽta, tuſſes, ſingultus, ab eadẽ materia tanquã cauſa primaria profectæ, prout modo hunc, modo illum in corpore locum obruere prætenderit.

Cerebrum per neruos pituitã deriuat. Enimuero ſi vitioſæ materiæ aliqua portio, neruoſo generi communis reddita fuerit, cerebri nimirum vi expultrice, ſegregato riuo pituitæ, & ad ſpinalem medullam, ceu per canalem deriuãte, vnde triginta per vertebras totidẽ neruorum paria exoriuntur παραλύσεις impetebãt. Imbutis etenim ab humore viſcido neruis motui deſtinatis, indéque relaxatis, & quaſi flaccidis redditis, auferebatur mẽbri motus ſenſu adhuc aliquantiſper ſuperſtite.

in neruos huic morbus & artus Ibat. Si permixti erant flatulenti ſpiritus neruorum ij conuulſiones σπασμοὺς Græci dicunt, introduxere & tremores, facultatis motricis Symptomata quẽadmodum Paraliſis ablatæ: quorum prius quidem, puta, conuulſio, & ab exhauſto humore febribus ardentiſſimis, tum etiam naturę modũ excedentibus purgationibus euenire ſolet, vt æſtiuo tempore, fides muſicorum

Spaſmi reſolutiones.

Spaſmus ab inanitione.

corum in angustum contrahi, hyberno pluuióque cælo diduci, & in longum extendi videmus, & hęc ab inanitione prodiens dicitur conuulsio: posterius vero, tremor scilicet à neruo pituita infarcto, oriri plurimū solet, cum vis motrix obijce interiecto, totum peruadere nequit membrum, & facultas non sufficiēti mole, membro influens, illud rigidum, eleuare ob pondus non potest: vnde contrarij motus exoriuntur, facultatis omni nixu conantis attollere membrum, & vice versa reluctantis terrestris grauitatis, qui motus contrarij tremorem perficiūt *Tremoris causa.*

neruos & membra coarctans
Dissoluebat eos defessos ante fatigans
In manibus vero nerui trahere & tremere artus.

Sternutamenta, tusses, singultus, affinia admodum sunt Symptomata. Vtiq; conueniunt & materia & generationis modo, loco duntaxat dissident. Quod si casu humor quis vellicās, pungens, arrodens, vel mole distendens cerebri infestarit ventres, nemini naturæ legibus denegata est vltionis vindictæq; potestas, ideoq; expulsioni sese accingit Cerebrum, quæ non *Sternutatio eiusque generatio.*

non asque cõtractione euenit, siquidem spirituum ope exclusio fit lædentis materiæ: verum quia per angustum conceditur exitus iter, neque vehementiori impetu excludi ob viarum strictum callem potest, strepitus quidam exoritur ei similis qui Boreis flantibus sibilus obseruatur, vbi etiam illi per angustum fuerit transeundum foramen. Perinde in tussi, spiritui trahendo destinata instrumenta, puta pectus, pulmo, & capacitate thoracis compræhensa, si quid infestum irritás'ue senserint, cohibitione spiritus, vno impetu, dum eum explodunt obuia in viis obstruentia, vel parietibus lentore adhęrentia vnâ rapiuntur: & quia per arteriam asperam, laryngémque transeundum, ceu per tubũ vel canalem longum, impingens spiritus circa epiglottidem, sonum ædit qui tussientibus familiaris est: vbi euenit vt si contumaciter affixus fuerit humor, neque vni cesserit ex pepectorationi, crebrius repetito expulsionis conatu, totidem etiam sint tussiẽtium soni donec ad extremum protuso muco desinat tussis. Quàm vulgata fuerit tussis, cum ἐφελκίδων excreatione, peste Galeni-

Tussis causa.

Reiterata tussis.

ca videre eſt apud ipſum libr. 5. Therapeuticæ Methodi cap.12. Oris ventriculi accidens conuulſioni cognatum eſt ſingultus, cum ſenſu rei pungentis, acris vel mordentis (quod ex piperis tuſi eſu ſibi euenire dicebat Galenus) moleſtia affectum ſenſu exquiſitiſſimo præditũ ventriculi orificium, ad expulſionem properat, & ratione gulæ illi cõtinuæ flatus, vel ſpiritus, ex amplo ventre, per os & gulã protruſi ſingultum ædunt, qui ceu ſpaſmus tam a repletione quam vacuitate, ex mente Hippocratis oriri poteſt. Collectę itaque materiæ in febre peſtilente circa cerebrum aut eius ventres, ſternutationes: vbi deſtillarint ad fauces, raucedinem priùs, ſi ad aſperam arteriam & pulmones, tuſſim: Si ad os ventriculi, ſingultum excitarunt. Quam reciprocationem & malum ex malo prognatum tanquã numeroſam vnius matris ſobolem recenſet Thucydides inquiens: Deinde ſternutatio & raucedo corripuit. Nec longo poſt tempore in pectus deſcendit labor, cum aſperrima tuſsi: plæroſq; ſingultus inuaſit inanis in cõuulſiones graues deſinens. Vnde colligere quis facile poterit

Singultus quo modo fiat.

Eadem cauſa horum accidentium.

poterit eum ſpaſmum potius ex inanitione, quā plenitudine intellexiſſe cum λυγμον κίνην dicat, quod inter deplorata habetur ſignum in phreneticis & ardentibus, vbi exhauſto humore quaſi collabitur, & in ſe concidit os ventriculi, & ita contrahitur, ceu lora arida, ad ignem cor rugari & marceſcere videmus.

Singultus ab inanitione letalis.

Singultusq; frequens noctē perſæpe diemq;
Corripere.

Principis facultatis detrimenta.

Princeps corpus humanum gubernans facultas etiam nobilioribus ſuis operationibus vim patitur, quia Imaginatio, Ratiocinatio, ſeu diſcurſus & reminiſcētia partim proſtratæ partim ſublatæ ex toto ſunt, adeoque tota mens ſuccuſſa vt merito dici poſſit Animum ægrum, corpore ęgro incluſum eſſe. Spiritus etenim actionum prima inſtrumēta, naturæ inimica permiſtione coinquinati, prauarū exhalationum è materia putri emergentium communione polluti, labem & ipſi concipiunt, perturbantur, excandeſcūt, è lucidis ſplendidiſque obſcuri, è ſubtilibus tenuibusq; craſſi, & inepti functionibus facultatis regentis adminiſtrandis efficiuntur. Tum diuinum illud quod

Spiritus infecti.

corpus

corpus humanum fouet, ſuſtinet & gubernat ob ineptitudinē, & inefficaciam, feriari a propriis actionibus cogitur. Hinc creberrima quibus corripiuntur deliria, quæ quantumuis plærisque vſu veniant febribus ardentibus circa acceſſiones, aut exacerbationum vigores ob fumos acres, qui cerebrum feriendo paraphrenitides inducunt, ſciendum tamen genuinas & exquiſitas phrenitides, membranarum inquam & ſubſtātiæ cerebri inflammationes peculiares fuiſſe ijs quas Hippocrat. 1. & 3. Epidem. peſtilentibus enumerat cōſtitutionibus, prout paſſim videre eſt intuenti accuratiuſque conſideranti exempla languentium quæ ad theoremata vniuerſalia in commentariis ſuis Galenus deduci iubet, Certe vix vlli morbo tam ex inopinato circa initia ſuperuenit deſipientia, quæ Cerebri nō ſolum imaginantem, verum etiam iudicantem, facultates, capite exardeſcente, ob febrilem calorem, læſam arguit, quemadmodum eo loci Galenus commemorat, eandem materiam bilem videlicet flauā ſanguini cōfuſam ſi in vaſorū capacitatibus oberrarit febrem, ardentem

Delirium in peſte vnde tā frequens.

Deſipientia.

Bilis flaua vagabunda quæ mala aduehat.

dētem: ſi per ſenſiles corporis partes repente transfuſa fuerit, rigorem: ſi in cerebri ſubſtantia vel illius tunicis firmas ſedes conſtituerit, phrenitidē legitimam introducturam: quæ ſi vagabunda errauerit, per venas cerebri corpus percurrentes, in acceſsionum febrilium vigore deliria conciliabit, quæ tamen remittentibus exacerbationibus quoq; inducias largiuntur. Hinc incōpoſiti geſtus, obſcæni decubitus, ſpurci ſermones, quos mente integra abhorruerant.

Atq; animi vires prorſum totius, & omne
Languebat corpus.

Perturbata animi mēs in mœrore metuq;.
Inſolens tamen ne dicam inauditum eſt (niſi quod Meſſalam Coruinum oratorem haud vulgarem, morbo omnium rerum memoriam, ſui etiam nominis amiſiſſe hiſtoriæ produnt) tantam homini obripere obliuionem, vt reſtitutus, poſt hac, nec ſui ipſius, neque amicorum notitiam habeat, quod tamen Thucydides refert, non modo propinquorum imaginem illis plane excidiſſe, ſed neque rerum geſtarum amplius memores fuiſſe, imo ſibi ſeipſos peregrinos & incognitos

Obliuio.

habitos

habitos. Quod morbi enormem indicat malitiam, quod memoriã, rerum reconditarum, & abstrusarum, thesaurum, ab imaginãte, & diiudicãte potentiis, ipsius fidei tutelæ commissa, tam perfide dilapidare coëgerit. Necessariumq; est, prius phantasticam vim & ratiocinantem periisse, quam memoria interiret, illasque prius restitutas in integrum, si hæc pristino nitori & valori reddi debuit, quod vere erat repuerascere, cum nihil sit in intellectu quod prius nõ fuerit in sensu. Idem suo seculo grassante lue per Romani Imperij prouincias contigisse, citata Thucydidis auctoritate, inquit Galenus, libello, Quod animi mores à coporis temperie dependeant. Simile quid integra fide auditoribus narrantem audiuimus Guilelmum Rondeletium medicum Monspeliensem de studioso iuuene, qui illic noctu oberrans in sicarios casu incidit, & vulnere letali accepto punctim alterutro oculorum quoque cęsus est. Multis itaque vt par est morbis conflictatus, vbi diligenti sollicitaq; medicorum industria ad sanitatem reuersus esset, qui ante in artibus, scientiis, imo Medicina

Memoria amissa abolitionem priorum facultatũ supponit.

Historia studiosi Monspeliensis.

ipſa non vulgares fecerat progreſſus, tanta obliuione correptus eſt, vt omnia quæ ante norat, didicerátque memoria exciderent, & tanquam Lethæo amne exhauſto, omnia mentẽ effugerent, vſque adeo vt balbutientium inſtar infantium Lutetiam regredi, & prima pueris tradi ſolita elementa, denuo diſcere coactus fuerit. Hoc vti rarum ita verè admirationem parit, nec tamen ob materiæ ſimilitudinem reticendum fuit.

Atq; etiam quoſdam cæpere obliuia rerum
Cunctarum, neque ſe poſſent cognoſcere
vt ipſi.

Cordis actiones læſæ.

Cap. III.

Facultas vitalis an eadem cum nutritiua.

Licet in controuerſiam vocarint Ariſtoteles, & illius ſequaces Peripatetici, eam animæ vim quam vitalem dicimus, ſeparatámque eam a nutriente, eſſe negarint, ſed ambas intra ſeſe permiſcuerint, ne dicam, confuderint: attamen in quas ruinas & ſalebras ſeſe coniecerint, illi demum planum perſpicuúmque fiet, qui rationum momenta ab ipſis producta ad vnguem examinauerit. Nos equidem

dem ne innouationis crimen vltro nobis accersamus, quod illi ex industria factitarunt, satius fore duximus, cum Platone, & rei veritate, medicorum vestigiis insistere, eoq; ducti tramite cauillis postpositis, tertiam vitalem cõstituere. Fateri nos cogit adsidua cordis & arteriarum illinc progressarum motio: quæ neque arbitraria, cum in nostra potestate minimè sit, eam promouere, nec momento quidem temporis interpellare, nec dum interrũpere. Deinceps non vt motus animalis, debili principio emergens, sensim robur adipiscitur, in medio vehemẽs, in defatigationẽ vltimam, & quietem terminatur: sed æquo pede, dilatationis cõpressionisq; vicissitudine, perpetuo nullaq; interiecta mora pulsatio perficitur. Neque naturali tribuemus potentiæ hãc motionem, alioqui omnia, quæ aluntur & vegetantur, vtpote plantæ, & stirpes æquè etiam pulsandi dote prędita essent, quod dementis stolidique duntaxat esset affirmare. Præterea, coniecturam capere quis potest non dubiam, ex morbis, quorum alij munia facultatis animalis lædunt, cæteris intactis: nonnulli vitę insidias

Medici distinguunt.

Motus cordis non est arbitrarius.

Differt motus cordis à quouis motu anim. mali.

Pulsus naturali facultati tribui minime potest.

Morbi alii partium vitaliũ alii naturalium membrorum.

ſidias ſtruunt reliquis incorruptis: organa nutritioni & generationi dicata aliqui impetũt miſſum factis reliquis. Erũt igitur diuerſæ ſubſtantiæ, ſi abſque ſeſe mutuo conſiſtere,& interire vna incolumi ſaluaque alia poſſunt. Reſolutiones. Cephalalgiæ,nihil aut parum admodum vitæ officiũt, febres plurimum:hydrops, colici renumque dolores, parum creare ſolent periculi, functionibus principis animæ:cordis tremor,& palpitatio mentis operationibus, vel nutritioni leuem noxam parit. Si itaque vix tanguntur mutuis affectibus, per vicinum conſenſum, alteraque pati, ſalua altera poteſt, rationi quoque conſonum erit diuerſis ſubſtantiis præditas dicere. Euidentiſſimum eius in febribus peſtilentibus argumentum ſumi poteſt, eis potiſſimum quas ſupra ex diariarum genere conſtituimus, vbi nulla mentis prætergreſſa offenſione, vix aliqua abdomine comprehenſorum viſcerum conſpicua labe, ſolo dolore circa regionem cordis, tremore, palpitatione, certatim ſibi ſuccedentibus animi defectionibus, pulſu exili, & obſcuro, ſeſe exerentes, depræhenſis ſtrangulando

Morbi capitis reliqua membra fere intacta relinquũt & è contra.

Vitalis facultas ſtatuenda quod è peſtilente febre probatur.

gulando vitã demoliuntur, nequaquam in consortium, tractis nisi sub extremum vitæ finem reliquis animæ potẽtiis, quod ex vniuerso corporis habitu, tum vrinis & sermocinatione liquidum euadit. Statuenda ideo necessario erit vis vitalis, *Virtus vitalis* quæ sola duellum contra putredinem suscipit: *pugnat aduersus putrediné.* eamque ob causam non inscitè sali materiali comparatur, eo quod corpus *Vitalis spiritus sali comparatur.* ab interitu, ac ille res quibus aspersus fuerit, à putredine vindicare soleat. Sedes illi est in corde, *Vitalis sedes in corde.* quod ex eo patet cũ membrum aliquod arctis vinculis compressum, amittat ea sui parte quæ cordi auersa est pulsationem & vitam ipsam si diutius perseuerarit ligamentũ, eo quod intercipitur vitalis spiritus transitus: ea vero qua cor spectat regio.e, vtraq; inuiolata permanent. Quippe, vt octaua sphæra, ac septem errantium stellarum orbes, continuo motu, ac lumine maiorem mundum gubernant: pari ratione cordis volutatio indefessa (minorem quem dicimus mundum) hominis vitæ conseruatrix esse statuitur. Proinde affectu primario in corde existente, vero absonum non est illius quoque functiones

prius lædi, & quia ex principibus corporis gubernaculis vnum eſt, merito euenit vt ſuas læſiones cõmunicet ab eo dependentibus membris, iisq; potiſſimum quæ ad munium ſuorum executionem ipſius ope, & auxilio indigent. Atqui quænam ſunt cordis quæ lædũtur actiones? Duæ attributæ ſunt cordi peculiares actiones, quarũ prima & potior eſt, quod vitam vniuerſo corpori impertiatur, diſtribuendo ſpiritus vitales in ſe genitos quorum ceu inſtrumentorum miniſterio vſum calorem influentem diſpenſat & tranſmittit cuiuis membro, eum ob finem, vt is ſopitum quaſi & ignauum natiuum calorem ad agendum pro neceſsitate impellat, pelliciat, excitetque. Promulgatio Spirituum vitalium, requirit ductus idoneos, quibus vitæ riuuli ceu canalibus deriuari, & traduci poſsint, quorum officium explent, totum corpus peruagãtes arteriæ. Eæ etenim, cum eleuantur & diducuntur, è ſinu cordis ſiniſtro (qui tunc coarctatur vt emittens) ſpiritus vitales excipiunt: contractæ verò, & arctiores factę excludũt fuligines, in ſpirituum generatione caloris vi coaceruatas,

Cordis actiones.

Vita à corde propagatur.

Arteriarum vſus.

ceruatas. Et hæc ſecunda cordis actio, ſyſtole & diaſtole conſtans videlicet pulſatio. Vtraque non leuem in febre peſtilenti patiuntur iniuriam: prioris tamen conſpicua magis, huius obſcurior latentiorque noxa quandoque depræhenditur. Nam vt à vehementioribus exordiamur præcipites virium lapſus qui ſyncopes dicuntur ſi vſpiam alibi hiſce febribus perfamiliares. Cũ. n. aër venenatus aut putris halitus cor inuaſerit, protinus ſpiritusquoq; corrũpit, praua commiſtione polluit, & inquinat, indéque inutiles redduntur virtutis vitalis per vniuerſum corpus diſſeminationi. Iidem interdum nimio incendio flagrant, ſqualent, abſumuntur, neque ſuppetente competente ſpirituum quantitate, ad robur corporis tutandum, neceſſario vires vniuerſi corporis infringuntur, & proſternunutur: & ſi quid vſpiam vitalis facultatis ſupereſt, ad cor ſeſe, tanquam ad ſigna & aquilas exercitus, recipit, vel vt acquirat vires potiores, vel vt defendat princeps ab omni detrimento viſcus: ita extremæ partes frigidæ, eneruatæ, languidæ tanquam exanimes & ſemimortuæ relinquuntur,

Pulſatio.

Syncopes cordis affectus,

Spirituum ruina vires populatur.

Frigus extremorum in ſyncopa.

quod ex frigore extreminatum, ſudore circa pectus, ceruicem, tempora, frigido faciei pallore, mentis alienatione, ſen ſuumque defectu, & priuatione, vix reſarciẽdam vitæ arguit iacturam illatam.

Omnia tunc vero vitai clauſtra lababant.

Et hæc omnia circa principia prima ſeſe propalant, nondum natura, longitudine, diuturnitatéque morbi ſed potius prauitate ad imbecillitatis extremum apicem deducta. Frequentiores autem ſunt vbi mors pro foribus eſt huiuſmodi ſyncopes, quæ plærunque vitæ terminos figere ſolent, quia quo maioris momenti eſt actio vitalis ad tutandam conſeruãdamque vitam, eo læſiones illius qualeſcunque tandem fuerint præcipites in vitæ diſcrimina ducunt languentes. Concuſſiones quoque cordis, quas palpitationes, Barbari iectigationes, vocamus, cõſpicuæ ſunt, cum maligni vaporis occurſu laceſſitum cor fremit, & luctando tumultuatur motu violentiſſimo ad repulſionem veneni exitium afferẽtis. Et quo vehemẽtior extiterit pulſatio, tanto maior conatus; maior quoque excutiendi neceſſitas, ob veneni infeſtantis copiam vel

Vitales noxæ vitæ officiunt.

Palpitationes cordis.

vel prauitatem adesse dicenda. Cordi, ceu subiecto, attribuuntur affectus siue pathemata animi, vtpote timor, mœstitia, animi abiectio, pusillanimitas, quemadmodum & ipsorum contraria, lætitia, fortitudo, constantia quorum illa quidem tumultuaria vicissitudine, alia quidem ex aliis continuo nexu sibi mutuo succedunt. Animum protinùs despondent malo aliorum edocti parum superesse spei arbitrantes, mœroribus, tristitiaque sese conficiunt, exiguum quod superest vitæ, misere traducunt mortem cito affuturam metuentes, omnia spernunt remedia, neque vel tantillum aduersari morbo enituntur, solo fortassis Virgiliano contenti.

Perturbationes animi.

Extrema in peste desperatio.

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Atrocissima omnium, inquit Thucydides, erat animi consternatio, vbi quispiam correptum se sensit, dubius animi, desperationi locum concedens malo fomitem suggerebat minime resistendo. Hinc anxietas iactationes adsiduæ, inquietudines fastidia, vsque adeo vt sibimet exosi ob morositatem redderentur.

Illud in his rebus miserãdũ magnopere vnũ

Ærumnabile erat, quod vbi se quique videbat
Implicitum morbo, morti damnatus vt esset
Deficiens animo, mæsto cum corde iacebat
Funera respectans, animam & mittebat ibidem
Intolerabilibusq; malis erat anxius angor
Adsiduè comes & gemitu commixta querela.

Pulsus viriũ indices. Horum Symptomatum testes sunt pulsus, qui prauitate, exilitate, imbecillitate, latētes, obscuri, profundi, prostrati dum sint, vires cordis eodem modo sese habere demonstrant. Tantus cordi inest languor, vt in iustam molem attollere arteriam nequeat. Vrgente tamen putredine, caloréque vehementi accenso, plus excremētitiorum fuliginum generatur ad quorum expulsionem, maiori conatu insurgere debebat, proculdubio quoque facturum, nisi obstaret spiritus, & vires dapascens maligna putredinis vis. Ne tamē ex toto defraudetur intento suo, studet frequentia delictum compensare. Crebro enim si excernat, licet exiguam molem longéque minorem quam si viribus

ribus constantibus magnum æderet pulsum, videtur tamē vtrunque satisfacere necessitati. Ideoq; celeres æduntur pulsus, vbi notatu digna est discriminis obseruatio, in velociore arteriç contractione quam diductione, quia superat fumorum extrudendorum necessitas, aëris frigidi attrahendi necessitatem, quod putridis vsu venire Galenus docet. Atqui si in longum progressus fuerit morbus, tandem prosternitur & intercipitur pulsus, adeo quod nullus omnino depræhendatur, quod extremæ infirmitatis indicium est vbi eo angustię redactæ sunt vires vitales, vt pulsificam suam operationem exercere nequeant. Adempto igitur pulsu, caret cor ventilabro, spiritus si qui adhuc supersunt, torpent, neq; communicantur ob paucitatē, membris longius remotis, vnde caloris defectu consequitur extremorum perfrigeratio, & successiuus membrorum interitus, quoad peruentum sit ad cor primum viuens & extremum moriens.

Frequens pulsus.

Celer.

Pulsus interceptus desperatorum.

Naturæ functiones læsæ.

CAP. IIII.

Naturæ

NAturæ operationes esse, generatiónem, accretionem & nutritíonem: pro arbitrio vero moueri & sentire munia animæ peculiaria esse è Stoicorũ forte placitis in exordio libri de naturalibus [*Naturalis fa[illegible] differt ab animali & vitali.*] facultatibus statuit Galenus. Hinc moti separarunt etiam eandem Medici à reliquis duabus, animali nempe, vitalique, quam tamen vitali, vt ante dictùm fuit coniunxerunt Peripatetici & ζωτικὴν καὶ θρεπτικὴν duas modo facultates constituerunt. E naturæ itaq; operationibus missum factis generandi, & increscendi potentiis, de ea quæ saginæ præest duntaxat nutritione nobis sermo habendus erit. [*Ministræ nutrientis.*] Ea perficitur quatuor facultatibus ministrantibus attractione, retentione, alteratione & expulsione. [*Alimenti dissi militudo.*] Nihil etenim actu nutrit, quod non sit simile. Alimenta vero prius contraria: sed similitudo introducitur subactione, attritionéq; varia, à calido facta, quæ fieri nequit nisi res nutriens attracta fuerit, in partem nutriendam: postmodum tamdiu detenta quoad absoluatur alteratio, vltimáque assimilatio. [*Excrementorum necessarius prouentus.*] Quæ dum fiunt præteriri minime potest, quin residua supersint aliqua excremen

excrementa, quæ in nutrimentum non abiere, ea si detenta forent, insignem corpori afferrent molestiam, eapropter excludenda fuere: vnde quatuor facultatum necessitas eruitur. Instrumenta sunt villi, ceu textorū stamina, alij recti quorum beneficio perficitur attractio, obliqui, per quos retētio, transuersi per quos exclusio fit. Fames attractricis ventriculi facultatis actio censetur. Cum enim triplicis substantiæ fluori perpetuo expositum sit corpus, exinanitæ solidæ partes ab exilibus primum, tum amplioribus venis alimoniam exposcunt, quæ parte illis concessa fœnore eandem, à iecore tanquam communi corporis promptuario reposcunt: hoc mesaraicis venis ieiuno intestino insertis, Portæ vero ventriculo insitis chylum, si fuerit, attrahit ne annona sufficiente destituatur. Si vero abfuerit suctione numerosarū venarum corrugatur ventriculus, præsertim iuxta orificium superius quod ratione neruorum, sentiens molestam corrugationem instigat animal, ad quærendos cibos, expedientes restitutioni rei absumptæ. Et hęc corrugatio, vel potius corrugationis sensus

Instrumenta nutrientis.

Fames naturalis.

Famis definitio. ſenſus fames dicitur naturalis, quæ alias definitur eſſe deſiderium reſtitutionis alimenti deperditi à ſuctionis ſenſu exortum. Hoc in peſtilentibus obliteratum abolitumque penitus eſſe conſpicitur. *Nauſea fami contraria.* Nauſea enim adſidua, perpetuaque torquentur in appetentia, delicatiſsimos quibus ſecunda valetudine ſumma cum voluptate vſi fuerant cibos oblatos moroſe reſpuunt. Euryanactis filiam 3. Epid. Hippocrates commemorat toto morbi tempore omnia edulia faſtidiuiſſe, nihil concupiuiſſe, quo loci commentatus Galenus gradus quoſdã in huiuſmodi ſymptomate conſtituit, è quibus colligi poſſit maior minorue pernicies impendens. *Nauſeæ plures gradus à Galeno instituti.* In illa pluſquam Vatinianum ciborum odium fuiſſe indicat, cum nec vllius rei deſiderium illam extimularet: quinimo reperiri ait nonnullos, qui ſola recordatione ciborum quibus ſuauiter olim veſcebantur, in nauſeam prorumpant. Alij non expetũt quidem, at propoſitos non vſque adeo abhorrent, ſed guſtant & deglutiunt pauxillum. Alij guſtatos renuũt, & expuunt, auerſatos. Plurimi nullis minis vel precibus perſuaderi poſſunt, vt

guſtent ſolummodo. Radicitus proſtratæ facultatis ciborum deſideratricis indicium haberi vult, ſi quis interrogatus, aut ſponte ſua aliquem cibum deſiderarit, eo porrecto, ne micam quidem eius ingeſſerit. Deterius adhuc ſeſe habere inquit eos qui præterquam quod nihil prorſus aſſumunt, ne quidem appetunt quicquam. Etenim in his, extincta eſt in vniuerſum vis cibos potusque appetẽs. Exempla quotidiana in febribus peſtilentibus cernuntur. Nonnulli πρὸς τὰ γεύματα ἀπονενοημένως ἔχουσι (vt de Thaſiana muliere Hipp.3.Epid.languente 2.refert) adeo inquam inconuertibiliter & contumaciter erga cibos ſeſe habent, vt nullis rationibus ad eos aſſumendos perſuaderi poſſint. Vox enim illa exceſſum inappetentiæ & extremum aduerſus cibos odium indicat. Hoc admodũ prauum ſignum. Adeo tenacis propoſiti in non aſſumendis alimẽtis fuere, vt mallent vitam cum morte commutare potius, quam non indulgere cupiditati, nihil quod nutrimentum præbere poſsit, deuorandi. Fortiores autem qui ſe ipſos cogendo ingerebant, qui adminiſtrabãtur, cibos, omnes fere

Abominatio ciborum.

Ciborum aſſumtio in peſte conducit.

fere ſeruati ſunt (3.in 3.Epidem.Con.58.) plurimi autem mortem elegerunt potius quam aliquid ingererent. Hinc etiam Princeps Aloali mutuatus videtur cum inquit: Si vltro non aſſentiātur, vi cogen dos eſſe ad edēdum, ne viribus fracti, ne cis poteſtati ſeſe ſua ſponte offerant. Ἀπο-

Cauſa inappetentiæ. σιτίας huius origo interdum dependet à pituita dulci qua obductum ſuperius orificium ventriculi vices ſupplet alimenti. Non enim ſentit ventriculus, ſuctionem venarum in ſeſe terminantium, & alimēti reſtitutionem expoſcentium, cum chy li loco, mucus obſederit parietes ventriculi, qui vicariā præſtare poteſt operam dum a concoctrice ventriculi facultate, in benignum, meliore abſente nutrimēto conuertitur. Quod hoc loci euenire

Vis appetens emortua in peſte. exiſtimandum minimè eſt, quinimo eo νεκρώσεως progreſſam vim appetentem, vt officij muneriſq; proprij oblita, ceu proſtrata, & cadauerata, illis vacare amplius, neque poſsit, neque velit. Teſtis Hermocratea hiſtoria 3. Epidem. vbi vltimo & antepenultimo textu dicit hepar principium nutricis & naturalis animæ valde illi fuiſſe oblæſum: tum graues

præhen

præhendere inappetentias, vt mori æger malit, quam aliquid ori gustandum præbere, licet nonnunquam eueniat, propter os ventris, ob alienam quandam humorum qualitatem affectum: aliàs vero propter virtutis ipsius cadauerationem cuius cum æger valeret opera erant tum suctionem sentire, tum quæ ipsam curatura essent appetere. Eiusdem opus est & humidæ substantiæ indigentia & impletio. Hæc eam ob rem paulo fusius exaggerata sunt, vt cuiuis liquido pateat quantum momẽti habeat in affectus huius propulsatione, vel superficiaria ad cibos promptitudo: tum etiam, extincta penitus vna facultatum principum, naturali videlicet, reliquas saluas superstitésque permanere quam sit impossibile. Solum quam primum fames verterit, illi protinus succedit inexpugnabilis bibendi cupiditas qua vrgente ait Thucydides iucundissimum ipsis erat in puteos præcipites sese dare, quod ob incuriam assistentium nimia aquarum dulcedine allecti plurimi præstitére. Quanquam ex æquo erat parum vel nihil bibere, quo plus nimirum potæ, plus sitiebãtur aquæ *Sitis inexhausta.*

V quod

quod etiam aqua intercute laborantibus vſu venire inquit Venuſinus poëta:

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi
Fugerit venis & aquoſus albo
Corpore languor.

Sitis definitio. Eſt autem ſitis appetitus frigidi & humidi facta eius diſſipatione a contrario, & introducta intemperie calida & ſicca: quam hic in ſummis gradibus fuiſſe quiș inficietur, cum incendium illud in medi tullio corporis exarſerit.

Flagrabat ſtomacho flamma vt fornacibus ignis,

Cauſa ſitis. Quo cuncta perurente, abſumente, torrente, & exiccante, æquum fuit naturam conſeruationis ſuæ cuſtodem ſedulam, impelli, ad reſtituēdam temperiem â calore diſſipatorio deſtructam, quod fit aſſumptione liquoris, reipſa frigidi & humidi. Contingit etiam, tum temporis ſanguinis pulſculum torrefieri, qui in bilem tranſitione facta, vbi effuſus fuerit in ventriculum, aut vicina præcordia auget calorem, & ex euētu ſiccitatem, quæ ſitis qua flagitioſe torquentur, inexhauſtæ occaſionem præbent. Hoc quamuis & vulgaribus ardentibus familare & admodum

modum consuetum sit symptoma, molestissimum equidem, ratione tamen maioris & minoris, differentiam sortitur: hic longe intẽsiores habet gradus, & diutius perdurat, quam in simplicibus causis, quod& ex ingenti linguæ scabritie palam euadit.

Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.
Multa siti prostrata viã per proq; voluta
Corpora Silanos ad aquarũ strata iacebãt
Interclusa animam nimia à dulcedine aquarum.

Quibus εἰς τὴν καρδίαν firmatum est, cum subuertit, & afflixerũt bilis purgationes à medicis vocatæ, non absque ingenti molestia inquit Thucydides. Hoc loci Galeni expositio firmissimo præsidio cõfirmatur qui sexcentis locis καρδίαν interdum pro toto, interdum pro supremo vẽtriculi orificio sumi inquit. Quid enim præter ventriculum subuertitur in corpore? num cor ipsum? minime vero. Cuius actionis Symptoma est vomitus, nonne expultricis ventriculi? Ita sanè. Vtique Germani quoque si quempiam

Ventriculi subuersiones & vomitus biliosi.

eo loci dolorem ſenſerint eveſtigio cor ſibi dolere aiunt *das hertz thut mir vuehe.* & loco aſſignato, circa ſcutiformem cartilaginem, cordis ſedem illic demonſtrãt *das hertz grueblein* foueam cordis appellantes. Plurimum igitur fellei humoris in ventriculo genitum, quod & ſitim peperit, & naturali leuium humorum auſpicio, per ſuperiora eductionem quæſiuit: vel alibi is genitus eò effuſus, nõ grauis pituitæ more, aluum commouit, illac excludendus, ſed vomitu per gulam reiectus eſt. Qui vomitus moleſtiſſimus viſus eſt, quia motus naturæ contrarius eſt, ianitore ventriculi, eum ob finem â prouida natura creato, vt per inferiora educerentur materiæ reſiduæ: ſuperius orificium ſoli receptioni alimentorum, non excludendorum excrementorum vſui eſſet deſtinatum. Permutatis itaque vicibus vis illata eſt per vomitum naturæ non leuis. Hæc eadem bilis, aut ſanguinis torridi exuperantia, cardialgias peperit, quæ vel inflammatione in ventriculo creata, aut acrimonia pungente os ſuperius, ſenſu ob propagines ſexti paris neruorum accuratiore præditum, dolore

Vomitus eſt excretio minimè naturalis.

Cardialgia.

lore cordi communicato ob viciniam, & quæ verbis vix exprimi ſenſuque compræhendi poteſt, cognationẽ, introduxit animi deliquia, ſyncopes ſtomachicas, Epilepſias, & alia peculiaria cardialgiæ accidentia. Singultus quia ventriculi orificio contra naturam accidit, huc referendus iure fuerat: at quia motus eſt deprauatus, & ſymptoma facultatis mouentis, commodiore loco ſuperius de eo traditum fuit. Siquidem ratione loci iſthic, ratione vero motus illic de eo tractãdum erat. Ab eodem qui ſitim, vomitumque peperit humore, hunc quoque oriri ibi demonſtratum. Sonum autem ædi à ſpiritu vel flatu qui aliquantiſper in cauo detentus ſpatio, per ſtrictum prorumpit canalem. Nulla enim excretio in corpore demto ſudore, niſi ſpiritus qualicunque cohibitione, perficitur, quod in alui vrinæ, muci è naribus excretionibus, tuſſi, ructu, ſcreatu, ſternutatione, parientibus mulieribus conſpicuum euadit. Reliqua illinc petenda quæ ad ſingultum pertinere videntur. Hæc de primo genere Symptomatum, quod circa actiones læſas verſatur.

Singultus.

Excretiones conſpicuæ corporis ſpiritu detento fiunt.

Symptomata febris pestilentis ad excretiones pertinentia.

Cap. V.

SVccedit alterum symptomatum genus, quod circa superfluorum excretionem, eorundemue retentionem versatur. Quo loci aduertendum, ne genuinum, vel potius Gammaticum, ab excernendo excrementi etymon imitati quid uis corpore excretum, sub excrementi denominatione compræhendamus. Eo quippe significato etiam sanguis aliũde, præterquam mẽstruatim vtero prorumpens, aut venis ani reseratis reiectus, & genitale semen, excrementorum serie includerentur. Cum sæpenumero sanguis naribus tussi, sputo, vomitu, per sedẽ vt in fluxu hepatico, effluat, nulla tamen sanguini, excrementi, proprietas competit, sed vel hiantis, rupti, laxiue, vasis vitio euenit, aut sanguis cæteris permistus humoribus, acrior paulo redditus arrodit venam, & ita conceptaculo suo prolabitur cum alioqui, frugi existens, corpori nutriendo conueniens esset alimentum. Si retentricis debilitate id eueniat, non dispar ratio. Nisi modum egerendi potius

Germana excrementi significatio.

Sanguinis eiectiones.

tius quàm materiam egeſtã, ſpectemus, tunc nihil impedit, quominus excrementa vocemus, quæcũque præter naturam corpore excluduntur, vtilia ne ſint vel inutilia. Concinne magis Græci ab eo quod ſupereſt, coctioni fortaſſis, περίττωμα ſuperfluum, nimium, ac ſi, copia potius quàm qualitate, infeſtata natura humorem quiſuis fuerit egerat, denominarunt. Id deinceps in χρήσιμον καὶ ἄχρηστον, frugi inquam & nihili diſtinxerũt: illic ſtercora, lotia, ſudores & id genus: hic vero chylum, ſanguinem, ſemen prolificum aliaq; eiuſmodi comprahenderunt. Denique excernitur pus, in vlceribus, mel, ſæuum, pultem referens, lumbrici, calculi, ex corpore, qui excremẽta proprie cenſenda non ſunt, tum neque coctioni ſuperſint, ceu reſidua, neq; ex aliis actionibus naturalibus, ceu opera emergant, ſed ſui generis, ex putredine ſubſtãtiam ſortiuntur, alia vero calore ceu limus indurãtur. Peccare inquit Galenus omnia excrementa in quali, quanto totoq; genere, videlicet cum in alienam qualitatem quam natura flagitabat, degenerarunt. Eius indices ſunt color, feruor, ſal-

Græca excrementi ſignificatio aptior.

Excrementa quibus modis peccent.

Vt cognoſcantur.

ſugo, dulcedo (certius tamen ex colore argumentum, potiſſimum cum guſtandi mos obſoleuerit) tenuitas, craſſities. Vel exceſſiſſe iuſtas metas in excernendo dicemus, vbi conſtiterit nobis tempus, quo excretio cæperit, quouſque fuerît progreſſa, quando ceſſarit, quam vehementer corpus afflixerit, vireſq; quatenus diſiecerit. Sanguinis profuſionem, quauis via aut occaſione contigerit, eo quod naturæ vſibus is ſit deſtinatus & natiuus calor pariter cum eo vagetur, etiamſi acrior iuſto, copioſiorque mole, interdum euaſerit ſemper, toto genere, præter naturã eſſe aſſerere videtur quibuſdam locis Galenus. Hic ſi per nares fluxerit ῥινοῤῥαγία dicitur quæ crebro in peſtilentibus, efferueſcente eo, & culmen ſummumque corporis petẽte faſtigium, ob leuitatem ex ebullitione productam, occurrit: plærunque tamen, circa prima morbi exordia, ambiguo ſucceſſu, non minus quam fruſtraneo naturæ conatu. Quæ ſi victorioſa eſſet, ceu præambulones coctionis notas præmiſiſſet, iudicatoria præceſſiſſent ſigna, in ſtatu, cum de ſumma rerum decernatur, hoſte debellato,

Sanguinis excretio nunquã naturalis.

Rhinorrhagia in peſte.

Circa initia non ſalubris.

lato, manans apparuiſſet cruor, qui remota omni cõtrouerſia certam ſalutem ægro attuliſſet. Vacuata ſiquidem non leui febrem alentis materiæ portione, graui onere excuſſo natura, maioribus auſis, felicioréque ſucceſſu, reſiduæ adhuc peccantíſque materiæ coctionem & expulſionem aggrederetur, quoad prorſus exterminatus fuiſſet morbus. At cum plærunque circa initia fluorem depræhendamus, nihil frugiferum inde ariolamur, idcirco vehementiæ aut malignitati morbi potius, quam vincenti naturæ acceptam ferimus excretionem. Vnde etiam ſymptomaticæ denominationem eſt ſortita. Etenim ſiue acrimonia ſua ſanguis arrodat venas: aut ſpirituoſus ex nimio ardore redditus, faciat, vt impetu quodam cõceptacula crepent, & ſic violenter guttatim, vel cõfertim, is ſeſe excrat: ſiue naturæ occumbentis culpa, retentrix facultas viribus deſtituta, coërcere amplius non valens ſanguinem, ceu ruptis repagulis vndiquaque profluere ſinat. Omnes iſtiuſmodi fluxus maior virium internecio conſequitur, febres, deliria, vigiliæ increbreſcunt, quæ poſt-

Quæ mala intẽpeſtiuus ſanguinis fluxus aduehat.

modum mors excipit, aut longa morbi protractio, ex sancito Hippocratis non Decretoria decernentia mortem aut morbi lõgitudinem denotant. Qui si naturæ præsidio contigissent, proculdubio alleuiatio ingens, exoneratio prementium malorum, salus demum pedetentim successisset: atque tunc minime Symptomaticæ, verum criticæ, salutaresque expulsiones perhiberentur. Non à natura recte operãte effluuium sanguinis obortum certissimo indicio comprobat Galeni auctoritas, qui libro de cibis laudati illaudatique succi ait peste coëtanea medicos, perpaucis venam secare ausos, & qui effluxit sanguinem, non prorsus similem fuisse ei, qui sanis mittitur, sed vel mage igneum, atriorem, serosiorem, acrem, vt sectam venam vellicaret, impediretque quominus festinantius ad cicatricem vulnus inflictum coiret. Equidem non leuis acrimoniæ argumentum est, quod venam sensus alioqui expertem omnis, pupugerit, aut ocyssimo trãsitu, cutim suggillarit, eaque ratione obstiterit, quominus coalesceret & consolidaretur, sed valde adustos biliosósque humores

Sanguinis missio verenda in peste.

Sanguis pestilentium qualis.

humores illi permiſtos fuiſſe. Quibus ita conſtitutis Rhinorragiæ cauſa liquido patet. Tenuior redditus ſanguis, per ebullitionem, natura leuium rerum rapidiſſimo motu ſumma petit, in capite fixus, deliriis, vigiliisq; inceſſantibus, enecat. Iugulares venæ tam internæ, quàm externæ, ab axillari prodeuntes, naribus ramulos impertiuntur exiguos, qui ſanguinis accredine, minimo negocio arroduntur, aut impetu finduntur: vnde prolapſus ſanguinis exoritur, qui ſtillicidio interdum ſimilis, parum præſtat auxilij: at ſi agminatim circa ſtatum, morbo coctionem adepto, manifeſti iudicij ſignis ſeſe oſtentarit, mehercule obuiis eſt excipiendus vlnis. *Rhinorrhagiæ profuturæ indicia.*

Atq; etiam multus capitis cum ſæpe dolore
Corruptus ſanguis expletis naribus ibat
Hinc hominis vires totæ, corpusq; fluebat
Item *Profluuium porro cui tetri ſanguinis acre*
Exierat.

Quod ſi circa fauces collectus fuerit, cute illic delicatiſſima & tenuiſſima, guſtus ſiquidem inſtrumento, fieri non poteſt, quin & eaſdem excoriet: vnde ſanguinis exſcreationes obortæ apud Thucydidẽ *Sanguinis exscreationes.*

cum inquit intimas fauces & linguã statim cruore obsessas fuisse. Facilis autem illic est congestio. Ad radicem linguæ, sunt glandulæ, a natura prouida adsiduæ linguæ humectationi destinatæ, humorem pituitosum, ex officio, è cerebro, per infusorium, ceu in peluim delabentem, excipiẽtes, vicinis tonsillis credunt, qui eum per incerniculum cõtinuo exudantes, linguam inter loquendum exarescentem, irrigant, & versatiliorem reddunt. Pituita si ex sese salsa fuerit, vel bilis pemistione acrior euaserit, aut sanguis alioqui exarserit, laxis glandium corporibus sese insinuans, facile recipitur, tunc fauces exulcerat, aphthas ori inducit, quibus apertis, cruoris per screatum factæ visuntur expuitiones. Eadem, si crassior fuerit nihil obstat, quominus tumorẽ pariat in gutture anginis persimilem, vnde interdum, ex spiritus via intercepta, non paruum strangulationis impendet discrimen.

Saliua linguæ

Sudabant etiam fauces intrinsecus atræ
Sanguine: & vlceribus vocis via septa coibat.
Atque animi interpres manabat lingua (cruore
Debilitata

Debilitata malis.

Sub excretionibus complectimur etiam sudores, quos nil præter mera corporis, & quidem præter naturã esse excrementa, vel Dioclis patet auctoritate, qui censuit omnibus, quæ circa corpus humanum requiruntur rite administratis, alimentóque integrè a natura cõfecto, nũquam humorem sensui cõspicuum, per cutim excretum iri: violentia quadam potius, vt in Laconicis, exercitiis concitatioribus, aut sub æstiuo sole apricatione, vt sudor proliciatur, nõ naturæ instituto fieri. Eandem materiam generationísque modum cum lotio habere tradidit Galenus x. Simplicium, à potu quidem ortum ducere, qui excalfactus, non nihil biliosi contrahat, & per vniuersum sit sparsus corpus: eo tamen discrimine, quod sudor, permeato toto corpore, quoad cutim pertingat plus elaborationis adipiscitur: Lotium vero solis emulgentibus, in renes deducatur, vbi non multa alteratione suscepta, per vrinaria vasa, in vesicam delabitur, suo tempore excernendum. Apparẽt crebri in febribus pestilentibus sudores, sed vel algidi, vel

Sudor.

Sanum corpus nunquam sudat.

Sudor lotio congener.

Frigidus sudor & particularis minime laudandus

vel particulares circa locum determinatum prorumpentes non toti communes corpori quod in fausto, felicique sudore requisitum esse solet. (*humor.*

Sudorisque manans per collum splendidus

Ideoque eædem propemodum conditiones requiruntur in sudore, quæ & in sanguinis fluore. Si enim die iudicatorio cōtigerit, febrem soluerit totum permaduerit corpus in auspicatis reponit 1. Prognost. Hippocrates. Si frigidus, caput, faciem, ceruicem ad iugulum occupauerit, in febre ardente mortem, minatur, ceteroqui, diu protractum iri morbum denunciat. Tantum enim ardorem, perurere vitalia denotat, vt exteriores partes destitutæ penitus sint calore. Aut tam exiguum superesse caloris, quod non sufficiat distensioni per ambitum, sed intus lateat, neq; scaturiginis ritu, riuulos hinc inde deriuare, latius ob inopiam, vt ante consueuerat possit. Vel adeo obrutum corpus crudis, frigidisque succis, quod vernaculus, & febrilis calores, ne duplicatis quidem operis, illi calefaciendo, & coquendo, pares sint: citiusque pessum eat, vis regēs corpus, quàm moram illam coctioni

Conditiones laudati sudoris.

Frigidi sudoris causæ.

coctioni deputatā, ferre possit. Secus in aliis febribus accidit, vbi licet insignis sit humorū colluuies, & corruptela, nō tam petulāter grassatur febris, vt prius interimat hominē, quam spatiū coctioni concedat: sed pedetētim, lēto gressu suas peragrans periodos, occasionē præbet, subigendę materię peccāti: ex ea tū officina, prodeūt vaporosi, calidiq; sudores. Contrario modo pestilēs, primis initiis, adeo tabefacit corpus, vires prosternit, vt residuū nō sit, quod morbi profligationi impendi possit, nec tēporis, nec viriū. Hinc fit, humorem frigidum, eiusque tenuiorem portionem, sub cute, proprio temperamento frigida, explodi, quæ longiore egebat ad calfactionem tempore. Vel ex hypothesi Galeni, in ardentibus febribus, a putredine emergentibus, fieri posse, vt ardor sit in vasis, foco videlicet putredinis: solidarū vero partiū (quas inter carnes & cutis accēsētur) vis, quę in calore est, sit vel extincta, aut vicina extinctioni vnde calor erit in vasis, frigus in habitu corporis, è quo promanat sudor, loci per quē trāsierit naturā prę se ferēs. Haud aliter vti ventos, ratione materię, quæ est exhalatio

Differentia sudoris febrium vulgariū & pestilentium.

Sudor frigidus ratione loci.

Venti frigiditatem & madorem vnde contrahant.

exhalatio calida, & ſicca, perinde atque aërem, iiſdē qualitatibus inſigniunt, eam vero, quæ in vtroque percipitur frigiditatem, & madorem, ex accidenti ob loca niuibus obſita, per quæ migrant, contrahere Meteorologici aſſerunt. Quamcūque cauſarum allatarum elegeris, veritas nihilo ſecius conſtabit, nunquam non Symptomaticos eſſe, & ſiniſtra frigidos ſudores portendere. Quemadmodum etiam, ſi in determinato loco ſeſe propalarint, neque toti fuerint corporis machinæ communes quamuis tepidiores fuerint. Extat ea de re Hippocratis ſenis oraculum. Vbi ſudor illic morbus, vbi calor vel frigus ibi perinde ægritudo. Dum enim integris natura cōſtat viribus, non certo affixa loco, ceu ſcopulo, illinc vitioſam extrudit materiam, ſed pari molimine, vndiquaque nimirum calore diſperſo, æqualiter, per ambitum corporis, tenuiorem, ſeroſum, aqueúmue humorem, meatibus quibus perforata eſt cutis, creberrimis propellit. Verum ſi languidior effætâque fuerit ceu in cuneum ſeſe cogit, vbi maior lædentis materiæ ſe offert portio detenta, illius coctioni expulſioni

Frigidi ſudores ſemper ſymptomatici.

Partialis ſudor morbum loci portendit.

pulsioniq; inuigilat, leue quippiam paruique momenti excernit, vnde, nec insigne emolumentum consequi potest. Quod si in morbo vniuersali contigerit, qui toti corporis compagi exitium minatur, exitiale magis est symptoma, cuiusmodi est febris pestilēs, quæ dum vix infimum membrum intactū prætereat, communem esse calamitatē, materiam totum corpus occupasse denunciat. Iure merito igitur sudor, si naturæ beneficio oriretur, non parti cuidam peculiaris sed vniuersum debuit madefecisse corporis ambitum. Priuatus autem membri sudor, potissimum ceruicis, & iuguli, si tepidus, syncopēn prope affuturam: sin frigidus fuerit, eam iā adesse docet. Vel quia prope iugulum, magna vena diuiditur, in axillarem, & humerariam, vtriusque brachij, ibidemque soporariæ arteriæ, cum iugalaribus venis, caput petunt. Cum igitur in angusto loco tam ampla numerosaque coēant vasa, verisimile est plus illic materiæ colligi, sua sponte humore sublimia petente, quæ ob viciniam cordi negocium facceffit ob strictum, qua illi perreptandum est callem,

Pestilentibus sudores vniuersales esse debent.

Causa discriminis particularium sudorum.

Cur ad ceruicem sudemus plurimum.

ſuffocationis præceps adducit periculũ, inde virium conciſiones, corde contra affluxum ſpiritus turbulenti, aut humorum luctante, cuius index eſt ſudor, eueniunt, ea potius, quam thoracis regione apparens, cum ferme cutis ſuperficiem venæ contingant, multum ibi materiæ coaceruatum, cuius momentum ſtudet natura per ſudorem eliminare, non obſcure arguens. Maxime vero in peſtilentibus, quarum focus immediatè in corde ſtatus ſuprà fuit, obſeruari ſolent, ſudores frigidi, nõ ſine præcipiti ægrorum vi-
Sputa cruenta tæ diſcrimine. Euenit interdum, vt in eiſdem ſputa quoque prodeant, quæ cum capite, faucibus, aut pectore excludãtur, ſerie excrementorum comprehendi debent. Simplicem quippe ſpuitionem cerebro delabi, quæ per ſcreationem exploditur, faucibus prodire: tuſſi reiecta, ex aſpera arteria, pulmonibus, aut pectoris capacitate educi, certa fidę apud medicos comprobatum eſt. Et quia ſympto mata morbos præſupponunt videndum à quibus morbis ſputa prodeunt. Equidẽ libros Epidemiorum, vbi de peſtilẽtibus pertractatur temporis conſtitutionibus diligenter

diligenter euoluentibus, passim plurimæ se offerũt thoracis inflammationes, pleuritides nimirum & peripneumoniæ, quę etsi in suppurationem abiere, vel prius pessundederunt hominem, quam eo terminarentur, fieri nequit quin aliqua materiæ inflammationem parietis pars tussi aut screando exclusa fuerit. Etiam anhelitus frequens, paruus, prauus, olidus, spiritui dicatorum instrumentorum affectionem subintelligit. Idcirco in pestilentibus sputa cruenta, liuida, maleolentia, purulenta, spiritus, grauis fętens vehemẽtis putredinis thoracis cauum, aut in eo contenta viscera occupantis soboles, spectantur.

Thoracis affectus in peste coincidunt.

Anima graueolens.

Tenuia sputa, minuta, croci cõtincta colore
Salsaq; per fauces rauca vix ædita tussi.

πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυσῶδες inquit Thucydides, absurdum & importunum, quem nos irregulatum dicimus, spiritum, cum præ inflammationis magnitudine eleuari in iustam molem pectus nequit: aut præ imbecillitate, non tantum attrahere potest aëris, neque fuligines extorres reddere, quantum ardens postulabat necessitas. Eamque ob rem quasi fluctuat, neque

Spiritus irregularis.

certum tenorem eleuationis, depressionisque obiice interiecto obseruare potest, nunc celerem, & paruam, nunc magnam & raram ædens spirationem: cui si accesserit graueolentia, in immēsum abiisse putredinem coniiciendum. Quotidianæ vero fæcum excretiones, cum omnibus familiariores sint, earum a naturali statu permutationes, lōge maius momentum ad salutem, vel interitū habent, eoque non imprudenter aciem mentis illic potissimum occupari debere monet Galenus. Cum enim alui excrementa, ventriculi, intestinorum, lienis, simæ iecoris affectiones, ob oculos ponant: lotia vero gibbæ iocinoris, renum, vesicæ, totiusque venosi generis, ceu in speculo, affectus proponant, vtique non tamen neglectis cæteris, ei curæ potissimum incumbere debemus, vt exquisite ad vnguem cognitas habeamus illarum differentias, & à naturali statu transitiones, vt in quantum sit progressus morbus, quot ue gradibus naturam superarit, ad incōlumitatem securè tutoq; prædicere possimus. Color vrinæ rubens, & ex saturo interdum ater, ex flauo impense biliosa:

Stercoris & lotii excretiones.

Vrinæ excretio.

Eiusdem

Eiuſdem ſubſtantia craſſa, turbida, quod non vſque adeo verum, vt ſemper ſic ſeſe habere arbitrandum. Proiicitur enim nonnũquam lotium aquoſum, crudum, *Peſsimæ vrinæ.* tenue, omni ſedimento carens, tum vero potiſsimum cum præcipiti raptu materia cerebrum petens, iam phrenitidem, aut deliria peperit. Contenta, confuſa, bilioſa, quandoque nigra cum malo ſedimento, oleoſa, colliquationibus orobis tritis ſimilibus referta. Sublimamento ſummam adhibendam eſſe diligentiam cenſet Galenus 3. de præſag. ex pulſu cap. *ἐναιωρήματα.* 4. eô quod alia ob tenuitatẽ, liuiditatem, & pallorem, penè viſum ſubterfugiant: telis aranearum aliqua, alia vero lanę carptæ, quandoque & impexæ, neque mutuo ſibi cohærenti, comparat. Sunt quædam vrinæ ob bilis peruſtæ expulſionem tantiſper acres, vt meatus vrinarios & veſicam exulcerent. Quod teſtatum reliquit Galenus libro de cibis laudati illaudatique ſucci inquiẽs: Vrinæ etiam cum *Vrinæ acres & olidæ.* acritudine & graueolentia veſicam nonnullis exulcerabant. Quæ omnia ſi fœtorem adieceris, vehementis putredinis caloris immenſi adurentis, qui ne à ſolidis

quidem sibi temperarit partibus, quinimo pinguedinem illis adnatam liquefecerit, & ita marcorem membris induxerit, sunt indicia. Spectantur etiamnum in excretionibus alui huiusmodi συντήξεις quæ plurimos interimunt, quemadmodum memoriæ prodidit Galenus 3. Epid. peste coæua, qua omnes inquit sublatos è viuis, immodica, per ventrem facta vacuatione colliquatiua, quā inseparabile esse inquit Symptoma febris pestilentis propriè sic dictæ. Qui locus ansam præbuit nasutis quibusdam censoribus, omnes pestilentium catalogo excludere febres, à quibus non prodirent excrementa pinguia, ex colliquatione carniū prodeuntia: maluerêque potius cacoëthes, malignas, prauas, mali moris, aut alio quouis quam pestilentis appellatione insignire. Valeant tamen illi λογιατροὶ, norintque vniuersalia tradi præcepta de ijs quæ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ sic sese habent, & nisi adeo repentinus sit morbi motus, ad interitum, raro præterit eos accidens commemoratum. Quod etsi abfuerit, coniiciemus tamen materiæ morbum fouentis prauitatem, ex alui profluuiis, biliosis spumosis, tenuibus,

Alui excrementa.

Colliquationes.

An omni pesti alui liquamenta competunt.

Alui profluuia pestilentia

bus,flatulentis,maleolentibus,mordacibus, quæ dyſenterias, & tineſmos irritas nimirum excernendi propenſiones excitarunt. Mutuis teſtimoniis cum Galeno Thucydides hoc confirmãt. Hic quidem ait, Deſcendente abdomen verſum morbi materia, vehementiſſimè exulcerato ventre, ſincera impermixtaq́; oborta profluuia, quæ poſtmodum homines ex imbecillitate iugularunt. Ille vero. Quin etiam febres permultæ abſque cutis vlceribus fiebant, quæ alui deiectiones, grauiter olentes, mordacesq́;, ac poſtremo inteſtinorum tormina, aut inanem egerendi voluntatem (quæ τινέσμος Græce dicitur) afferebant. Nigram alui proluuiem & poëta noſter commemorat. Cauſæ horum ſymptomatum ad extremam aduſtionem referri poſſunt. Calidi enim eſt adurere, liquefacere per ebullitionem agitando, in ſpumam humores redigere, demum è ſubiecta humida materia putredinem, cui comes eſt graueolentia, producere. Neque ſolus ater color, etiam frigori familiaris, tantas vires habet, vt in ardentiſsima affectione eum frigiditatis gradum nos imaginari

Dyſenteria & Tineſmi

Cauſa colliquationis alui

Ater color hic ab aduſtione.

ginari cogat, quæ congelationem, & ex ea nigrorem inferre poſſit, ſed immodicus potius calor culpãdus venit, qui ceu in carbonem aut cineres, caloris exuuias humoribus conuerſis, per atrum in fæcibus, & lotiis colorem ſeſe exerit. Hæc de ſecundo ſymptomatum genere, quoad excretiones corporis.

Affectuum corporis qualitatumque permutatio.

CAP. VI.

VEluti ſubſtantiæ, per accidentia ſpectandas ſeſe exhibent: pari proſus ratione, etiam corporis machina conturbata, aut diſſolutionem minitante, vitia è qualitatibus, quæ ſenſibus externis obuerſantur, eruenda.

Qualitates ceu accidentia corporis. Idcirco ſymptomatum tertiam ſpeciem in affectuum aut qualitatũ corporis permutatione medici collocandam cenſuere, quæ cum ſint viſiles, guſtatiles, olfactiles, audibiles, tactileſque: *Qualitatum diuiſio iuxta ſenſus.* hæ vero in calorem, frigus, humorem, ſiccitatem, ceu primas, mollitiem, duritiẽ, læuorem aſperitatem, craſſitiem, tenuitatem, ceu ſecundas, illinc dependentes qualitates diſtinguantur; in his perinde, ac odoribus,

bus,ſaporibus,ſonis, coloribuſque de ſta tu naturali tranſitiones, cernuntur, quæ accidentium ſerie, merito cum ad morbos,ceu vmbræ ad corpora ſeſe habeant, includuntur. Huc igitur, ceu in alueare, recondenda ſunt omnia accidentia,quæ oculis produntur, tactu deprehenduntur, in aures, linguam, naresque incurrunt: huc (coloris duntaxat & tactilium qualitatum habita ratione) tanquam in commune promptuarium accenſendi ſunt omnes cutanei affectus qui vnquã circa hunc morbum conſpecti, vel ab auctoribus traditi fuerunt. Oculi primarium obiectum eſt color, cuius virtus in affectibus corporis demõſtrandis quanti ſit momenti quamque efficax docet ſenis Hippocratis ſententia. Color corporis dominium humorum indicat, niſi fortè in profundo deliteſcãt. Tota corporis ſuperficies ait Thucydides erat ſubrubẽs, liuens,papulis vlcuſculiſq; ἐξανθήμασι effloreſcens, elegantiſſima a cymis ſeu aſparagis plantarum,aut primis arborum germinibus, quæ aduentante vere dum in florem prorumpunt, protruduntur, ſumta metaphora. Etiam peſtem Gale-

Accidentia ſenſibus obuia huc referenda

Corporis color mutatus.

Cutis color fœdus.

no coæuam ipſemet auctor eſt, vltimo vere, aut ingrediente æſtate multimodis variiſque per cutim vlceribus, quorum alia ignem ſacrum, cruentam inflammationem, ſerpigines, impetigines, lepras, ſcabiem, referentia cutim defædarunt, illuxiſſe.

Et ſimul vlceribus quaſi inuſtis omne rubere
Corpus: vt eſt per membra ſacer dum diditur ignis.

Cutis deturpationes ſimul & morbi & ſymptomata eſſe poſſunt.

Qui quidem affectus etiamſi proprio, & genuino reſpectu, inter morbos, qui ad continuitatis diuiſionem pertinent, connumerandi eſſent: quia tamen cutim deturpant, alio quam natiuo tingunt colore, inæqualitatem, aſperitatem, vel duritiem illi impingunt, quæ oculis, & tactu indicibus deprehendũtur, inter ſymptomata affectionum permutatarum reponuntur. Par de bubonibus, parotidibus, ſiderationibus, gãgrenis, de quibus paulo poſt dicetur, iudicium eſto. Eandem enim hæc cum illis normam ſubeunt. Oculos ſuffuſa luce rubentes gerebant, præſertim balneo egreſſi, quod annotat Galenus libro vbi docet auguria è pulſibus captanda, qui ſi rubicundi, perſeuerauerint,

rauerint, certiſſimo ſtatui vult peſte correptos. Eius rei cauſam ſuo loco attulimus, vbi de actionis ſentificæ læſione pertractatum fuit. Nec eo ſolo contentus, etiam oris colori, mentem adhibere ibidem iubet, quod nonnullis liuidum apparet, aliis eriſypelate, ſunt quibus ſerpiginibus excedentibus obductum cernitur. Communis enim ori, faucibus, linguæ, gulæ, ventriculóque interior eſt tunica, quæ ſi iuxta ventriculum aut vicinas regiones prauo delibuta fuerit humore participat vitium & modo recenſitis partibus, quo loci cum delicatior ſit, eiuſque merito ad offenſas excipiendas quaſuis admodum procliuis membrana, ad ſaporum diſtinctiones perpendendas, & exactius diiudicandas, facile radices agit, & ſi bilis collecta fuerit in ventriculo, eryſipelata ori aut palato obuerſabuntur: ſi ea acrior, vel pituita ſalſa fuerit, ſerpigines ea loca infeſtaturas nemini dubiũ eſt, cum etiam in tertianarum declinationibus quotidie obſeruemus ſubtiliorem bilis, aut pituitę ſalſæ portionem, fauces, palatum, labraque exulcerare, puſtulis vlcuſculisque adeo reple-

Labra liuentia.

Eryſipelata genarum.

Herpetes.

Criſes tertianarum per aphthas oris.

re, vt maſticationem, & deglutitionem impediāt, imò etiam loquelæ negocium faceſſant: attamen euicti morbi, cum ad externa mouentur penitioribus deſertis, morbi reliquiæ, ſalubre habetur indiciū.

Lingua atra ſcabraque.

Hinc fit & linguam, atra incenſi ſanguinis fuligine, obfuſcari, calore exurente & ſaliualem linguæ humiditatē, ex adenibus, irrigationi deputatam, abſumente, ſcabram, torridam, motu grauem, tactu aſperā euadere. Si quis à calore hoc fieri in dubium vocare velit audiat Galeni ſentētiam ἡ γλῶσσα μελαίνεται διὰ τὴν ἄμετρον θερμασίαν ὥσπερ τοῖς ἡλιθεωροῦσι τὸ δέρμα. Quod. n. iis accidere videmus qui ſub ſole æſtiuo meridianoque diutius moras nectunt,

Nigredo a calore.

Perſolatio cutim aſperam & atram reddit.

quod cutis, calori expoſita, fuſcedinem prius, tum etiam nigredinem contrahit: ob conſumtionem humidi, læuorem, æqualitatem, mollitiemq; repletis vacuis ſpaciis conciliantis corrugatur (quod & decrepitis familiare eſt) exiccataque durior ceu lorum redditur: idem linguæ ab immodico excedentique calore fieri inquit Galenus, vſque adeo vt vlterius pro-

Ariditas linguæ.

grediendo calor etiam inſitum linguæ humorem exorbendo, fiſſę hiantiſq; ter-

ræ

ræ instar eam disrumpendo, ex æquo diuidat in partes, radicéque linguę inflammatione occupata, non leue sermocinationi detrimentum pariat, spiritui denegato transitu, cum vlceribus vocis via septa coiuerit. Tum verisimile est, saliuã amaram, aut salsam esse, sanguine, vel etiam pituita, cerebro destillante, ex adustione, alienum a dulci, saporem degenerem adeptis, qui corrupit gustandi sensum, quod frequenter tertianarijs vsu venit, cum bilis porracea, capacitate ventriculi conclusa fuerit: tum omnia peramara quæ gustantur: aliàs vero si pituita fatua vel dulcis, cuncta insipida, aut obtusi saporis, quæ ingesta fuerint, percipiuntur. Huc nonnulli referunt peregrinos colores in excrementis tam alui quã vesicæ extantes, qui capite præcedenti explicati sunt, quia in eis quoque qualitatis visilis mutatio contigit. Quorum graueolentia veluti sudoris odor virosus pedore horridus: expiratio similis, anhelitus fætidi, ad olfactiles qualitates vitiatas reiiciẽda est. De sudoribus supra pertractatum fuit: imperitam autem rudẽq; plebeculam solo cadaueroso oris halitu, febrem

Sapores amari & fatui in febribus.

Color excrementorum.

Vitia circa qualitates olfactiles.

febrem peſtilentem ceu ſymptomate peculiari deprehendere ſolitam, inquit Galenus, eoque vlterius progrediendum eſſe medico rationali ſi præſtare vult idiotis, cenſet, inque conſiderationem adhibendas, quæ in pulſu & lotiis accidere conſueuerunt, tanquam magis ſecuras notas, & qualitatum permutationes. Certe non tam peſti, quam morti iam imminenti, præcurſor eſt olidus ſpiritus putredinem in corde iam confirmatam, aut pulmonem eiuſque vaſa computruiſſe comprobans.

Olidus ſpiritus mortis præcurſor.

Spiritus ore foras tetrũ voluebat odorem
Rãcida quo perolẽt proiecta cadauera ritu.

Gangræna fætens.

Neque minor è gangrænatis, ſphaceuole corruptis exhalat fætor, vti etiam è carbunculis, vlceribus quæ alas, inguina, aut malas obſederunt, pus ſordidum maleq; olens. Siderationes autem accidiſſe in peſte docet Galenus 3. de vſu partium 5. extremis pedum digitis quæ putridis vlceribus occupata refert decidiſſe. Adeo enim praua malique moris erant vlcera, vt partes occupatas excederent, neq; ſerpigo cohiberi præterquam membri abſciſſione potuit, vnde genitalib⁹ exectis, oculis

Sideratio.

Serpentia late vlcera.

oculis excauatis, pedibus manibusq; trũcatis vitã Thucydidis tẽpore redimebãt.

Viuebant ferro priuati parte virili
Et manibus sine nõnulli pedibusq; viuebãt.
Inuita tamẽ & perdebãt lumina partim.

Colligi poteſt ex hiſtoria Critonis 3. in Epid. cui puſtula nigra in talo apparens mortem biduo accelerauerit, quod mali gnitati potiùs quæ ſideratione momento peperit, quam loci anguſtiæ, qui minime capax fuerit, recipiendę tantæ materiæ eo excuſſæ, tribuendum videtur. Ingentis itaq; putredinis documentum, eſt vel hoc, quod nullam niſi per reſciſſionem, curationem receperint, & cum nullo alio ſuccurri poſſet remedio, ad mutilationem ventum fuit. E qua putredine quin teter, virulentuſque vapor emerſerit, vix aliquis inficias iturus eſt. Tactui ſubiicitur ardor ille, qui imis corporis exarſit latebris & manu torrido pectori diutius admota, etiam forinſecus medico tangenti ſe prodit. Is inquam, ob cuius importunitatem, in gelidos fluuios membra dare ægri, & puteis præcipites ſe deturbare viſi ſunt: alioqui loca opaca, aut ſubterraneas cauernas ſubire, vel

Putredo non niſi abſciſsione ſublata.

Qualitates tactiles male affectæ.

Feruor immenſus.

ore patente frigidiuſculas auras auidiſſimè captare, ſi forte extingui poſſet incēdium, anxie compulſi ſunt. Qui ſi prorò perrexerit natiuo obliterato calore perfrigerationem inducit non modo extremorum, verumetiam corporis vniuerſi: cum ſudore frigido, cuius exemplum in Sileni hiſtoria apud Hipp. apparet, ea quidem principium â membris longiore interuallo à caloris fonte diſſitis capit, minutatim tamen à pedibus, manibuſque, porrò repit, donec cor pertingat, & ita quaſi ſibi mutuo ſuccedentiū ad mortem corporis particularum figuram prębet. Siccitas quoque & eius progenies aſperitas, durities, ariditas in cute, & ſubiacentibus carnibus, vſque ad oſſa penetrans, obſeruata fuit a Galeno, vt pellis arida, oſſibus fere contigua, abſumtis muſculis, ſuperiaceret: cutis & carnes ob ſiccitatem (hoc fortaſſis in peſtilente hectica) fiſſuras cōtraherent: quod ille annotat 1. Adm. Anat. 2. hiſce verbis. Nam multorum partes, cute, nonnullorum carne etiam detectæ fuerunt, cum fœda quædam lues carbunculorum, in pleráſque Aſiæ ciuitates vulgariter ingruiſſet:

Cutis aſperitas.

Macies extrema corporis in quibuſdam peſtilentibus.

gruiſſet:niſi ad vlcera exedentia potius hæc verba quiſpiam referenda cenſuerit. Hic circa mortem & vultus Hippocrati 1. Progn. delineatus ſi vſpiam alibi conſpicitur.

Triſte ſupercilium: furioſus vultus & acer *Facies Hippocratica.*
Compreſſæ nares, naſi primoris acumen
Tenue, cauati oculi, caua tempora frigida pellis *(meabat.*
Duraq; in ore iacens: rectum frons tenta

Hæc Symptomatũ, quæ peſtilentes, ceu pediſſequæ comitantur febres, eſt congeries: hic malorum quibus remis veliſque ad mortem tendimus eſt Oceanus: hæc peruerſiſſimorum accidẽtium ceu fæcundiſſimæ matris numeroſa, non minus quam exitioſa, ſoboles. Quæ cum tam varia diuerſorumq; ſint generum, non ſolum admirationem, ſed etiam dubitationem parere poſſint, an vni febri peſtilenti tanta, tamque inter ſe diſcrepãtia & diſſona inter ſe conuenire poſſint: facile etiam quis dixerit ceu in aceruum huc indigeſtè omnes morbos hominum genus affligentes congeſtos eſſe. Eam vero ambiguitatem ex animo omnem eximet, qui præter probatiſſimorum aucto- *An recitata ſymptomata quoſuis peſte correptos omnia fatigẽt*

rum suo quoq; loco prolata testimonia, in considerationem adhibuerit, discrimi

Responsio. na temperamentorū, ætatum, vitæ, conditionum, sexus, peculiarium consuetudinum: potissimum tamen infinitam in victu, & exercitiis, à diuersis orbis populis, obseruatam varietatem perpenderit, quam & in accidentibus insignem discrepantiam parere consentaneum est.

Ratione dispositionis corporis etiam accidentia variāt. Diuersis enim causis, par est diuersos prodire affectus, & cum non simplex vnaq; sit pestis causa, à vero minime dissonat, dissimilia, imo & ἐπιρογένεα prodire accidentia. Et licet vnum fuerit agens sibiq; consentiens in omnibus, pro ratione tamen subiectæ materiæ & aliorum quæ concurrunt ad actionem, interdum illius actio permutatur. Lucem huic rei vnico exemplo dabimus.

Exemplo probatur tumorum pestilentium. Tumores in corpore protuberantes, & vlcera, quantam subiere varietatem. Carbunculi frequentiores, inguinum, alarum, aurium tumores, tubercula per cutim, phlyctænę, pustulæ ὑδατίδες, exanthemata, phlegmones, erisypelata, phagædenæ, herpetes, gangrænæ, sphaceli &c. Horum culpam vt par est, si in errores circa victum commissos, pro-

priaque

priaque temperamenta quibus humorũ congeries accepta refertur, conferamus. Equidem quibus acria veluti cæpe, nasturcium, allia, porra, bryoniæ radix, sinapi, raphanus etiam vsui cõmuni erant, æquum fuit erisypelate infestari si conspirarit temperamentum calidius & siccius: ob bilis copiam, febres exortæ in eiusmodi corporibus ardentium, vel tertianarum continuarũ typum retulerunt. Si victu vsi fuissent frigidiore, qui lacunã pituitæ congregasset, quotidianæ continuæ, potius, vt in lue Hungarica, ideam repræsentasset: Et si vlcera emersissent in abscessus tumores desinentes, sordidi tabo, & fæda sanie fluentes conspicerentur. Sanguinis abundantiam & nimium calorem comitantur carbũculi, stigmata rubra in cute efflorescentia quæ petechias Itali dicunt: illæ si fusco, vel atro colore præditæ fuerint, melancholicum & adustum sanguinem arguent. Crassum, feculentum putremque sanguinem vlcera Telephia, Chyronia, gãgrænosa & cadaueratę partes arguent. Quod de vlceribus traditum hic exẽpli gratia fuit, traduci ad quæuis symptomata & quosuis

Dieta humorum diuersorum generatrix.

Frigidus victus tumores frigidos producit.

Sanguinis soboles.

Atrabiliarii tumores.

morbos poterit, cum hæc æquè vt illa ad quatuor humorum exuperantiam aut eorundem secundum qualitates a statu naturali transitiones reducuntur. Quapropter sciendũ non semper vnum seruare modum, neque eandem perpetuo esse febris pestilentis normam, cum non omnia commemorata accidentia cumulatim semper appareant: sed pro diuersitate causarum efficiẽtium, temperamentorum & humorum in corpore dominãtium nunc hæc modo illa conspiciuntur, & si vnum abfuerit vel plura non ex eo colligendum febrem pestilentem non esse, cum ex iis aliqua sint verè, perpetuo comitantia, quæ etiam signorum pathognomicorum vicem subeunt: alij interdum licet rarius prodeant. Locus hic, eo quod de vlceribus in peste prorumpentibus sermo habetur, exposcit, ne Amyclæo silentio prætereamus quorundam opinionem, qui argumentis non admodum efficacibus magnique momenti adducti, docent diuersam esse pestem, quæ modo grassatur, ab ea quæ priscis seculis Hippocratis Galeniq; tempestate sæuiit. Quos inter ad stuporem vsque demiror,

Non eadem febris pestilentis norma.

Neque symptomata omnia vel eadem semper apparent.

Cum vlcera non appareãt pestis nostra differens videtur à peste veterum.

Iohannes Argenterius folio 477.

præstantissimum virum deque vniuersa Asclepiadarum familia si quisquam alius nostro seculo optime meritum, in commentationibus quas non ita pridem in Galeni artem medicinalē celeberrimas lucem videre concessit idem asserere ausum. Ait enim, veras pestes, pari facilitate inuadere eos qui bonos habent humores, & alios qui malos, & iuuenes vt senes. Quod si concesserimus nullo superstite vniuersum hominum genus interire, pestemq; tum verè depopulatricem exhaurire ciuibus vrbes dicēdum, si absque discrimine tam bonis succis præditos quam prauis onustos multat. Cui rei tam ratio quam experientia refragatur. Iuuenes ob sanguinis copiam, vel eiusdē feruorem, aut caloris acrimoniam magis expositi sunt extrinsecus aduentanti putrido calori: silicernia vero, & anus rugosæ, ob copiam pituitæ excrementitiæ tum ob inopiā caloris, absumptionemq; humidi primigenij, & sicciores euadunt eaque ratione ambabus qualitatibus ad putredinem non tantisper procliues vt iuuenes. Fieri potest etiam iuuenes, ob victus intemperantiam illi ætati peruul-

Non omnes æquè pestis mulctat.

Iuuenes senibus citius inficiuntur.

gatam, prauos ſuccos colligere, & ſi exacte omnia circa diętam atque exercitia obſeruarint, in ſpiritibus poteſt ephemera peſtilens creari, quę primis diebus hominem iugulare poterit, nulla adhuc humoribus noxa inflicta. Et quod addit. Sępè animaduerſum eſſe, tutiores ab hoc contagio fuiſſe, qui malo corporis habitu pręditi erant; ſanguineos vero & temperatos inter omnes periiſſe: Neque id adeo vrget. Cum enim cachexia ſit gradus ad hydropem, an vnquam viſi ſunt hydropici febre, & quidem ardente, aut maligna corripi? Certe vter aquę, licet in abdomine & habitu colligatur, putreſcere eum quidē refragari minimè poſſum, atqui non ea putredine, qualis ad accenſionē febris requiritur, quia aquoſa collectio extra venas, in abdomine, vel vacuis carnium ſpaciis, cumulata eſt. Extinguit itaque aquæ copia, ſcintillam ignis, quę fomes febris eſſe debuerat. De ſanguineis qui vt ante dictum fuit, tam calore, quam copioſa humiditate, præcipites ſunt ad putredinem conciliandam non mirum: ſecus de temperatis, qui ſua quadam harmonią æquali, vt rupes immota,

Cacochymi ſecuriores cenſentur.

Hydropici à febre ardente immunes.

Sanguinei peſti obnoxii.

mota ventorum ac fluctuum minas insultusque contemnit, ex æquo omnes corporis exequuntur operationes & ex æquo omnibus resistunt causis morbificis: ea propter nescio quo iure ea ipsis ademta prærogatiua, promtius incurrere tēperatos, quam cacochymos in pestem dicemus. Deinde adiicit pestem non accidere ob qualitates manifestas sed ob formam quādam nobis occultam, quam Galenus vocare solet totam rei substantiam illosque merito à peste facilius corrumpi qui analogiam habent, cum ea forma maligna: hinc fieri aliquando hoc genus contagij solum homines inuadere: aliquando solas pecudes, aliquando alias species animalis, aliis intactis quę aptæ non sunt ad eam formam recipiendam. Nonne pro forma occulta putredinem, eamq; non vulgarem, sed quę gradu eleuatior maligniorque (cum inter qualitates detur intensio & remissio) esset, satius erat ponere, & ita aliquid potius quàm nihil nominare? In quo constituemus illam analogicā proportionem aut similitudinem quę formæ malignę est cum indiuiduo aut specie? Equidem

Temperati nō facile impinguntur.

Pestes animalibus peculiares.

Forma maligna nihil exprimit.

Similitudo & analogia in qualitatibus.

in qualitate & quantitate: At ex illis earumq; mixtura prodit temperamentum, in quo aliquando vnam ſingulariter, aut duas ſimul dominari neceſſum eſt qualitates, cuius merito temperamentorum metimur ſimilitudines aut diſſimilitudines. Vbi enim contagij origo in calido, refrigerantibus: ſi ab humido ſuccenſis ſyluis aërem purgare, contrariorum retuſa ſuis contrariis violentia, cõſueuimus. Et cum ſubſtantiæ per accidentia prodãtur, quid attinet artifici ſenſato, penitius ſubſtantias rimari, cum morbi in intemperie, ametria, & diuiſione continui omnes verſentur, eorumque remedia qualitatibus primis dotata, ſuos effectus in eorundem propulſatione producant. Et ſi quid datur tota ſubſtantia, non morbi, verum cauſæ rationem ſubibit, quæ & illa morbos in intemperie, ametria, vel diuiſione pariet. Peculiarẽ vero peſtem pecudibus quam hominibus, aut alteri animantium generi ſtatuere, ob analogiam, quæ formis, aut ſpeciebus, inter ſeſe eſt, nullo fundamento ſtabili nixus, aſtruere nequeo. Si contagium aëri primum fuerit inflictum, aut eius origo illinc

Oſtendit curatio.

Cauſa non morbus à ſubſtantia.

Alia cauſa brutorum peſtis quam aſsi gnatur.

linc dependeat, ait Princeps aues & volucres in aëre degentes, cateruatim decidere exanimes, vnde etiam inter homines propagatur: si ab aquis vel terra, sues, oues, & reliqua quæ prona pascuntur prius infestari, demum etiam hominibus luem communicari. Augurium minime fallax etiam idiotæ ex eo habent immunes minimè futuros se à peste, vbi viderint armenta aut pecudes hoc vitio extingui, vel quia carnes earundem laniones scelerati, æque vt mactatarum diuendunt, quod in bene cōstitutis Rebuspub. seueris legibus, grauiq; denunctiata pœna cautū esse, & viris ei muneri integerrimis præfectis, summa cum diligentia obseruari nouimus: aut quia quæ in vsum humanum veniunt bruta, plerunq; domestica in corte aluntur, vnde contagio expeditus est ab vno animali in aliud transitus, absque eo quod totidem ob analogiam cogamur statuere pestes, quot animantium in orbe reperiuntur differentes species. Præterea inquit. Si ab humorum qualitate & quantitate dependeret hoc vitium, omnia vtique animalia in quibus idem esset excessus, aut similes

Augurium plebis de peste.

Domestica animalia facile hominibus cōmunicant virus.

Dißimilimi temperamenti animalia & eiusdem speciei indiuidua.

qualitates inuaderet. Demus hoc illi si in medium adduxerit, duo solum animalia eiusdem temperamẽti & humorum excessus. Cur homo temperantissimus, respectu cuius omnia metimur reliquorum animantium temperamenta, eaque omnia intemperata, si ad hominem conferantur, dicimus: & inter sese collatione habita, nullũ est toto sublunari mundo, animalculum cui non proprium assignemus temperamentum, dissimile, ab alio. Vtque eam dissimilitudinem in plantis, quæ ad vsum humanum potissimum veniunt, exprimerent, post Dioscoridem Galenus primum, secundum, tertium & quartum gradum commentatus est: postmodum posteriores & easdem subdiuidẽdo principium, medium, finemque primi, secundi, tertij, quartique graduum constituerunt. Quemadmodum igitur vix in humano, plantarumq; genere duos reperias iisdem moribus, & temperamento, ita non crediderim, in residuo animantium genere, duas produci posse, sibi temperamento & humorum proportione respondentes animantes; adeo vt superuacaneum putem

Gradus temperamẽtorum in plantis.

Duos homines eiusdem temperamenti diffi-cile inuenias.

tem inferre, communem omnibus animalibus pestem fore, si ab humoribus, vel qualitate dependeret, cum nulla inter sese animalibus vel exigua admodum nisi quod animata sunt, & dicuntur, perspiciatur affinitas, cuius merito omnibus in luem pestiferam incurrendum esset. Quod autem postremum asserit, nullius momenti esse contra nostras pestes, si præceptum Galeni de exiccatione & expurgatione noxiorum humorum, si immunes esse volumus, imitemur, examini accuratiori subiiciendum. Cum non (inquit) pendeant ab abundantia humorum, neque cacochymia, eo quod nunc vlcera putrida quæ integras partes à se inuicem decidere ex putredine faciebant, vt olim tempore Hippocratis & Galeni fiebat, non conspiciantur, sed bubones soli excitentur. Et quod bolus Armena illis siccando conducens, nihil præsidii nobis afferat, vt neque alia siccantia, sed solis antidotis contra eundum. Inuertit sane, pace viri quem aliâs vt numen colo, totam curandi priscam & nunc obseruatam methodum. Nonne

Exiccationem in peste superfluam censet Argenterius.

Bolus quoque nihil prodest.

plærique

Pestis compendiosa curatio. plerique protinus vbi correptum quem senserint, clysma abluens intestina & primas venas iniiciunt, postmodum venę sectionem adhibent, tum demum ad antidotos conuertuntur, purgaturi quoque nisi exagitatio humorum plus periculi crearet. Et hæc penè intra diei naturalis spacium? Nonne illa, si quid in ductibus *Antidotorum vires.* maioribus & venis redundans fuerit, prius auferunt: antidoti demum venenatæ putredini aduersando, etiam vnâ exiccant & corroborant? Ad quid coralli, margaritæ, cornu monocerotis & ceruinum, lapides pretiosi, quorsum, succi *Pestilentiæ remedia exiccāt omnia.* acidi citri, granatorum, limonum, acetosæ conducunt, nisi vt exiccent & cohibeant ne latius serpat putredinem? Herbæ bistorta, tormentilla, fraxinella, carduus benedictus, Ruta, scordium, gētia- *Plantæ manifestis agunt qualitatibus.* na, & alia infinita, nonne qualitatibus manifestis cōducunt? aut quisnam illis pręter patentes, occultas assignabit qualitates? Extremum, dari ne potest tota the- *Theriacam constituētia nihil occulti habent.* riacalis antidoti cōpositione, vllum simplex medicamentum, quod non conspicuis dotetur qualitatibus? Quod si verum, quo pacto è compositione & mixtu

ra

ra prodibit forma qualitatũ expers, cum ſapor odorque iudices ſint exactiſſimi, in dimetiendo cuiuſlibet mixti corporis temperamento. Si nullus eſſet ſphragitidis Lemniæ vſus, expungendam cenſerem è theriaces compoſitione, ceu ignauam, quæ ſi non eadem tamen bolo vſq; adeo eſt affinis, vt nihil magis. Atqui per ſe, & alijs permixtam, tam felici ſucceſſu exhiberi quotidie cernimus, vt ſi mihi optio eſſet dãda, mallem lapidem Bezahart, qui Turcicis commerciis ſatraparum nunc muneribus frequentior apud nos eſſe cæpit, excludere quã terras medicamentoſas è peſtilentium antidotorum catalogo extorres reddere. Quod de vlceribus inquit putridis nos quoque ex Galeno gangrænoſa etiam ſiderata retulimus maiorem habet conſiderationem. Anthraces conſpicuos bubonum, alarum & adenum inflammationes ſi abſceſſum pariant, magna ſanè difficultate, & non niſi longo poſt tempore curari, & nunc videmus. Si vero latuerint, certiſſimam mortem afferre minimè dubium. At non videmus vt Thucydides refert membrorũ abſciſſione ſola aut exectione à

Terræ Lemniæ vſus.

Bezoar lapis.

Vlcera morbis non adeo frequentia.

ne à morte infectos ſeſe vindicaſſe. Fidem derogandam non putarim hiſtoricis illius temporis: neque tamen huic ſoli ſymptomati intentis, genere diuerſam peſtem illam fuiſſe incoſulto determinandum.

Vehementiores & mitiores fiunt morbi ratione indiuiduorum.

Morbos eoſdem in diuerſis indiuiduis, vehementiores & mitiores eſſe obſeruamus: eoſdem permutari ob ægri impatientiam & inobedientiam in deterius e ſalubribus pernicioſos reddi, oculis conſpicimus. Integra fide ſupra recenſuimus lue Hungarica ſideratis plurimis pedes amputatos, quorum nullus equidem euaſit, vel quia doloribus prope confecti, ad extremum hoc auxilij genus poſt feſtum, vt aïunt, coacti deducerentur, vel ob chirurgorum ſectionem adminiſtrantium imperitiam infauſtæ fuêre truncationes. Hæc dum

Carbunculis vicina carnes putres deſiderant.

ſcriberem conſului etiam ſeniores medicos, qui rerum vſu & experientia pollent, qui ſibi viſos carbunculos peſtilentes ſæpe, quibus vicinæ partes fruſtatim decidiſſent, aſſeuerarunt. Quid ſi ab exemplo argumentari liceat, morbum Gallicum atrocem ſæuumque primis initiis fuiſſe legimus, vt antequam cla-

rius

rius innoteſceret & remedium peculiare nauibus ex America adueheretur, nares, digitos, teſtes, aures, brachia, emungendo, vellicando, pondera quamuis exigua eleuando protinus auulſa decidiſſe, aut ſerpendo exeſa computruiſſe. Clementiſſimum modo id mali genus eſſe omnes vno ore fatentur quod vix præter pilos corporis aufert, aut cuti vlcera non adeo immorigera infligit: gonorrhæa fere accidentium quæ affert atrociſſima, quæ & ipſa tamen leui negocio curationem recipit. Pari ratione, peſtis, licet nunc vt olim inſignem mortalium ſtragem ædat, forte non tam horrendis ſymptomatis nunc affligit, vt olim conſueuerat. Aut rudiore ſeculo plebs ignara remediorum, quibus primo occurſu refrænanda fuerat peſtis petulantia, altiores figere radices maiore etiam quam nunc medicorum penuria, permiſit: cum nũc vilis cultor agelli, ad theriacam prima fronte ſibi cõfugiendum, norit. Aut corpora nunc dicemus tam ſordido cultu, eo intẽperantię progreſſa, vel fato quodã in peius ruiſſe, vt anima, ſuæ baſi, tam diu tãq; firmi

Lues Gallica mitior nunc quam olim.

Peſti nunc non tam horrenda viſui accidentia eueniunt.

Peſtilentia remedia omnibus nota.

firmiter inniti nequeat, quoad materia ad cutim expulſa, abſceſſus parere potue rit. qui aucta putredine mēbra à ſe diuulſa, tabo, ſaniéque corroſa oſſibus abſcedere, integráque decidere fecerit, ſed prius domicilio relicto, ad proprias euolarit ſedes. Coniecturas haſce meas demonſtrationum loco haberi nolo, neq; tamen tantæ auctoritatis apud me eſſe vnicum quod de putridis vlceribus affer tur argumentum fateor, vt diuerſam, ab ea quæ nunc eſt peſtem olim fuiſſe mihi perſuadeam. Quod in tertio ſymptomatum genere aperiēdum mihi reſeruaui, vbi potiſſimum de vlceribus qualitates affectusq; corporis permutātibus ſermo habetur, ne quis alieno loco hæc inſerta, commodiore ſupra, vbi diſputationibus impenſæ fuerunt aliquot pagellę tractari debuiſſe arbitretur. Series & contextus poſtulat vt ad ſigna tranſeamus.

Magna noſtri ſeculi intemperantia.

Signa febris peſtilentis ex geminis eruta fontibus.

CAP. VII.

AD certa capita ceu claſſes quaſdam redactis omnibus peſtilentibus accidentibus, ordo negocij ad pertractādum

ſuſce

ſuſcepti,& ſeries, efflagitare videntur, vt ad potiorem operis partem, curatricem videlicet,velis contractis,tempeſtiuè,appelleremus. Facturi hercle hoc ipſum niſi quæ in cognitionem eſſentiæ rei nos deducere debent, quæque ad præſentis ſtatus diiudicationem , fauſti exitus futuri, vel infeſti euentus prædictionem, ſpectant,præfationis loco ea præmittenda prius forent, quibus deſideratis, fruſtraneus erit,quem curationi, aut cautelæ impendemus labor. Eo nomine compræhenduntur ſigna, quæ infallibilibus indiciis, ad exacte perdiſcendam morbi naturam,nos manu ducunt,qua penitiore inueſtigatione rimata, & probè illius eſſentia comperta, ſcopos & curatrices indicationes, illinc extruere, eiſque firmiter inſiſtendo, appoſitis adhibitis remediis, proſperum morbi euentum, nobis polliceri, viribus incolumibus audemus. Tanta autem inter ſymptomata & ſigna intercedit affinitas,vt propinquitate ſimilitudineque decepti, multi ſuperuacaneum duxerint ob crimen ταυτολογίας, quæ in ſymptomatum catalogo receſita fuerunt,hic denuo repetere,& ſic κραμβὴν

Signorum necessaria pertractatio.

Cognatio inter symptomata & signa.

eandē toties decātare. Sane non tā realis, quàm rationalis, affertur distinctio, neq; reipsa adeo dissita sunt ambo, quin vtrobiq; eiusdem sint naturæ, respectu tamē diuerso, etiam diuersam rationē subeūt. Symptomata enim sunt, quatenus ex iis rimari cōsueuimus morbos, eorundem causas effectrices, siue intestinas, siue passim obuolantes: eaque ad certam suam originem vnde dependent, & cuius assec læ dicuntur, ceu ad propria domicilia referimus, vt causa è medio sublata, tam ægritudo, quam ipsius accidentia, exilio multentur perpetuo. Si vero eadem in cōsiderationem, alio prætextu adhibuerimus, nimirum tanquam indicia, quibus innotescere debeat nobis, salubri ne sit statu corpus, vel desciuerit ab æquali, ad intemperatum, aut inter vtrunq; hæreat: an in principio, incremento, vigore aut declinatione sit morbus inquirimus: palam facimus præsagia, num ad salutem vel præcipitium idem sit terminaturus: an denique per exclusionem materiæ peccantis, vel eiusdem decubitum, siue depositionē criticè cessaturus ex eis colligimus: tum quæ priore respe-

Distinctio rationalis non realis.

Symptomata cum inducant morbos signorum naturam induunt.

ctu symptomata dicebantur, diuersam subeunt denominationem, & non iam symptomata (cum non ad morbum ceu accidens ad suam substantiam referātur) sed signa mutuato nomine nuncupantur. De quorum certitudine, incertitudi- *Certitudo signorum vnde petenda.* neque tum demum firmi quid affirmare poterimus, vbi signorũ naturam præuestigauerimus, vim & efficaciam quas in demōstrando, & prædicendo habent, definitione distinctionibusque præmissis exploratas habuerimus, vt quantum fidei illis sit habendum, liquido constet, neque vana spe lactatos, inter curandum suspensos detineamus ægros. Signum à *Signi etymon.* signando dici volunt, quia rem aliquam denotat, hinc signum alicuius rei significatiuum dicitur. Ex ijs quædam sumun- *Signa vndè promuntur.* tur à natura signi eoque certiora & pro- 1 batiora habentur, quia teste Aristotele, quæ conficitur ex eis probatio, certa & absoluta est, vt cum è fumo ignem adesse *Signa certa.* se arguimus. Minus certa alia, quia non *Coniecturalia* vnam rem, nec perpetuo, neque certo ostendunt, eapropter coniecturalia dicuntur, & vix aliam in demonstrando efficaciam, nisi per plurium concur-

2 ſum habent. A natura rei ſignatæ etiam
A natura rei ſignata. deriuantur ſigna, cum dicimus aliqua ſignorum eſſe ſalubria, alia inſalubria & neutra, quia eiuſmodi ſtatꝰ, & diſpoſitiones in corpore exiſtere demõſtrant. Hæc diſtinctio, non eſt â propria ſigni natura petita, cum illi incolumis, aut praua diſpoſitio, minime competat, ſed a conſtitutione rei, quæ ſignificari debuit, in quan-
3 tũ, ea rectè valet, peſſimè habet, aut me-
Quæ eſſentiã conſequuntur. dio inter vtrunque loco cõſtituitur. Ab ijs porro quæ eſſentiam rei cõſequuntur deducimus ſigna, à tẽpore videlicet, cum aliqua, ſalubrem vel morboſam diſpoſitionem præſentem, indicẽt: eam ob rem demonſtratiua: aliqua, fuiſſe eaſdem, ceu iam præteritas, in memoriam reuòcent, ob id commemoratiua: eadem aliquando futura, non vano augurio portendant alia, quæ ea de cauſa Præſagientia perhibentur. Commemorantiũ exiguus fructus, cum nihil vel lene quippiã ad curationem auxilij conferant. Atqui ſub demonſtratiuis locum adipiſcuntur Pathognomica ſigna, certò certius, morbum præſentem ceu digito commonſtrantia, vt dolor pungens in latere, cum tuſſi,

Signa Demonſtratiua, Commemoratiua, Præſagientia.

Commemorãtium exiguus uſus.

παθογνωμονικὰ

tuſſi, & ſpiritus difficultate remota omni cõtrouerſia pleuritim denunctiant. Con currere & alia, eodem in affectu poſſunt, *Concurrentia* quæ tamen non neceſſario adſunt, ſed ſeiungi interdum ſepararique poſſunt, quę συνεδρεύοντα, eo quod principium morbi plærunque comitentur, dixere, vt æger in laterum inflammatione, circa initia interdum expectorat, cruenta, poſtmodum bilioſa, alias vero nihil horum. Dolor attingit quandoque iugulum, vicinasque clauiculas, alias vero ad hypochondria extenditur. Horum quemadmodum inſignis eſt, in affectuum digno *Prognoſtica* tione vſus, ita in euentus prędictione, no- *primas obtinent.* bilior præſagiorum vtilitas. Pernicioſo enim exiſtẽte morbo, eminus longe ante, ceu è ſpecula naufragium proſpiciũt, eoque cautos nos eſſe monent: & vel animaduerſis in lotio, ſputis, aluique excrementis & ſimilibus manifeſtis coctionis indiciis, ſalubrem ex robore virium præſenti, ominantur fore morbum ob id coctricia nuncupantur ſigna. Aut πεπτικά naturam pollẽtem euicta morbifica materia notabilem moliri expulſionem ex ſanguine naribus ſtillante ſi iudicatorio

κριτικὰ apparuerit die prædicunt, eoque Critica sunt nuncupata, quia ceu coram tribunali, lite discussa, natura triumphans, solenni pompa deturbat hostem. Ex aduerso deiectione virium insigni deprehensa nullis vspiam coctionis notis sese exerentibus, non leui discrimine, imo & pro foribus leti constitutum ægrum, nonnũquam indubitata portendunt fide. Plures autem loci traduntur à medicis, è quibus veluti fontibus eiusmodi deriuantur signa. Primum enim ab actione læsa, securissimum & prope demonstratiuum eliciunt argumentum, hoc pacto. Cum efficiens, necessario effectibus cohæreat suis: & facultates corpus nostrum tam gubernantes, quàm administrantes, in iugi indefessoque sint opere vtique ex actione inculpata, aut peruersa, etiã agentis integritas, vel læsio colligi certò poterit. Acutum qui cernit, & eminus colorum differentias agnoscit, corporum magnitudines exactius dimetitur, pollere in eo actionem sensificam, & quidem visilem, spiritibus prætérea visoriis perspicuis, abundare eum reipsa suadente, & veritate suffragium ferente, firmissime conclu

Fontes signorum apud medicos.

I *Ab actione læsa.*

Visus perspicax oculi integritatem arguit.

dimus. E contra, qui ne cominus quidem mole, quoque vasta corpora obiecta rectè intuetur, hallucinari ipsum, visiuam potentiam ignauam, hebetes, caliginosos, obtusosque spiritus opticos habere eodem comprobamus argumento: cum vniuersis corporis functionibus sit hoc commune, quod incolumitatem facultatum, ex actionibus earundem metiamur. Deducuntur quoque efficacissima ab essentiæ proprietate signa. Essentiam hoc loci ne cui ambiguitatem vox pariat non vocamus substantiam ipsam, seu primam rei constitutionem, ex materia & forma, ceu principiis, neque vt febris essentiam in calore ponimus: verũ totam σύστασιν, seu membri secundariam compositionem, quæ illi ex similaribus, & dissimilibus partibus obuenit, in prima conformatione. Alia nimirum est structura iecoris, alia pulmonis, renum, ventriculi, neruorum, membranarumque compages. Vnde si quispiam meiendo excreuerit minuta carunculorum frusta cognita renum substantia è vestigio eos laborare & quidem vlcere occupatos con iicimus, quia neque emulgentium ve-

2. fons Ab essentia proprietate.

Essentia quomodo accipienda.

Compositio siue structura.

Excretiones arguunt partis affectionẽ.

narum neque vrinariorum meatuum, neque corporis vesicæ, præterquam colli substãtia carnosa est: aliunde igitur quam è renibus, eorumque compage dissoluta massæ carneæ inter meiendum progredi non poterunt: Laminæ vero ceu filamenta oblonga furfuracea, vesicæ scabiem proponunt. Si quis crustaceum quid, testas astacorum repræsentans, tussi expectorauerit, bronchia pulmonum excludi, cognita pulmonis Systasi, facile coniectabit, cum aspera arteria, eo quod tota cartilaginea nullo tam salso acriue humore erodi possit, vt eius exiles, etiam num portiunculæ, screatu reiici; & quia glabra, vix humor illi adhærere potest, qui cõtactu suo exasperare, aut excoriare queat: sed delabuntur rheumata potius, in pulmones, qui cum rara, spongiosaque sint præditi substantia, facile à fluxionibus, è capite manantibus, exulcerantur. Huc etiam magnitudo refertur, quæ vt nonnulli docuere, peculiarem fontem minime suppeditat, quia essentiæ proprietas vix absque quantitate cõtinua, ea quidem magnitudine considerari spectariue potest. Exempli gratia.

Magnitudo proprium fontem non largitur.

Per

Per aluum si quis egesserit membranosum quid, ab intestinis derasum id extẽplo iudicaueris, necdum tamen constat, cum intestina, in gracilia & crassiora diuidãtur, à quibusnam ea prodierint. Litem dirimet substantiæ proprietas magnitudini coniuncta. E crassis nimirum carnosiores membranæ & maiores, è tenuibus exiguæ & membranam plus quam carnes referentes decerpuntur. *Membranosa aluo egesta.* Effectus ad causas reducendo, nec non e causis effectus eliciendo, vberrimum signorum habemus fontẽ, cum causarum aliæ sint præcedentes longe ante, è vestigio autem subsequantur ac morbum fouentes indissolubili nexu, illi cõiungantur aliæ: quemadmodum ex effectibus alij seiungi: sunt qui separari à morbo, minime possunt. Horum exempla paulo post in re quæ præ manibus est ædentur illustria. 3 *A causis & effectis.* *Causæ præcedentes & subsequentes inseparabiles.* Signis fontem largiuntur & adnascentia, quæ maiori ex parte naturam rei, cui adhærent, repræsentant, & quia sunt quasi substantiæ simulacra, & specimina iure ab illis signa deducuntur. 4 *Adnascentia* Callus interiacens ossi fracto continuationis auctor, denotat certissimo, os è fractura *Callus*

coaluiſſe. Atqui ſubſtantia calli, quam propinquè oſsi reſpondet, cum plus accedat ad oſsis quam carnis naturam, licet non prorſus oſsis duritiem æquet, nodus tamen intercapedinem explere videtur. Non perperã itaque iudicaris, callo conſpecto, os confractum fuiſſe. Spongiolas 1. de locis affectis Galenus fungos vocat, quia ſunt laxa, ceu è ſpuma, cõcreta corpora, mẽbranis cerebrum amicientibus adhęrentia. Hæ læſarũ meningũ minime fallacia ſunt indicia, quæ cũ e vulnere diſſectę, aut contuſione, compreſſę fuerint, alimentum illis affluens ob debilitatem iam introductam, exacte conficere nequeũt. Sanguinis itaq; reſidua portio cõcreſcit ceu coagulum, à mẽbranę frigiditate, & ſimulacrũ, fungorũ pluuio cælo, terra erumpentium præbet: vnde deducimur in cognitionẽ violatarum membranarum Cerebri. Sic & ab exeũtibus. Si ſubſultans floriduſque ſanguis vulnere exiliat, arteriam diſſectam, quia in ea eiuſmodi ſanguis continetur: ſi ater is, & craſsior, leuiorq; impetu proruperit, venam pertuſam denunctiabimus. Calculum, e renibus vel veſica, prodiiſſe aſſerimus,

Fungi membrana cerebri læſa.

Generatio fungorum in vulnere membranarum cerebri

Fons ab exeuntibus.

mus,licet in iecore,inteſtinis, & pericordio, cadaueribus diſſectis, reperti dicantur. Grando tuſſi reiectus, pectoris caliditatem arguit, quæ pituitam defluentem torruit, & eo duritiei coëgit. A pro- 6
priis accidentibus quoque depromuntur ſigna. *A propriis accidentibus.* Rigor præter ſpem vel potius opinionem, euenies qui ἄλογος dicitur Græcis, quaſi dicas, abſque ſufficiente, manifeſtaue cauſa, inflammationis in ſuppurationem paulo poſt conuertendæ, habetur nota. Secus in febrium rigoribus euenit, quorum cauſæ in propatulo ſunt, ob caloris reuocationem, ad penitiora, vel acris per ſenſiles partes materiæ diſperſionem. Peculiaria accidentia habentur, tabi deploratæ, vngues liuidi, incuruati, Græcis γαμψώνυχες vt rapacium volucrum, quę & ſigni vim 7
induunt. Demum à ſpecie & poſitu doloris ſigna hauriuntur. *Fons à ſpecie & poſitu doloris.* Pulſatorius dolor proprius inflammationi: pungens inflammatæ membranæ index: grauis, obtuſus, materiæ redundantiam commonſtrat. Qui inquam dolor ſi latere dextro circa hypochōdria fuerit potius in iocinore, quam liene malum conſtitutum,

tum, portendit. Ita & de reliquis, quæ lon-
8 gius enumerare non est nostri instituti, si
Passim vagantia Archigenis fons. cut neque Archigeni attributos, de passim vagantibus tum à iuuantibus, & lædẽtibus, ceu passim cuiuis obuios fontes
9 *Iuuantia & lædentia.* cum vel hic vix cauillum effugere potemus, quod aliena & quibus hic locus non erat, inseruerimus, ceu speciosam fimbriam, paludamento minime splendido assuentes. Æquiorem tamen se præbebit censorem, qui pone subsequentia percurrẽdo, qua ratione tot tamque varia signa à suis quæque deducta fontibus curiosius peruestigarit, & quantum intersit rude indigestumq; signorũ chaos vt plærique solent, ceu per aceruos congerere, & eadem ad proprios fontes ceu riuulos emanantes, methodicè reducere attentiore consideratione perpenderit: tum quia in contextu, crebro signorum fontes, repetuntur, antequam eo lector deuolueretur, generalem de iis tractationem suscipere non alienum prorsus fore arbitrati sumus, vt certa cuique mansio & domicilium signo quorsum referri debeat, tribui possit.

Signa

Signa pestis demonstratiua.

CAP. VIII.

ENumeratis fontibus, sciendum etiã quibus instrumentis vsi ad proprios quæuis signa deducere debeamus fontes. Pars enim eorum primo statim occursu sensui obiiciuntur: pars, non nisi deinceps sedula inuestigione, rationisq; discursu vænanda est. Eamque ob rem indiciorum, quibus in cognitionem febris pestilentis deueniendum nobis est sensus adminiculo, nonnulla palam fiũt, mentis beneficio eruenda, eque profundis latebris in lucem reuocanda necessario sunt reliqua. Peruia sensui, conspicuaque sunt quæ ab essentia (eam supra duplici significato exposuimus) ab exeũtibus, passim vagantibus, & accidentibus propriis sumuntur: quæ vero a specie & positu doloris, qui ex relatione valetudinarij, à functionibus læsis, à causis & effectis, à iuuantibus & lædentibus, decerpũtur ex iis quædam, licet aliquatenus sensibus incurrere videantur, penitius tamen latent fomites intrinseci, neque prima fronte sub obtutum prosiliũt, verum rationis accuratiorem postulant examinationem.

Signorũ alia sensu percipiuntur, alia rationis ope deprehẽduntur.

Sensus quos fontes suscipiat.

Rationis ope inuestigantur cæteri.

Causæ ratiocinatione inquiruntur.

nationem. Quemadmodum & quę causarum inuestigationi sunt dedicata, longa causarum serie deducenda sunt signa, antequam plane innotescant. Verbi gratia. Pestis causa aër, eiusque corruptio substantialis ponitur, quæ ab astris, anni constitutionibus variantibus, contagio, aquarum exundationibus, insectorum, putridorumque vermium caterua dependet: à quibus sigillatim petuntur signa efficaciora, & minus valida, si pestem prædicere, eamque tutis partis recessibus, antequam rerum potita fuerit, vitare conabimur, non minus, ac si præsentem iam adesse comperti, curandam aggrederemur. Sunt itaque peculiaria morbo signa, nec non causæ morbum parienti, quæ in sequentibus lucidius explicabuntur. Calor qui essentiam, & aliarum, & pestilentium febrium constituere creditur, sub sensum tactus cadit. Pro subiectæ vero materiæ diuersitate, ratiocinationis fulcro, illius differētiæ enucleandæ, quæ & ipsæ tamen, sensu iudice, tāquam de proprio obiecto, quam certissime iudicante determinantur. Exemplum clarioris doctrinæ

Exemplo illustratur.

Signa morbi & causæ morbi sunt peculiaria.

ctrinæ gratia capiendum ab igne artificiali, qui materiam poſcit inflammari aptam, & conuenientem. Ea non vniformis, interdum copioſo ſcatet humido aqueo, vt ligna recens ſecta: arido, ſicca cætera, eo quod iam pridem amputata, ſole & aëris vi ambientis, mador ille nimius abſumtus. Humidũ aqueum copioſum flammam extinguit: ſiccum facilius eam concipit, præſertim ſi pingue quid acceſſerit, & fomitem competentiorem illi exhibet. Illic crepitatione ſinduntur cortices, aquam exudant, fumum obſcurum, vaporem vdum procreant: hic flamma pellucida, vrgentior ignis vis, quam celerrimè pauco fumo, eoque mordaciore, depaſcitur totum quod alimoniæ loco illi ſubſtratum fuerat. Si recens detruncata, & olim reciſa ligna ſimul rogo iniecta, fuerint, pro alterutrius mole, & quem locum occupauerit, etiam patebit differentia, cum hæc illico correptura ſint incendium, & prius in cineres cõuertentur, quã illa exorpto vicini ignis caliditate redundante humore, idonea poſtmodum ſuccenſioni redduntur. Et hoc pacto miſtum quid euadet,

Aliud exemplum ab igne.

Ignis materia humida & ſicca diuerſitatem flammæ parit.

det, cum fieri poſſit vt diuerſæ flammæ eodem tempore diuerſis, eadem pyra locis, conſpiciantur, quæ & fumos diſsimiles, diſcrepantes, vel ex ambobus compoſitos, hic acriores, illic vaporoſiores æredituri ſunt. Comparatur ignis iſte calido animantium natiuo. Hic vt ille alimoniam flagitat, qui ſi intra naturæ ſe coërcuerit limites, ſuppetit illi quotidie pabũlum: ſi ſeipſo & quam par ſit ardentior factus fuerit, plus alimoniæ ſurrogandum eſt, quæ & ipſa diſpar. Æquũ igitur, tam increſcentis caloris, quam ſubiectæ materiæ ratione, ex officina emanare alios atque alios vapores, qui referunt, & nobis repræſentant conſtitutionem rei, vnde promanarunt. Neque abs re iubet Galenus, in diſcrimine febrium cognoſcendo, medicum torrido ægri pectori manũ adhibere, atq; ita periculum facere, qualis nam ſit, num bene, vel male morata febris. Calor protinus hoc indicabit, qui blandus, mitis, acris, mordax, vaporoſus, ſiccus, fuliginoſus, aut cum attigit per putredinem caliditatis gradum, vt vltra cõcedere nequeat. Synochæ tam ſimplices, quam putres, quia ſanguini inhærent,

Calor ceu ignis artificialis confertur calori animantium.

Febris tactu cognoſcenda.

Febrilium calorum differentiæ.

Calor Synochæ blandus & vaporoſus

rent, licet multum incalescant eq tamen caliditatis resistente materia benigna, & humida attingere nequeunt, vt acerrimas exuscitent fuligines: verum ceu ex elixatione quadam humidiores & benignos ædunt vapores, qui manum tangentis minime subterfugiunt, sed leui in corporis superficie sese ostentantes madore (quod Germani concinne *dunsten* vocant) adeo vt neque ægrum latere possint, conspicuæ fiunt. Impedit enim sanguis, vt in lignis humor aqueus, quo minus, tam subitum in corpore exardescat incendium. Secus in febribus, à bile flaua originem trahētibus, cuiusmodi sunt tertianæ tam continuæ quam intermittentes, euenit. Vt enim illic materia obstaculo est, hic suggesto fomite magis competente, laxis habenis grassatur ac in stipula ignis: & quod prodit è minæra fumum redolet siccum, acrem, qui non vt vapor manui aliquantisper gratus existit, sed etiam cutim ægri; & appositam indicis manum, ceu aculeorum congesto aceruo, pungit, & extimulat, intuitumque abscedere cogit. Atra bile & pituita constantes vti tardius mouentur; diu-

Calor febris ardentis.

Calor febrium ab atra bile & pituita.

 tius

tius perdurant, non tam facile flammam concipiunt: at vbi concaluerint vidētur eam diutius alere, mediasque inter vapores, & fuligines acres parere exhalationes, attamen pauciores, in pituita, ob humiditati frigiditatem, in Melancholia vero ſiccitatem frigiditati coniunctam. Quemadmodum & diuerſi humores, diuerſis locis in corpore congeſti, ſibi quoque ſimilem fumum ædunt: videre eſt in epialis & lipiriis, vbi calor & frigus mutuo ſibi ſuccedere dicuntur, altero poſt alium concalefacto humore, vel vno hac, altero alia regione corporis, putreſcente, vt eodem tempore, eadem parte, ſimul calor & frigus percipiantur: aut interiora vrantur, externa algeant, pro diuerſitate materiæ putreſcentis, loci, & pùtredinis inchoantis vel in vigore exiſtentis. Nuſquam tamen contingit, quin admota pectori ægroti manu, febrilis calor ſi diutius fuerit adhibita, poſt modum euincatur. Vel duplicato calore noſtro natiuo, acceſſione illius ad ſe quaſi trahente alienum: vel ceu hoſtem introrſum à ſe repellente: aut cute rarefacta à benigno calore, exhalando, loco ceſſit

Calor Epialarum & lipiriarum.

Manus diu pectori apposita quemuis calorem febrilem ſuperat.

Ratio.

cessit aduena, vel more flammæ ad potiorem sui generis partem confugiente; Quocunque horum modorum hoc euenerit, certo certius hoc asserimus, præter pestilentes, quasuis recensueris febres, calorem in iis, nec tam intensum neque tam mordacem esse, quominus tangenti cedat. Solæ peculiare hoc sibi vendicant illæ, quod quantumuis diu insistas tangendo, tanto ille cumulatior, ceu in cuneum redactus, vires acquirit maiores, neque vllo pacto, superari potest, verum palma erepta, tangentem manus retrahere cogit. Facile primo appulsu calor modum excedens deprehenditur: subsistendum autẽ & perseuerandum, tum si euictus fuerit tangentis calor, victoria ea certissimum præbebit putredinis malignæ & adurentis indicium, vel testimonio Galeni, qui normam huius febris descripturus inquit. In pestilente quo longius manus tangendo insistit, eo pertinacior redditur, mordacior, intensiorque percipitur calor, nec quicquam de sua remittit acrimonia. Huic ceu primario signo potiorem indubitatamque adhibeamus fidem & auctorita-

Pestilenti manus diutius adhibita auget calorem.

Calor pestilentium Galeni descriptus.

te Galenica persuasi, innumeris propemodum locis asserentis, in exquisita febrium dignotione, longe plus tribuendum certitudinis, quę à caloris diuersitate deducuntur signis, quam circuitibus periodicis, vel vllis aliis. Illæ siquidem ab essentia rei prodeunt: hę ab iis quæ essentiam consequuntur, ea propter, creberrimè, ex materiæ affluentia, vel eiusdem penuria, modo anticipant, modo postponũt, non raro in sese mutuo transeunt, vnde parum aut nihil certitudinis hauriri potest. Nam hoc signum in pestilente hectica appareat cum pariter toto corpore æqualis dicatur calor, ille vero pectori modo admouẽdam censeat manum inquies? Et cum vix ab ægro persentiatur calor in habitum conuersus, quo pacto tangentis alterabit manum? Prudentia adstipulatur medico, in signis perpendendis, qua in consilium adhibita, simplicis hecticę afferat signa, arteria nimirũ, circumiectis corporibus calidior, à pastu incalefactio: raro hectica est absque putris commercio, hic non simplicis, sed pestilentis. Ergo miscella signorum instituta verisimile est, hoc quoque affutu

Circuitus in febribus fallaces.

Calor contumax an in pestilente quoque hectica.

Prudens Medicus.

Simplicis hecticæ signa.

affuturum ſignum, non modo iuxta pectus, ſed vniuerſum corpus, illic tamen ob cordis domicilium, vis caloris, ardentior percipietur. Accurata igitur habenda eſt gradus, & qualitatis caloris febrilis conſideratio, quę non dubiam nobis de prehendendę febris peſtilentis certitudinem afferet. Conſpicuus eſt præterea vnicuique languor extremus, vires prima ſtatim fronte, in ſummum imbecillitatis apicem redactæ, nulla prægreſſa euidente cauſa, quæ virium tam irrecuperabilem ſtragem ædere, humano vero corpori vulnus immedicabile infligere potuiſſet. Secus aliis febribus accidere, vbi non tam repente, ſed rerum iam potito morbo, rigoroſis concuſſionibus, intempeſtiuis immodicisque vigiliis, ob plenitudinem, quo ad vaſa vel prauorum ſuccorum opulentiam, ciborum nauſea, ſiti vero inexhauſta introducta, excretionibus colliquantibus, ſanguinis profluuio, laſſitudinem aut debilitatem conciliari perſpicimus: at non niſi circa incrementa, aut morbi ſtatum, hęc euenire aſſolēt, cum hoc loci, protinus, circa prima initia, primos inquam morbi dies, tanta mē

Languor ſenſui conſpicuus in peſte.

Aliis febribus debilitas in ſtatu vel incremento. In peſte ſtatim ab initio.

bris illabatur impotentia, vt nemo nisi perfrictæ frontis, negare ausit, aliam à vulgari, causam assignandam, quæ huius modi improuisos, & potentes viriũ molita sit lapsus. Hæc ad operationes læsas referuntur, cum efficacia functionum, in solidarum partium robore consistat, spiritibus ceu instrumentis obeantur. A posteriore itaque iudicamus, ignauum corpus ægrè sustinẽtibus ægris, illas quoque in aliquod adductas discrimen. Obuia sunt sensibus in tertia symptomatum classe reposita symptomata, quæ immutatas à conditione naturali qualitates, & figuras corporis occupant, vbi bubones cum anthracibus complectimur. Ea huc transferenda, & quid singula de morbo eiusque exitu funesto vel læto indicare possint, vbi ex fontibus, vires eorum perpensæ fuerint, quantum quæque ponderis habeat, non magno negocio declarabũnt. Absq; plagij crimine ea huc transferre licebit, cum morbo inuestigando subseruiant, & ea ratione ceu adoptitij in alienam commigrando, transeant familiam. Nobis ea recitatio non tam operosa, quã molesta neglecta fuit, ne ταυτολογῇ.

Vires destructæ ad actionem læsam referantur.

Sẽsus ope symptomata tertiæ classis obseruamus.

omnia

omnia vbique dicere velle videremur. Primam ſedem inter ſigna hæc obtinuerunt, vel quia à ſenſu ſolo profecta (licet ſignificata eorundem per rationis diſcurſum eruantur) vel quia ab eſſentia rei deducta, & operationibus, maiorem præ ſe ferunt certitudinem. Quibus ſuccedunt ſigna à cauſis & effectis ſumta, quæ quia à priore potius, quam à poſteriore, hauſta, in certitudine ſuperioribus ne latum quidem vnguē cedere videntur, etiamſi non à ſenſu qui demonſtrationis eſt principium, fuerint petita. Cauſarum aliæ ſunt præcedentes & remotæ quæ ab aſtrorum peritis, & naturarū ſublimium, qui Meteorologici dicuntur, inueſtigatoribus cognoſcūtur. Propinquiores aliæ quæ circa vētorum varietates, aëris conſtitutiones annuas, menſtruas, diurnas, conſpiciuntur, verſantur. Ab iis, tum quę ab animalium putrium colluuie, conuerſatione in locis peſtilentibus, contagio aliunde aducto, paſſim vagantibus, iuuantibus & lædentibus, non ambigua promuntur ſigna, quamuis cauſarum rationem ſubeant. Quemadmodum ab effectis, quorum alia ſeparabilia alia inſeparabilia

Signa peſtis à cauſis & effectis ſumta.

Cauſarum diuiſio.

Effectus.

parabilia ſunt. Vltimam ſedem poſſidēt, quæ in ſecundo ſymptomatum genere collocata ſunt, cum aliâs aliter ſeſe habere poſſint, & non magis huic, quam aliis morbis competant, ideoque veriſimilia tantum, & ex probabilibus habeantur.

Probabilia ſigna.

Signa à cauſis præcedentibus Aſtrologi dignoſcunt.

Cauſæ præcedentes ab Aſtrorum peritis non minus, quam medicis, diuerſa tamē ratione, in cōſiderationem adhibentur. Illi enim vniuerſales, remotiores, hi vero ſenſualibus impediti, ceu cæno oculos, obuoluti, ſublimium cauſarum peruestigationem, vt pote ſua profeſſione alienā reiiciunt, ſatis ſuperque ſuo ſe perfunctos munere arbitrati, ſi effectus & impreſſiones corporum cæleſtiū, in ſibi ſubiecta elementaria corpora, aliquatenus perpēſa, explorata, perſpectaque habuerint.

Peſtilentes cōſtitutiones quo pacto cognoſcendæ.

Peſtilentes parere conſtitutiones aiunt Aſtrologi, ſtellas crinitas, Solis Lunæque portentoſa deliquia, congreſſus item errantium ſyderum, quos maleficos humanoque generi infeſtos eſſe longa obſeruatione depræhenſum eſt.

Coniunctiones planetarū peſtem producentes.

Cuiuſmodi ferunt cum Saturno Martem, qui ſi in geminis, virgine, aquario, parteque prima ſagittarii coiuerint, niſi ferocia &

crudeli

crudelitas illorum, benigniorum planetarũ aſpectibus, inhibita fuerit, exitiũ & quidẽ vniuerſale generare conſueuerũt, maximè vero ſi in prima, quæ vitæ aſſignatur domo, ea fuerit coniũctio. Hæc non modo aërem, quo ad qualitates manifeſtas alterare, verumetiã ſubſtantiam. ipſius corrumpere, atque ea ratione peſtem morborum omnium pernicioſiſſimam producere, creditur. Aëris proximi inquinamenta ſedulo eſſe perpendenda (quod medicorum eſt) paſſim præcipit Hippocrates, eo quod eius mutationes ſecum rapiant ſtatas corporum alterationes. Illinc medicus prædicere poterit, morbos vagantes, eorumque perniciem aut benigniorem terminationem. Exempla extant libris Epidemiorum, vbi conſtitutiones cæli in Cranone, Thaſo, Abderis accurate depingit, eorumque affectus ſuo loco adiicit, vt ſimulatque ſimiles aëris cælique permutationes conſpexerimus, ægritudines appropinquantes, prædicere, atque imminentibus malis, noſmet tempeſtiuè ſubducere, ceu è tumido mari in portum ſecurũ poſſimus. Tertius item aphoriſmorum liber pene

Aëris vitia propinquioris cauſæ vicem ſubeunt.

Hippocrates aëris conſtitutionũ diligens obſeruator.

integer, in tradendis constitutionibus anni temporum, & morborum inde orientium, tractatione, consumitur. Breuis tamen hæc videtur esse summa. Si ὡραῖα fiant ὡραίως nullus metus nequidem suspicio pestis habenda est, vt nec aliorum morborum, præter eos, qui è crapula, & circa victum erratis commissis, exoriuntur. Verum si hyems à frigido, & humido, æstas à calido siccoque, ver à calido & humido autumnus a frigido, & sicco declinarint, aut permutatis qualitatibus, ceu vicibus, aliud anni tempus, ab altero suam temperiem mutuatum, sui muneris quod est, prætermiserit, non leuis oboritur putridorum morborum futurorum coniectura. Adnotat Aboali. Si in autumno crebra chasmata, in ima aëris regione phantasmata apparuerint, cuius generis sunt stellæ discurrentes, cadentes, prosilientes, signum est autumnum à sua temperie desciuisse, qui frigidus & siccus dum esse debeat, nihilominus caliditate immodesta, eam copiam attrahit crassorum fuliginosorumque habituum (quæ materies accensa, vicinia, & calore superiorum corporum, motu auxiliãte, ciuſ

Summa 3. libri Aphorismorum.

Auicennæ pestis auguria.

Materia calidarum aëris impressionum

eiusmodi apparitionum effectrix esse ex I. Meter. Aristotelis colligitur) vt subiecto quoque aëri labe aspersa, minimo negocio eiusmodi luem humoribus corporis impertiatur. In vniuersum autē, cum vdis sicca præferenda sint, quoad salubritatem, expedit potius Aquilonios increbrescere ventos, quam Austrinos. Hi siquidem calidi & humidi, caliginosi, torporem membris inducunt, & effæminationem carnium, hebetes reddunt sensus sentinam, excrementorum in corpore cumulant, quæ putredini aptissima est ideoque ex sese potest, luis seminaria gignere, eaque hinc inde pasim dispersa aliis tradere. E contra Aquilones frigidi, siccique ad omnia vitæ munia obeunda vegetum corpus impigrumque reddunt nubilum aërem, crassum, obscurum, longe à se repellunt, saburram excrementorum exonerant, aërem omni situ squalore expurgant, vnde scoparum terrę epitheton sibi arrogarunt. Proinde Austrina aëris constitutio non immerito inter pestilentes collocatur. Corus ἀργέστης Græcis, à leteribus Circium & Fauonium habens pestilenti quadam natura præditus, distilla

Venti Boreales Austrinis præferendi.

Austri incommoda.

Aquilonis dotes.

Corus pestilēs.

diſtillationes mouet, quod in Mytilene oppido animaduertit, notatúq; reliquit Vitruuius. Spirat ab occidente æſtiuo. Mirum haberi poſsit, cum in fine diei, occidẽtales, ob ſolis acceſſum, à quo perpurgãtur, ſalubres Philoſophis habeantur, quia temperatiores, quam initio: cõtra oriẽtales cum propriis ſolem detentũ habeant laribus, familiariores quam poſt modum cum reliquum orbis ſol peruagarit. Cum itaque toties à ſole viſitentur vnde malignitatem cõtrahere dicemus? Quod de vniuerſalibus anni temporibus relatum eſt, idem de particularibus ſtatuendum. Verbi gratia. Si alternis diebus modo pluuius ſit aër, modo ſerenus, aut ſudum ſit diurnum cælum, noctu vero pluuium, aut ſi diuerſis horis diei, modo imbres, aut nebulę, modo ſe aliquantiſper promat ſol, modo iterum ſe ſubducat, noctu frigus interdiu calor ſuffocans & ita inconſtans ſit aër, præſagire poſſumus morbos ex putredine. Prę cęteris tamen obſeruandũ, ſi hyems pluuijs exundarit, ſubſequens autem ver contrario modo ſeſe habeat, frigiditate nimirum & ſiccitate excedentibus, maxime opor-

Cur venti occidentales ſalubriores oriẽtalibus veſperi, vt hi mane

Mala temporum anni diſpoſitio.

tunum

tunum esse eiusmodi tempus generationi pestis, quę si æstas à propria desciuerit temperie, porro etiam procul omni dubio propagabitur. Collecti enim in corpore humores, & brumali tempore in visceribus, latentes, nihil moliuntur, cum mota quiescente materia peior: ij tamen verno tepore, omnium terra prodeuntium ritu, ad ambitum corporis euocari debebāt. Tunc nimirum, reseratis poris corporis, excerni redundantia vel ad minus, à profundis, ad aperta transferri poterat: & ea ratione sincerum corpus, caniculæ ardoribus traditum fuisset. Aliena vetat aëris constitutio, quæ sua sponte & aëris tepidi beneficio, aliâs, ad circumferentiam sese moturos, retrocedere cogit humores, vbi aucti, interdicta difflatione ex meatuum obturatione, & astrictione, iam conclusi necessario putredinem concipiunt. Auguria quoque pestis futuræ, vel etiam pręsentis, sumuntur à brutis animātibus, ijs potissimum, qui putredini originem suam acceptam referunt, quamuis in ea potius quam ex ea prodeunt: quorum numero est ranarum copia, murium, insectorum, vtpote muscarum,

Æstas intempestiua gignendæ putredini idonea.

Bruta pestem portēdunt putredine orta.

Ranarum & insectorum copia pestem minatur.

ſcarum, culicum, crabronum, ſcarabeorum, lumbricorum. Quãdo agminatim ciuſmodi conſpiciuntur animalia, colligi poteſt facile, putredinem adeſſe copioſam, vel breui affuturam. Ominantur nonnulli peſtem, vbi animaduerterint, nidos & pullos ab auibus deſeri, & tanquam patria extorres, alias ſibi ſedes cõſtituere. Idem aſſerũt de talpis, muribus & aliis quę humi degunt. Perſentiſcere ſiquidem eos aëris inquinamenta, & aquarum, è quibus nutriuntur virulentiã, & vt effugiant mala, natura duce, alio migrare. Cognoſcitur præterea febris peſtilentis cauſa è ventis, qui eminus exiſtens contagium aduehunt, aut per conuerſationem cum infectis è remotis quoque regionibus ſeminaria cõtagij accerſunt, vt Thucydidis tempore ex Æthyopia Athenas viſa eſt commigraſſe.

Migratio volucrum peſtẽ innuit.

Venti contagium aduehentes.

Nã penitus veniẽs Ægypti finibus ortus
Aëra permenſus multũ camposq; natãteis
Incubuit tandem populo Pandionis.

Huc referri poſſunt aëris vitia, contracta ex barathris. Auerno, cadaueribus bello interemtis, puteis diu concluſis, tandem reſeratis. Foueæ quoque ſeu ſcrobes frumentariæ,

Venenum aëri è terra communicatum.

mentariæ diu tumulatæ, potiſſimum ſi computruerint fruges, tetrum & exitialem emittunt vaporem, qui extemplo viſus eſt necare. Fluuij marginibus ruptis exundantes, ſtagna ſi fecerint, vbi piſciũ necatorum copia putrefit, occaſionẽ aut incipienti, vel cęptæ incrementa addere ſolent. Hæc ſi pręſto affuerint, eò leui rationis iudicio adhibito, quilibet originẽ Epidemiorum referet morborum. Sumitur non leuis coniectura à paſſim vagantibus. Quippe ſi plurimos corripi videamus, iiſdem accidentibus, multos interire bubone, anthrace maculis & cætera, contactu etiam valde ſanos, in ſimile adduci diſcrimen, ſtatuemus peſtem eſſe, quæ mortales affligit. Præterea à iuuantibus, & lædentibus, à tota ſubſtantia. Iuuant ſiquidem quæ tota ſubſtantia putredini aduerſantur, quorum ſerie reponũtur theriaca, Mythridatis confectio, bolus Armena, margaritę, gẽmę, corallus, tum quæ putredinem quo minùs graſſetur coërcent, velut ſcordium, gentiana, acetoſa, malus citria, limones, malus Punica, caryophyllata herba, pimpinella, caricæ pingues, iuglandes rutæ & aceto permixtæ

A paſsim vagantibus.

A iuuantibus & lædentibus

Antidoti.

permixtæ, Conferunt quæ meatus corporis apertos detinẽt, corpus vniuersum difflationi oportunum reddunt: è contra humida omnia prauique succi alimenta, vt legumina, olera, cibi in alienam cito degenerantes qualitatem, omnia deniq; quæ crassos viscidosque succos obstructionis auctores producunt viam quasi citius aduolanti sternunt pesti. Efficacissima promuntur argumenta ab effectis, quorum nonnulla inseparabilia, recenset Galenus, anhelitum fœtidum, oris colorem erisypelatosum quæ si affuerint, ne quidem rudes imperitosque latere posse febrem pestilentem ait. Deiectionem colliquatiuam, perpetuo comitari 3. in 3. Epid. com. 57. idem asserit. Princeps præter recitata, sitim ingentem, fastidium cibi, vt nisi vi compellatur ad edendum, intereat, dolorẽ stomachi, syncopas, deliria, inter signa reponit. Pulsui animus non est serio adhibendus, quũ præter insignem debilitatem, vix aliam obseruare possis alterationem. Lotij tam fides, quam prædictio dubia, cum sæpenumero sanis similes ægro in vitæ limite, mortis vero limine constituto appareãt.

Signa ab effectis certissima

Excretiones colliquantes.

Signa è pulsu & vrina.

Ineſt tamen, pręter turbulentiã confuſio neq; aliqua colliquatio, bilioſa quoq; ſeroſa & melãcolica cernuntur. Profluuiũ alui bilioſum, ſpumoſum, æruginoſum, ſudor olidus, frigus extremorum, puſtulæ, ἐξανθήματα, bubones, qui malignitate ſua aliam quam ephemeram portendunt ex mẽte Aphoriſmi Buboin qualibet febre, diaria excepta, malignus: carbunculi, herpetes exedentes. Si forte lotium interdum turbidum conſpiciatur, confuſum, nigrum morbo terminante, ægroque ad ſalutem ſeſe accingẽte, id euenit natura valida malignæ materiæ exuberantiam, per vias vrinarias criticè excernente, qua excreta præſagire poſſumus & polliceri breui futuram in integrum reſtitutionem. Non igitur ex ſolis vrinis, certi quid pronunctiandum eſſe paullò ante monuimus. Hecticæ peſtilenti duo tribuũtur ſigna, quod calorem non percipi[illegible]t cum is æqualiter ſit ſparſus per habitum corporis: deinde quod ſtatis careat exacerbationibus ſui ſemper ſimilis. Cuilibet hecticæ peculiaria inſunt neq; peſtilentem à ſimplici diſtinguent, quam ſi exactè cognoſcere volueris, accẽſen-

Alui deiectio.

Maculæ.

Tubercula.

Turbatæ vrinæ per viam criſis laudabiles.

Hectice peſtilentis ſigna.

da ſunt his duobus, & quæ de arteria, aq; paſtu calefactione, ſupra retulimus, omnia, aut certe plurima eorum, quę recenſuimus, peſtilētium eſſe indicia febrium, hac vltro citroque facta mutuatione, pathognomica inſtitui poterunt hectices ſigna. E letalium genere plantam bulboſam Anazarbæus ex euentu vocauit ἐφήμερον quod vno protinus enecet die. Forte diurna peſtilens pari occaſione, hanc ſortita eſt appellationem, quod perpaucis horis, vitę adducat exterminium. Vix enim niſi eneruati conciderint, ægre iam ſpiritum ducant, & pro foribus leti conſtituti nullis corpus ſtigmatibus inuſti, in conſpectum veniunt. Placuit tamē nonnullis hæc tradere indicia quibus potius quid non ſit, quam quid ſit depræhenditur. Nullas putris habet notas, calorem non mordacem ſed clanculariū qui tam ſimulate ſe gerit, vt ſibimet adblādientes ægri, omni æſtu ſe deſtitutos, ſibi ce[illegible]iſſimo proponant: Sitis nulla, anxietas interior, intolerātia, & anguſtiis moleſta corporis iactatio, quam laſſitudo portentoſaq; ſequitur virium deiectio, cuius euidens argumentum ædit pulſus, contra-
ctus

Ephemera peſtilens unde dicta.

Ephemera peſtilentis ſigna.

ctus, exilis, subsidens, cordis languorem repræsentans, vnde animam eliminatam paulò post iri colligitur. An autem hæc latentes habeat carbones, cordi vicinos, similéue quidpiam, aut sola spirituū extinctione semper tam repentinū malum creari soleat, vt inficias non eo, ita assere-re vix ausim. Si quis tamen sectionem eiusmodi cadauerum institueret, minime dubitarim, quod oculis occulitur nostris, aliquid reperturum grauius, in recessu delitescens, quam extrinsecus sub obtutum sese proferat. Signa hæc si cui non suffecerint, per me licebit signorum municipio donare, cuncta, in tribus symptomatum classibus compræhensa accidentia: tum si volet, rem cuique exploratissimam planiorem, ne dicam lippis tonsoribusque notissimam, tot signorum superflua consarcinatione, obscuriorem reddere cuiusuis id stabit arbitrio, à me nullus iniicietur scrupus, qui aliorum exemplo inducti, doctrinæque serie flagitante, præter intentum, in re his seculis etiam rudi plebeculę vulgatissima, signorum prolixiori recitationi plus iusto indulsimus.

An abscessus intrinseci sint in Ephemeris pestilentibus.

Prognostica eiusdem.

CAP. IX.

Predictio diuini quid præ se fert.

NOn sufficit medico, cognitis præsentibus quę morbum comitantur, illic tanquam scopulo affixum consistere: verum quod maioris diuiniorisque est cōtemplationis ad præsagiēdum euentum morbi sese accingere, tempus fixum terminationis & modum præuidere, de eoque præfatus, si vsus exigat certiores ægrum aut propinquos reddere. Tunc vere Apollinei medici sibi vēdicaturus est non fallacis arioli nomen, conciliabit sibi famam perpetuam, fidem hominum tam arctè sibi deuinctam habebit, vt in posterum securi suæ sese audeant tradere fidei & industriæ. Ad curationem quoque probè perficiendam non leue hæc cognitio præsidium afferet, cum exploratis ægri viribus, habitoque præfinito morbi exitu, diligenti collatione instituta, quo pacto in victu administrando, liberalior, vel frugalior esse debeat, hoc duntaxat medio cōsequetur. De quibus in proæmio libri Prognosticorum Hippocrates disserēs, clarè non minùs, quàm disertè, vtilitatem signorum, futura impendentia

Vtilitas Prognosticorum.

pendentia prædicentium explicat. Eodem itaque tramite nos quoq; incedentes, abunde explicatis, quæ præsentia in morbi constitutione adsunt futurorum ingrediendum censemus callem. Ægre tamen lectoris supercilium hic effugiemus, quod præter ratione͂, & consuetum tradendi more͂, pręsagia aduentantis vel imminentis pestis, nō hic loci, sed priore capite ordine inuerso, recensuerimus. Ad prædictionem illa etenim pertinebant, perperam igitur demonstratiuis sunt inserta signis. Ominari malum diuersum est ab eo, quod præsens digitis commonstratur. Nec tamen inconsulto hoc factum putet. Cum supra fontes signorum recitarentur, causis quoque peculiaris est attributus, quæ cum sint antecedentes & procul remotæ, alię propinquiores, sequenti post capite exemplis id illustraturus solum causarum remotarum fontem ab alijs diuulsum, ad prædictiones reiicere integrum nō visum, sed continuo potius filo, illa prætexere, quæ tam ab Astrologis, quam Meteorologicis, fortuitis coniecturis, auguria pestis petantur. Illic causarum fætus, vel partus

Cur pestis aduentantis præsagia superiore capite recensita.

vnius,diuerſæ genitrices commemorandæ erant,vt quam variæ cauſæ,ad productionem peſtis cõcurrerent,liquido eluceſceret. Quæ autem illinc promuntur, ceu ex aruſpicina quadam, auguria, huc pertinere tergiuerſabitur nemo, etiamſi reiteratio ex induſtria poſthabita ſit. Ob viciniam hoc licuit,cum capitum diſtinctiones non tam præciſè obſeruãdas vrgeamus, quin niſi prolixitas abſterruerit,connecti,vel ſi opus fuerit,vltro citroque mutuata transferri neceſſaria poſſint. Id ſi fecerit lector, frontem capera tam facile explanabit, nihil inopinatis excidiſſe animaduerſu dignũ nobis ſuffecerit,illi vero,vbi nouerit, huc nos cõiecíſſe ea, quæ non aduentantem prædicunt peſtem, ſed vbi ea in corpore inualuit,quemnam exitum letalemue aut ſalubrem, vt plæriſque alijs morbis facere conſueuimus, portendat. Obſecro quid is dicturus vbi Fernelium omnia peſtis præludia contemnentem, euentis duntaxat eam deprehendi legerit dicentem? Flocci tam præſagia quam præcautiones faciet: Faceſſere iubebit tam aſtrologos quam medicos. Stulte tam Hippocrates, Empedo

Prognoſtica peſtis quæ ægrum iam occupauit.

Fernelius ſolis euentis peſtem ait cognoſci.

Empedocles quam Agrigētinus Acron ſuccenſis nemoribus peſtem auerterūt, ſi nec illis præuiſa fuiſſet, neque prouiſio nem duxiſſent neceſſariam. Quonā con ſilio ingeniorum altrix Græcia ſtatuam, pileo capite tecto, locauit, æqualesque cum Hercule Hippocrati honores decre uit, niſi vt ille monſtrorum domitor, hic ab Illuriis imminentem peſtem prædi- xerit, diſcipuliſque ceu emiſſariis vſus ſer pigini illius obuiam iuerit? Empedocles (quod refert Laërtius lib. 8.) Selinuncijs ob vicini amnis fætorem, peſtilentiam contractam ſuſpicatus, remedium exco gitauit, & exhibuit præſentaneum, cum riuulos, è propinquis ſat limpidis flumi- nibus deriuādo in ſordidum deduceret amnem, idque ſuo ære ac ſumtu, quibus inuicem permixtis acceſſione purioris aquæ, putidæ lacunæ emendatæ, impul ſione quoque addita, motu perniciore reddito, ſublato fętore, aëri halituoſa pe- ſtis ſeminaria tribui minime potuerunt, profligataque hac ratione fuit lues vni- uerſa. Et hāc euentis demum cognitam dixeris. Nam cum per maria contagio Athenas deueheretur, nautæ vel in Py-

Hippocrati ſta tua locata ob peſtem auer- ſam.

Empedocles cauit aërē pe- ſtiferum.

Riuulorū ex amnibus deri- uatio ſtagnan tes aquas per purgat.

ræo habitantes iam affligebãtur, insinuarat se malum etiam Salinuncijs. In publicum itaq; iam prodierat malum, nec amplius latentis causæ rationẽ subibat, quæ indagari rationis ope postulabat, cum homines ad orcum rapiendo seipsam iam vtrobique declarasser. Euentu itaque potius hæc quoque depræhensa, quam imminens auersa aut dudum prædicta fuit.

Præuideri potest pestis.

Omni posthabita λογομαχία quicquid sit, norant solertissimi naturæ indagatores, letalia spiracula ibi generari, aut ventorũ adminiculo, aliunde aduehi, eoque expugnãdis illis, aëris purgatione incubuerunt. Quam autem ad ambitum vsque sedulus fuerit in annuis constitutionibus, morbisque earum sobole explanandis Hippocrates, legenti Aphorismorum & Epidemiorum libros obuium. Num longe ante illi perspectas etiã futuras huiusmodi exhalationes pestiferas ipsum presagijsse ambiget quispiam? cum nostræ quoque tempestatis non solum Astrologi, & medici, sed ex plebe quoque sagacior quisque obseruatis longo vsu, certis coniecturis, ab aëris mutatione dependentibus, non semper vano pestem prænunctiet

Præter Astrologos & vulgus nouit futuræ pestis indicia.

nũctiet augurio, Priuabimusne Philosophos, quorum hoc peculiare vt naturæ operas perscrutarentur, erat institutum, ea prærogatiua? Igitur si vspiam alibi, hic prouidentia maxime necessaria, alioqui si eo oscitantię progrederemur, vt modo quod ante pedes est, in id impingeremus, neque vlterius aciem mentis inten dẽdo non nisi icti saperemus, iure in nos torqueri possit in equo Troiano quod scriptum legebatur. Sero sapiunt Phryges. Eo vnde digressi eramus reuersi. Futura in cõsiderationem accersenda sunt hæc. Euentus morbi, an videlicet morbi exitus futurus sit salubris, funestus, aut eiusdem conuersio, transitus, commutatio in deteriorem vel meliorem statum, licet alibi Galenus, similes morbos, plerunque in eodem statu perseuerare, asserat: ideoque ceu medium quoddam videatur ponere perseuerãtiam in eodem statu, quæ hic locum habere vix poterit. De hoc vbi iam constitutum, magis particularia examinanda, de tempore scilicet terminationis. Sunt enim morbi qui longissimum tempus & terminationis spacium præfigi postulant, quod de Epi-

In prognosticis quæ obseruanda.

lepsia tradunt medici, pubertate in maribus, mensibus vero erumpentibus in fæminis emendari, quam si excesserit metam, plærunque comitem, ad sandapilam aut vespillos vsque ire aiunt. Breuius aliquanto interuallum exigunt alij morbi chronici, in quorum genere quartanæ, aquę intercutes, paralyses, arthritides, quæ sextum mensem, interdum annuum tempus antequam terminentur excedunt. Acuti vigesimo, decimo quarto, ijdem ex recidiua quadragesimo, apud Hippocr. octuagesimo & centesimo iudicati traduntur nonnulli. Peracutis quartus, vt anginæ, tetano, aliis septimus, nonus, vndecimus, ex medicorum placitis terminationis dies attribuũtur. Transeundum deinceps ad modum terminationis morbi vt exactè absoluatur prognosticorum historia. Finiunt etenim morbi quidam sensim, idque euenit beneficio coctionis, vel intertrimento marasmi: alij subitò expulsione insigni aut translatione materiæ à nobilibus partibus manifesta ad viliores iudicantur: & hæ, tabe excepta, naturæ probè operantis instituto. Quæ si inops auxilij

Terminationis morborum tempus variũ

Diuturni quãdo terminantur.

Peracuti.

Modus terminationis.

Malæ terminationes.

auxilij, succubuerit, apparebunt expulsiones, ob violentiam morbi, materiæque redundantiam, coactæ, intempestiuæ; translatio ad principalia membra, ab ignobilibus, apepsiæ, cruditates, quas sequitur virium extinctio, quam mors denique ipsa excipit. Hæc morbi finem præuisuro præ oculis habenda sunt, hic acies mentis exacuenda, nisi se turpiter dare, ludibrioque hominum, imposturæ insimulatus, exponere velit: hac inquam ratione, certi quid de euentu colliget: quæ si neglexerit dubius animi, contrariis signis conspectis, hærebit in vado. Sit autem peritus medicus ex Galeni decreto ceu agonotheta, seu palestræ præses, qui naturæ, conserta manu cum morbo confligtantis, duellum, attentis obseruet ocellis, ex quo facile coniectura consequetur, virium exquisita cognitione habita, cui nam parti victoria fauebit. Si vires superent, salutem, vel conuersionem in melius: si succubuerint, interitum aut commutationem in deterius, prædicet. Morbi itaque magnitudo ad amussim perpendenda, & ægri vires exploratæ haben

Medicus tanquam gymnasta.

Vires certissimum signum edunt terminationis morbi.

Cautio in prædicendo.

Pestis toto genere letalis.

habendæ, ex ijs tanquam fontibus de[illegible]-cet πρόγνωσιν nunquam neglecta aphorismi cautione. Morborum acutorũ non prorsus absque dubio esse prædictiones, neq; interitus, neque salutis. Febrem pestilentem magnum esse morbũ, præterquam quod cuiuis cõstat, supra probatum, malignam putredinem illius effectricem nõ modo qualitatibus verum etiam tota substantia corpori nostro infensam constituimus, grauissima symptomata quæ adsiduo ægros torquẽt, recensuimus. E quibus certa inductione colligitur, morbũ esse letalem, excidium generis humani maxima ex parte machinantẽ, quod verum esse docet experientia cui astipulatur poëta noster

: Funestos reddidit agros
Vastauitq; vias: exhausit ciuibus vrbem
: omnes
Inde cateruatim morbo mortique dabãtur
Quorum si quis (vt est) vitabat funera leti
Visceribus tetris & nigra proluuie alui
Posterius tamen hunc tabes letumq; manebant.

Perpaucos stragem immensam euadere, asserit etiam Galenus in 3. Epid. Com. 3. textu

textu 56. plęrosque in pestilentia interire dicẽs, vt vix tota pharmacopæorum syl-ua, morte eos vindicare possit. Thucydi dæo sane seculo, in re tam præcipitis pe-riculi, de remedio non conueniebat, ne inter medicos quidem cum nulla antido tus offerretur, quæ in genere cuiuis vitæ largiretur vsuram, & quæ alteri vitã pro-rogasset eandem alteri sustulit. Ἀποφθίνουσι δὲ πολλοὶ ait Hesiodus

Remedia non sat efficacia in peste.

: mussabat tacito medicina dolore
Nec ratio remedii communis vlla dabatur,

Non tamen despõdendus ex toto est ani mus, cum ipsa rei euidẽtia, in extremum vitæ discrimen deductos, sese, ceu secun da à naufragio tabula vsos, à morte exe-misse, pristinæq; restitutos integritati te-stetur. Quod qua ratione adepti sint e-narrandum, prius tamen recensebimus signa quæ mortem portẽdunt, & quibus effulgentibus interitus periculum ægris, quod raro euadunt impendet. Si manife stè intendatur febris, continuæ torqueãt vigiliæ, deliria amentiæque crescant, ani mus crebro labatur, anxietas, iactatio, perturbatio finem nullum exagitandi fa ciant, immodica sitis, linguæ torrefactio perpetuo

Euadunt non nulli è peste.

Signa letalia quæ mortem portendunt.

perpetuo adſint, nauſea immedicabilis, pertinax odium ciborũ, ceu in habitum conuerſum, pulſus inſignem præ ſe ferat debilitatem, natiuus faciei color in impenſe rubrum, liuidum atrumue conuerſus, vrinæ pingues è liquamentis vel confuſæ iumentorum inſtar fuerint. Alui egeſtionum in colore & conſiſtentia diuerſitas, interdum flaua, impermixta, bilioſa, ſpumoſa, ſæpe atra, melancholica non cohærentia conſpiciantur, quibus coniungatur, cadaueroſa quædam graueolentia, vnde inteſtinorum vlcera & letales diarrhææ exhauſtis viribus conſequantur. Vomitus ſinceri, bilis flauę, torridæ, exuſtę, æruginoſę, aut diuerſarum materiarum atrarum, viridibus permixtarum. Sudores priuati, frigidi, vel vniuerſales etiamnum calidi, ſed reſoluentes, vt natiuum quoque membris aſperſum conſumant madorem. Abſceſſus inguinum praui in morbi exordio ſeſe prodentes, maculæ letales, circa ſcapulas, pectus aut dorſum apparẽtes, quas Germani *Todtfleck* nominant, tubercula vniuerſo corpori aſperſa, carbunculi, papulæ, & pituitæ eruptiones, quarum color

lor ſit luridus, ater, viridis, neque debita emergant mole, ſed ſub cute hærentes parumper tanquam è latebris ſe proripiãt, ſtatim ad interiora recurrẽtes, atque ita euaneſcentes, nulla manifeſta ex ijs facta excretione: neque exertis circa cutim abſceſſibus, à ſua vehementia febris, vel minimum quid concedat. Medicamenta exhibita fruſtrentur intento, nihilque conducant emolumenti. Ab extremis pedibus aut manibus vnguium liuore, deprehenſum frigus, minutatim progreſſus altiores faciat, quo & naſi primoris acumen cum auriũ pinnis afficiatur. Hæc certo affuturã mortem portẽdunt, quibus ſi acceſſerit ſpiritus ore emiſſi fætor, colophõ erit impoſitus, prauis & exitialibus ſignis. Putredinem enim confirmatã eſſe in corde hac nota arguit Princeps, Aboali, & ex conſequenti certiſſimam denunctiari ægro internecionem. Quod ſi non vniuerſa conglomeratio pernicioſorum ſignorum, ſed pars aliqua affuerit, virium quoq; robur, non ex toto proſtratum, ſed eius ſpecimen, ſeu vmbella apparuerit, protinus abrumpenda non eſt ſpes vitæ ægro, neque in tuto

Anhelitus fœtidus confirmatam putredinem arguit.

collocan

Media inter mortem & ex quisitam vale tudinem constitutio.

collocandus omnino, cum nondum vere extra omnem fortunæ aleam ſit conſtitutus, quia media hinc poterit inter mortem,& exquiſitã valetudinem conſtitutio emergere, qua quidem liber periculo mortis, materia ad verendas diſiecta partes æger non ex toto reſtitui, ſed abſceſſu aliquo, aut vlceribus vniuerſi

Membris abſciſsis venari vitam.

corporis, ſordidus aliquandiu conflictabitur. Vnde erutis oculis, exectis genitalibus, manibus pedibusque truncati, potius quam mortem oppeterẽt, vitam aucupabantur olim.

Salutem polli centur in peſte ſigna iſta.

Salutem è contrario nobis pollicentur corporis habitus, non iunceus, nec elumbis, ſed εὔσαρκος, ætas iuuenilis, purum, vitiisque carens corpus, perflabile, obſtructionũ & cacochymiæ abſentia. Hinc potiſſimum virium pręſentia, & integritas conciliatur, cuius ope natura quantumuis malam putredinem euincit, ſymptomatis reſiſtit, materiam putredine infeſtam arcere longeque pellere contendit. Remittitur pedetentim febrilis ardor, vigilijs ſomnus ſuccedit, deliria mẽtis reſtitutio excipit, pulſus languorem magnitudo, vehementia, plenitudo inæqualitatis omnis expers conſequitur.

quitur. Spiritus non magnus & rarus, neque paruus & creber, ſed æqualis ex iis cõpoſitus tonum parem obſeruans. Egeruntur cocta excrementa, ea copia quę tantum abeſt, vt viribus ſit inimica, vt pulſis noxiis ſaburra inſigni, moleſtaque naturę exoneratę locus detur, & actio in conuertendo ad benigniorem ſtatum reſiduo. Leuis in his animaduertitur fętor, nulla niſi forte per criſim graueolentia. Lotium è turbido perſpicuũ, è rubro ſubflauum, ſedimento laudato decorum cõſtans obſeruatur. Abſceſſus critici apparebunt quarto, aut ſeptimo die, in inguinibus, alis aut pone aures, tuberculis cutis tota effloreſcet, abſque inſigni inflammatione, & dolore ſeſe proferentibus, bono colore præditis, quę tenuioris materiæ non exiguam portionem eo itinere excludunt, non ſubſident, ſed in pus conuerſę, materię ad intima retroceſſioni interdicũt, cum quæ parti influxerũt, aut eidem impacta ſunt, illac euacuari ſit neceſſum. Sãguis diebus iudicatoriis ſi erupérit, floridus, non ſtillãs, ſed debita mole, præſertim iuuenibus, aut hæmorroydes pateſiant; in fœminis menſes proſi-

liant,non guttatim, ſed copioſius conſue to. Vrinę profluuium aut alui ſubſequatur,& ad has excretiones æger ſe meliuſcule habere pręſentiat, abſque vlla hęſitatione morbum ſuperatum, naturam ſuperiorem,trophęo erecto, claſſicum canentem pręd icabimus. Adijci & hęc poterunt.Si æger ad oblata ſeſe nec difficilem, neque moroſum prębeat, iuſſa medicorum capeſſat, ipſe, & domeſtici, cogat ſeſe ad aſſumptionem alimentorum vires reſtaurantium : tum ſi remedia exhauſta, deglutita vel adhibita intentum finem adipiſcantur:eorumque operatio qualiſcũque animaduertitur:non leuem nobis bene ſperandi anſam porrigunt.

Galeni ſeculo qui euaſerunt peſtem. Euaſiſſe Galenus 5. Meth. ait eos qui ſui tẽporis peſte correpti fuerant,propterea quod pręſiccatum purgatumque vniuerſum corpus fuerit. Quippe cum vomuerint ex his nonnulli, & vniuerſis venter profluxerit. Atque cum ita iam vacuati eſſent,ijs qui euaſuri erant puſtulæ quas exanthemata vocant nigrę,toto corpore confertim,multę apparuerunt, vlceroſæ quidem plurimis, omnibus certe ſiccę. Eratque intuenti perſpicuum, reliquias

eas

eas esse sanguinis, qui in febre putruerat, quas veluti cinerem quempiam natura ad cutim trusisset, sicuti alia ex superuacuis nonnulla trudit. Verum medicamẽtis ad eiusmodi exanthemata opus non fuit cum siderẽt sua sponte. Ad hunc modum aliis quidẽ quibus exulcerata summa pars fuit, decidit ipsa vlceris crustula, quam ἐφελκίδα nominãt, deincepsq; quod reliquum fuit propinquum sanitati erat, ac post vnum duosue dies ad cicatricem peruenit, alijs quibus siquidem vlcerata summitas non est, exanthema quidem ipsum, & asperum & scabrosum erat: decidit vero veluti squama quędam ac dehinc omnes fuere sani. Hęc Galenus. Locus hic exigit vt repetamus id quod supra indicatũ est, non adeò certam fidem pulsui habendam, neque ex vrina salutẽ certo prędicendam. Namque pulsus aliquãdo est mediocris non peccat nisi debilitate, fit, cum sua vehementia fucum faciat, vires pręsentes iudicando, tamen exitus acta probans cõtrarium ostendit. De vrina profert Galenus 3. Crisium 3. regulam infallibilem qua ait neminẽ vnquam bona vrina pręditum humanis ex

Pustula peste liberarunt ægros.

Vlcera a peste liberant.

Pulsui & lotio non integra fides adhibenda.

Galeni de bona vrina iudicium.

 cessisse.

cessisse. Idcirco statuendũ vel non quosuis affectus, in vrina, ceu cristallo Magico visui exhiberi, vel exceptione vtẽdũ, hanc licet laudata appareat, ob causas tamen proprio assignatas loco, reuera non esse salubre in febribus pestilentibus indicium, ideoque maiori fide reliquis esse innitendum pręsagij notis, quam ijs, quę à pulsatione cordis, & lotij qualitatibus hauriuntur. Tempus statum terminationi ad salutem, vel excidium est, dies quartus, septimus, nonus, vndecimus, decimus quartus, septimus decimus, vigesimus, & ita deinceps, vt ex ijs qui exitiales erant etiam primo aut secundo pessunda rent die. Qui casus tam repentinus impulit fortassis medicos ephemeram vt ponerent pestilentem. Atqui non omnes quę è vestigio iugulũ pręscindunt, ephęmerę censendę, alioqui napellus, aconita, quę paucis horis interiectis visę sunt occidisse, apoplexia etiam momento, ea dotanda erunt appellatione. Quomodo hęc quatuor quę morbis assignãtur tempora percurrent dixeris? De salubribus hoc dictũ (aliâs ἄσημα essent ponenda tempora) letales primo insultu necare possunt.

Tempus terminationis in peste.

Ephemera vocabulum ambiguum.

Non omnia morbi tempora pestis obseruat.

ſunt, vix ad incremētum, raro ad ſtatum aſcendunt, tanta eorum malignitate, vt mors prçuertat, antequam eo ſit peruentum. Neq; à prçpropera exanimatione ſumto argumento, ſpirituoſas omnes ſecundo ſignificato, huiuſmodi dixeris, cū toxica qualitate deleteria non modo ſpiritus afficiāt, ſed vitam quç in caloris vernaculi cum humore peculio compage conſiſtit, exterminio multent perpetuo, vbi non ſolos ſpiritus affligi vero conſentaneum eſt. Quid hinc abſurdi conſequitur cum Critonis exemplum euidenter oſtendat, putres, humorarias, ſçpenumero eo virulentię degenerare, vt poſtridie enecent. Illius morbum putrem, & peſtilentem fuiſſe, non dubia accipitur coniectura, cum ex celeritate miraculi inſtar interitus, tum ex tumore φλυκταινώδη. Non in ſolis ſpiritibus hęſiſſe afflictionem, ex eo colligitur, quod materia decubuerat in crus, & puſtulas nigras excitarat: at quia pars non erat capax materiæ ſuſcipiendæ, retroceſſit reſiduum, & cor caputque petijt, vnde delirijs, mors poſtridiana ſuperuenit. Poteſt itaque in principio morbi, & in incremento vita fungi

Venenatæ plātæ momento ſe re necant.

Deleteria & ſpiritus & humores cōficiūt.

Putres altero die iugularūt.

Crito apud Hippocratē peſte laborauit.

Moritur æger & in principio, & augmēto morbi.

æger, nec tamen hoc duntaxat argumento, ephemeram pestilentem statuere debemus, eius rei commonefacti, libro de temporibus morborum, non dierum calculò, morborum esse dimetienda tempora, motum materię, seu causę morbificę, qui tardior interdum velocior est, sufficere monente. Neque in letalibus morbis, necessario quatuor tempora (quę plures dies occupant) ponenda esse, cum dentur, qui paucis post horis trucident, quibus tria eos, cum in declinatione nemo moriatur, citato cursu pręteruectos tempora verisimile vix crediderim, motus eo quod soli principiò triduum aliqui attribuerint veterũ: alij biduo, triduo, nulla vel exigua admodum incrementi, seu status, nedum declinationis apparente nota, è medio tollant. Ne hoc quidẽ prętereundum, perniciosos morborum, nõ vt alij, dies colere iudicatorios, sed plurimos ex ijs paribus diebus moueri, & terminari, (exempla ex Epidemijs adcersenda) vtpote quarto, sexto, octauo, decimo. At si salubris est terminatio futura, vix vnquam animaduersum criticis non id contigisse diebus, vt in excretionibus diiudi

Non diebus sed materiæ motu tempora morbi dimetienda.

Nemo in declinatione moritur.

Perniciosi morbi tempora non obseruant.

Criticos dies exitiales morbi non obseruant.

Paribus diebus praui morbi mouentur.

diiudicandis vtrum naturæ fælicibus auſpiciis eiuſque ope fiant, vel ſecus, hoc tãquam pręcipuũ expetatur ſignum. Breuem fuiſſe morbi periodum etiam Poëta noſter canit

Breuis morbi periodus in peſte.

Octauoq́ ferè candenti lumine ſolis
Aut etiam nona reddebãt lampade vitam.

Peribant Thucydidi maiori ex parte nono & ſeptimo die, inteſtino adhuc occupati ardore. Longius interuallum flagitant quę ad incolumitatem terminari debent peſtilentes febres. Proinde licet ſuperior ſit natura, tamen debilitata malis, pugnãdo eneruata, ad coctionem & excretionem materię morbificę, plus viriũ & temporis deſiderat. Vnde ſeptima, aut decima quarta, ſępè & vigeſima apparẽt coctionis notæ, remittentibus mox à ſtatu ſymptomatis, & pedetentim progrediendo, natura cibo, remediiſque robur conciliantibus reſtaurata, aut excretione manifeſta, vel ſenſim digrediendo lẽte abſumit noxiam materiam: neque par eſt ſaluti pręfinitus, qui interitui terminus. Nam ſi materia per inguina excernatur, aut vlcera totum corpus obſideãt, interdum ex malignitate materię, erra-

Salutares morbi longius requirunt tẽpus.

Modus ſalubris terminationis.

Vlcera.

 tis

Recidiuæ crebra in peste ex erratis.

tis medici, ægri & familiarium miniſtrorum eam concipiunt vlcera contumaciam, vt torrẽte affluentium humorum exaſperata, dolorẽ, vel prioris mali, haud ſatis perpurgatis cineribus, ceu Phęnix alter, licet virulẽtior quatenus radice iniquior recidiua, febres nouæ ex recidiua exoriantur. Quare accurate mens adhibẽda, vt in morbis peracutis, exquiſitam curationi normam inſtituẽdo, ſolertem impendamus operam, quia leuiuſcula in ijs errata commiſſa, in longe maius diſcrimen ægrum deducunt, quam in diuturnis & minus vehementibus accidere ſolet morbis.

Via ſolutionis peſtis.

Modus ſeu via ſolutionis eſt, per criſim materia è corpore exturbata, quod Hippocrati indifferenter ἀπόσκημμα vel ἀπόστημα κατ' ἔκρουν dicitur.

Criticum ſanguinis profluuium vindicat à peſtẽ.

Nonnunquam enim floridi ſanguinis profluuio è naribus manante, & eo circa ſtatum morbi apparente, libertati ſeſe aſſerunt: ſequente virium reſtauratione, accidentiũ prauorum remiſſione, aut omnimoda ſubleuatione.

Criſis laudatæ conditionis.

Id cõtinget ſi laudatę criſis cõditiones habuerit, mediocritatis finibus, ceu carceribus ſe cõtinuerit, in qualitate, quãtitate excernẽdi modo & via. Solam

inquam

inquam materiã morbidam per ductus conuenientes, competente modo, eiusque molem tantam, quanta naturę relaxationi suffecerit eamq; iudicatorio expulerit die. Interdum per aluum exiguntur materiæ nocentes, febris reliquię, critice nimirum egesto stercore atro, exusto, virus olente, à cuius excretione æger ingens percipit leuamen. Commodissima est hęc liberationis via: attamẽ compendiosior ea cum natura per tubos vrinarios, sese exonerat, quod etiam medicamentis eius efficaciæ, si coctionis vestigia apparuerint, tentandum esse, in omnium fere putrium febrium declinationibus, monet Galenus. Copiosus autẽ per vniuersum corpus sudor sparsus, si die iudicatorio sese ostentarit, obuijs excipiendus vlnis, tanquam vnica & securissima morbi medela, cum etiam arte, naturę simia, vel auxiliari medici manu, si proritetur, præsentaneum non raro afferat auxilium, maius, semota omni controuersia, emolumentum allaturus, si naturę viribus valentibus, sua sponte, ipsa triumphans ad habitum corporis, è fundo, tenuiores, serososque humorum impetuo-

Excretio per aluũ Critica.

Per lotium febris expurgatur.

Sudor Criticus tutissima via.

Sudor arte prolicitus quoque confert.

Terminatio per decubitum

ſè exploſerit. Terminationis alius modus traditur κατ' ἀπόθεσιν cum vehementia morbi,natura tantiſper fracta eſt,vt propriis viribus, non potis ſit eliminare materiam è corpore morbificam, vijs paullò ante commemoratis : ſed in corpore inuita eam fouet, ita tamen,vt per decubitum,traijciat aliorſum, transferatq; ad loca minoris pretij. Materia quoque ob partis pręſtantis maieſtatem, intercluſo domicilio,ad viliores illic ſedes occupatura,ſe confert. Vnde morbus ex morbo conſequitur,pernicioſo tamē minus exitialis, qui immunem priore, non ex toto libertati vendicat. Huiuſmodi ſunt abſceſſus articulorum,in morborum chronicorum declinationibus conſpicui, qui ſi non euanuerint, retroceſſerint, neque in ſcyrrhos, lapides, callo contracto obdurauerint, ſed in pus tranſeundo maturuerint, aut per ſenſui inconſpicuam exhalationem, ſenſim diſſoluantur, bono ſunt: Si ſecus alia animaduerſione vtendum, quia ſi in virilia, crura, pedes, abſceſſerint, pro loci pretio maiore, vel minore,& materiæ putris decumbentis, malignitate, etiam abſceſſus prauitas dimetienda,

Natura ad viliora membra propellit.

Abſceſſus articulorum in morbis Chronicis.

Ratione membri ab humore occupati boni vel praui cenſendi tumores.

metienda, cuius consideratione habita, ansa porrecta erit de euentu quoque tumorum criticorum dextro sinistroue prædicendi. Colliquamentis alui, plurimos suo tempore ad superos migrasse dicit Galenus, vniuerso corpore vi caloris liquato, humoribus etiam primigenijs fusis, exhaustis, absumtis, exiccatis, tum defectu humoris substantifici, necessum erat tandem ægrum vitam cum morte commutare. Hi sunt modi terminationis in febre pestilente, è quibus oculato, sagaci, & industrio medico prædictiones hauriri poterunt diuersæ, ad suum institutum accommodatæ. Solui quidem aliquos morbos per somnum profundiorem 3. Prognost. 6. sensit Galenus, verum tamen hoc proprium & peculiare pueris, & ex raro contingentibus esse inquit. Et quamuis ex somno bidui & tridui immensos cõceperint ægri fructus, qua occasione moti Criticum somnum nonnulli dicere ausi: attamen cum nulla hic excretio vel translatio, solus pepasmus obseruetur, perpaucos reperies qui in hanc denominationem condescenderint. Nos quoque quia febris pestilentis materiam

Praua solutio per liquamenta.

Crisis per somnũ in pueris.

Somnus criticus.

Pestilens materia raro sopore discussa.

materiam veterno discussam neque obseruauimus neque vspiam contigisse legimus, vel audiuimus, eum terminationis modum tanquam insolentem silentio prætereundum censuimus, assignato duntaxat loco Galeni, quo rarius hic casus, si vnquam euenerit, referri possit. Velis contractis finem prognosticis facimus.

CAPITA TRACTATVS TERTII.

1. *Prouidentia in peste necessaria.* Cap. 1.
2. *Aëris Correctio.* Cap. 2.
3. *Vitæ lex in victus obseruatione.* Cap. 3.
4. *Reliquarum rerum non naturalium norma.* Cap. 4.
5. *Febris pestilentis indicationes Curatiuæ.* Cap. 5.
6. *Diæta.* Cap. 6.
7. *Pharmacia, vbi pestem eliminantia recensentur medicamina.* Cap. 7.
8. *Chirurgia: Vbi de venæ sectione, cucurbitulis, & tumorum curandorum ratio traditur.* Cap. 8.
9. *Solẽnes Antidoti & Amuleta.* Cap. 9.

Appendix.

Lapidis Bezoar virium exquisita descriptio.
Tria pesti aduersantia consilia cum regimine.

Prouidentia in peste necessaria.
Cap. I.

Praeseruatiua pars curatricis.

Nomen medici & officium

Disputationes curandi Methodo praemissa.

Diligentia requisita.

MEDICINÆ partium nobilior curatoria habetur, eius pars altera prospectrix cēsebitur. Medici siquidem scopus, & intentum est, valetudinē bonam, labis expertem conseruare, morbos vero eminus arcere. A sanatione, Graecis aeque ac Latinis, nomē medicis inditum: hunc ob finem, inuentum Deorum, ars haec dicitur: ea propter, instituitur omnis in medicina deliberatio, illo si frustra tus fuerit, vanum suscipiet artifex medicinae peritus laborē. Disputationes quoque superius habitae, de essentia, definitione febris, de causis contagij, de subiecto seu materia, inuestigatio causarum, signorum tam pręsentium quam futurorum, accidentiumque congeries, omnia inquam haec spectant, vt conspicua planaque morbi reddita natura, feliciorem aggrediamur curationem, ad quam nobis etiam vt ordini naturę, & artis praeceptis satis fiat, accedendum est. Sollicitae hic magis quam vspiam alibi, mortē praesenta

ſentaneam morbo minitante, ſunt agendæ excubiæ: hic eſt occaſio preceps, quapropter, malo nodo, malus quærendus cuneus. Neque tamen ſurda prætereundum aure, quod plurimum ad præſens inſtitutum facere videtur, dari nimirum morbos, quibus prouidentia, preſeruatio, ſiue præcautio, magis quam curatio neceſſaria. Eſt autem προφύλαξις Græcis dicta, pars medicinæ defenſiua, cui incumbit prouincia, præuiſis noxiis cauſis, & auerũcatis, modos & vias cuſtodię præſcribere quominus incurramus in morbos, recta vitæ lege, eique connexarum rerũ inſtituta, quaſi præmonet nos, quo pacto venturas effugiamus calamitates. Hoc noſſe, ſummopere in febribus peſtilentibus conducit, peritiorque habebitur medicus, qui imminente contagio, impendenteque ruina, mortales eximit, quam qui iam obſeſſos, & infectos in priſtinum ſtatu reuocare, aggreditur: quemadmodum tutius, longeque magnificentius, anteuertere naufragium, quam procellis obrutum, ſecunda tabula, ſalutem aucupari habetur. Obſeruationem tamẽ accuratam futurorum malorum, nõ tam exquiſite

Præſeruatiua pars medicinæ quænam?

Præſeruatio in peſte neceſſaria.

Medicus præſeruans curante nobilior.

exquisite alijs febribus adhibemus: imo vix vlli morborum instituitur cautio, nisi quispiam familiari malo, per interualla certasque periodos recurrenti, sit obnoxius, eoque pacto vitæ rationes instituat, vt longiores morbus cõcedat inducias, si ex toto profligari non possit. In febre pestilente diuersum accidit, in qua quidem plurimum interest saluti humanæ, prçuidere tanquam è specula, & cautiores reddere homines. Hoc vero triplici de causa. Etenim cum hæc febris toto genere sit exitialis, & letalis, expedit, cautela habita, prohibere, quominus generetur, quam ortæ curationem moliri, et Poætæ testimonio.

Febribus vulgatis præseruatio non adhibetur.

Cur in peste prouidentia sit necessaria.

1 la habita, prohibere, quominus generetur, quam ortæ curationem moliri, et Poætæ testimonio.

Turpius eÿcitur quã nõ admittitur hospes.

Reliqui autem morbi, inter quos & febres omnes complectimur, cum nõ sint adeo praui, neque exitiales, imò eorum plurimi terminentur ad salutẽ, nulla prorsus aut exigua indigent prçseruatione.

2 Deinde, quia familiaribus emergũt causis, & vt turdus sibi cacat escam, ita nos in gluuie, & helluationibus, innumera nobis creamus mala, inopinatos corripere, ex improuiso solent, neque ex aliorum incom

incommodis, sua licet perspectare commoda, vt in pestilēte, alios correptos cernentes nostram rem agi, paries cum proximus ardet, ideoque oportunè nosmet muniendos iudicamus. Morborum itaque omnium latentes sunt causæ antegressæ, corpori nimirum inclusæ, vix vllū suæ præsentię indicium præbent. Collectio siquidem humorum bonorum mole excedente, vix cognoscitur, nisi cum ad summū bonitatis peruenerit, vt athletarum habitus, omnis expers vitij cunctis habetur, cum tamen leui aduentāte causa, interclusa scilicet ad melius via, præceps in deterius ruat. Iubentur suspecta sua habere bona, cū ad bonitatis gradum nulla accessio adiungi possit, quod in maturitate euenit, vt putredo eam excipiat, necessum est, vt ruina præcipiti, in deterius labantur. Praui si fuerint succi, morbum & illi parient, at quia humores in corpore latent, putredines vel obstructiones producunt, non adeo sensibus sunt obuij, quocirca neq; generationes morborum vel effectus, quos eiusmodi succi producunt, effugere aut prohibere possumus. Pestilentium contra ægritu-

Causæ morborum latentes.

Habitus athletarum suspectus.

Cacochymia sensui non obuia.

 dinum

dinum causam, in aëris posuimus putredine: hunc omnes haurimus, illius à statu naturali ad contrarium commutationes, si non rudi plebeculæ, attamē perito cuique quam notissimæ potissimum medico, cui singularis cura & industria, adhibenda, intemperie aeris obseruanda. Cognita nempe causa, illius remotionem auspicabitur, vel si prius non successerit, correctionem molietur, sic vitio sublato effectus productioni occasio adempta, neque morbus emerget. Hinc recte dictum medicis. Causæ debetur προφύλαξις, morbo vero medela. Potest autem medicus, ex arte, vitia emendare, errores corrigere, eaque ratione morbos, qui in generatione sunt impedire. Si idem in cæteris morbis eueniret, eorumque causas communes, quibus propellimur in morbos, exacte sciremus, vtique præcauēdi, & illi forent, vt expertes mille periculorum, & discriminum, in quæ ægritudinū impetu coniicimur, tranquilliorem, minusque laboriosam vitam trāsigeremus.

Causæ pestis manifestæ.

Causa præseruationem requirit, morbi curationem.

3 Tertia addi potest causa, quod præter id quod febris pestilens letifera est, vt plurimum, causasque habet manifestas, cu-

ius

ius beneficio ſpem præſeruationis minime excludit, etiam contagioſa eſt. Danda itaque opera, vt qui immunes à contagio viuere volũt, præmoniti, infectorũ abſtineant conſuetudine: aut qui illis ob pietatem vel neceſſitudinem conuerſari volunt, ſumtis antidotis, tantiſper ſe muniant, vt ſecuri, non vitæ ſuæ diſpendio, alienæ opitulari diſcant, medici potiſſimum, quibus ſatagendi onus incumbit, ne turpi lucello allecti, vitam proſtituãt.

Contagia prouidentiam poſtulant.

Aëris correctio. CAP. II.

PRouidentiam, in cauſarum ablatione diximus conſtitutam, vel earundem emendatione, omneq; tulerit in proſpiciendo punctũ, qui lædentes cauſas, ſurrepto veneno, ita cicurarit, ne noxã corpori infligere poſſint. At vbi malum iam ſe inſinuauerit corpori, partes hę medicatricis erunt. Cauſa peſtilentium relata eſt putredo impacta humoribus inteſtinis cordis: hæc aliam ſimilem habet antecedẽtem, eamque putredinem, in ſubiecto diuerſo, aëre nimirum. Hic degenerare dictus eſt, vbi alterationem ſuſceperit in qualitatibus primis, & hinc manantibus ſecundis, tertiisque, tum etiam

Prouidentia in cauſæ ablatione conſiſtit.

Aër degenerans.

Repetitio cauſarum peſtem producentium

corrumpi tota ſubſtantię immutatione. Originem hæc ducunt vel à cęleſtibus influxibus, aut terreis inquinamentis, quorſum referre licebit etiam contagiũ, cum illius communicatio, per aëreos ſpiritus, ſeu vectores ſeminum, ſeu reapſe, aëris portiunculas atomas fiat. Neq; ſufficit, ſoli cauſæ noxam inferenti intẽtum eſſe, cum ex agentium & patientium relatiua affinitate, conſuli etiam ſubiecto paſſuro conueniat: id tam probè inſtructum eſſe debet, vt reluctari quam maxime poſſit, ne ictus excipiat lædentes, verum arte eos eludere norit. Duplex igitur prouidentiæ ſcopus, emendare videlicet aëris vitia, & corpus rite munire, ne intra viſcera ſua admittat pernicioſum hoſtem. His ob oculos poſitis, prouidentiæ pollicitator, contraria opponet, itaq; munere ſuo dextrè perfunctus dicetur. Si cęleſtes cauſæ humilioribus corporibus labem inflixerint, ad ſacrã ancoram confugiendum, ſupplicationes inſtitui, placandaque numina, pietas iubet, cum & ſuperſtitioſa antiquitas, horrenda cadauerum ſtrage viſa, ad Deos rem referre ſolita fuerit, eos auxiliatores quiritabatur

Corpus patiẽs muniendum.

Duo precautionis ſcopi.

Precibus Deus inuocandus.

batur. Apollinis ſacerdote offenſo, Græcorum pubes èxpeditione Troiana eundem placare omnibus modis nitebatur. Atqui rectius, ſacræ noſtræ paginæ myſtici interpretes, pro roſtris ſolennia indicunt cum precibus ieiunia, ceruicibus noſtris impendentem vt auertant omnipotentis indignationem. Fatales ſiderũ coitiones errantium, comatarum ſtellarũ decreta ineuitabilia, vel ad indicia iræ diuinæ referenda, eoque pertimeſcenda vel quatenus ſubiectis elementaribus corporibus virus ſuum impingunt, eatenus aëris corrupti normam ſubeunt. Quocirca huc omnis ſpeculatio conuertenda, miſſum factis cæleſtibus corporibus, quæ aſtrorum peritis, ex obſeruationibus vniuerſalia tradentibus præcepta, indaganda relinquuntur. Proinde aër cum ſit εὐπαθέστατος, æquè à calido ac frigido, vt humido & ſicco patitur. Immodicæ tamen ſi fuerint hę qualitates, cum putredini inducendæ ineptæ ſint, ita vix peſtem conciliare, aut maligna ſubſtantia illi acceſſoria allata, eũ inquinare in perniciem humanam poſſunt. Probat hos Philoſophus in meteoris, vbi ait exceſſi-

Aſpectus & coniunctiones planetarum.

Qualitates aëris ſumma peſtem nõ producunt.

uam caliditatem, vaporis tantum elicere, quãtum absumere potis sit, addita etiam accidentaria siccitate, quæ eorum impedit generationem. Frigus nimium, spiraculis terræ obturatis, aquæ inducta glacie obstaculo est, quo quid suapte sponte eleuetur: patet ardente syrio, & brumæ tempestatibus. Humidum nisi calor opifex extraxerit, iners latitat vt ex arido pumice, nulla vi, neque arte liquorem extorseris. Copula igitur qualitatum necessaria, quas inter frigus, occlusis meatibus, viam non præbet, calor ijsdem patefactis, exitum concedit, & vi ad se pelliciendi pollet, suppeditata potissimũ materia halituari idonea. Ille quoque mitis sit, & blandus ne confestim attractum deglubat, sed copia humidi maiore suppetente, tantus se promat, quantus eleuationi suffecerit. Mixtus igitur calor modicus, quam copioso humido, longe maximam aëri labem incutiet: quod prospecturo pestilentem conditionem, solerti industria considerandum, accuratius hanc qualitatum miscellam, quam reliquas perpendendo, vt calidis perpetuo frigida & multum siccantia opponat.

Qualitatũ copulationes aptiores pesti producendæ.

Emendan

Emendanda occurrunt aëris vitia, aut locis publicis regionum, oppidorum, vel priuatis ædibus: illud nisi mutuis collatis operis arduum, hoc perquam facile. Calida constitutione, triuia, plateæ compita, vici, angiportus, diuerticula, sternẽtur herbis recẽtibus, lactuca, nymphæa, tussilagine, alterco, pampinis, rosis, papauere, sedis, plantagine, ambubaîs siue cicoraceis omnibus, soncho, polygono, frondibus salignis, folijs fici, mori, quernis, floribus violarum, buglossæ, boraginis, lactucis, portulaca, crassula, lente palustri, foliis cucumeris, melopeponum, cucurbitæ, anguriæ, lilijs albis, floribus iridis, lilio conuallium, rumicibus, acetosis, lappa maiore & minore. Vbi copia suppetit, adiici possunt, myrtilli, balaustia, cytini, loti arboris folia. Sylua frigidarum plantarum huc transferenda. Hæc si aqua non nihil macerata fuerint, vt ad refrigerandum plurimum habent momenti, ita humiditate aucta, repræhensione minime carent, vt qui linteo madefacto, inque veli nautici morem expanso, vẽtulum faciunt caniculæ ardoribus. Satius igitur fuerit modico aceto irrorari,

Emendatio aëris.

Calidus aër quo pacto emẽdetur.

Herbæ frigidæ humi sternendæ.

Aceto herba irrorandæ.

ri, quod præter qualemcunque frigiditatem, plurimum ſiccitatis confert. Priuatis ædibus, vt omnia, ſi vnquam alias, ad nitorem, & ſplendorem compoſita eſſe debent, ita hoc tempore, ſordes abſtergendæ, eluendæque omnes. Conclauia, cænacula, recitatis herbis, ceſpitibuſque humi ſternantur, iijq; aquis ſtillatitiis, roſarum, violarum, florum arantiorum, vel citri aſpergantur vbi acetum roſaceum inſignis eſt efficaciæ. Ædibus inferri poſſunt marmorum genera, alabaſtri, cryſtallus, glacies, nitrum, caphura, iaſpis, marcheſitæ. Exornari eædem poterunt, ſantalis, breſilio, limonibus, malis Aſſyrijs, & Medicis, tum cytoniis, additis alijs quoque fructibus, putredini non vſque adeo expoſitis: ij vero ſæpius renouentur, ne vetuſtate putreſcant, fætoreque inducto aërem inficiant. Silices, ferrum, calybſue candentia ſi affuſo aceto, vaporem ædiderint, plurimum eum hauſtum conferre traditur. Hyberno cęlo ſi fomitem peſtis habuerit in humido, minore negocio emendationem ſuſcipiet. Tum enim rogi frequentes, per circos, & fora, viaſue publicas ſuccenſi æquè calorem

Aëris humidi hyems correctio.

ac ſiccitatem impertiuntur. Extruuntur pyrę è lignis Iuniperi, piceis, tædis, pinaſtro, larice. Vbi abunde pullulat ledum (vt in Gallia Narbonenſi) roſmarinus, lentiſcus, terebinthus, laurus, cupreſſus, longè ſuauem accenſæ ſpirant odorem. Domi eadem vti poſſunt addito opulentioribus ligno aloës, ſantalis, ſtæchade Arabica. Suffitus excitari debent lachrymis prope omnibus & reſinis pinguibus, thure, mumia, pice, colophonia, myrrha, benionio, ſtyrace, aſſa vtraque ammoniaco, thymiamate, gagate, ſuccino, bdellio, ſagapeno, ſoleis, & pennis perdicum vſtis. Quibus in delicijs eſt, & olidus in conclauia admittitur hircus, vt populis quibuſdam ſeptentrionalibus circa cloacas habitare tutiſſimum habetur. Humus ſit ſtrata ſcordio, mentaſtro, nepeta, calamento, hyſſopo, maiorana, ſtęchade, pulegio, matricaria, meliſſa, ocymo, ſaluia, floribus ſambuci, camomilla, leuiſtico, ſpica vulgari, lauendula, aſaro cum radicibus, thymo, ſatureia, ſerpillo. Vaporarijs, ſeu æſtuariis noſtris domicilijs, ſi fornaci ſpica celtica, vel aromatica, adhibeatur, vbi concaluerit leuiter,

Calida odoramenta.

Herbæ calidæ humiſtratæ.

aëris corruptrices ſedulo inueſtigandæ, ideoque impulſoriç ſeu irritatrices cauſç, quas procatarcticas Grçci conſueuerunt dicere, ſtatim amputandç, omnesq; occaſiones externç reſecandç erunt. Si è terrç crepidinibus, hiatibus, barathro, virus expiret, artificioſè obruendæ terraq; explendæ erunt. Cadauera inhumata, ſcrobibus funerarijs, ijſque profundioribus effoſſis tumulāda, ne ſi ſuperficiem terrç æquauerint, facile putris vapor vi radiorum ſolarium educatur. Satius tamen fuerit cremari, ita aër rectius perpurgabitur. Stagnantes aquç, ſi tetro halitu emiſſo, materiam infectioni ſurrogarint, riuulis ductis deriuandç, vel nouç ſcaturientes, illis cōmiſcendç, vt putredo prioris, recentioris acceſſu auferatur. Piſanus ager olim æquore tectus, maris æſtus excipiēs, locum habitationis infeſtum, ob aëris vitium reddebat: modo Ducis Florentię illuſtris induſtria canalibus ductis recedēti aquç, via patefacta ſterile prius ſolum, vomerem ferre coëgit, & ſalubre cęlum incolis exhibuit. Ad Tibiſcum in Pannonibus amnem, tam locuples interdum piſcium abundantia, vt vęnum expoſituris

Cauſarum procatarcticarum remotio.

Piſanus ager à Florētię Duce emendatus.

posituris lege cautũ sit, nisi distracti fuerint protinus, multa irrogata insigni, reuehere eos oporteat. Obseruatum quippe (vt ex malis moribus bonæ leges ortæ) emptorum inopia, in circo relictos, putruisse, luisque pestiferę exordia crebrò inde exorta. Nonne in Britãnica vel Hybernica littora, Orcades, Physeteres, vel id genus cetacea si eijciantur, pestem incolæ pręsagiunt? Interdicto siquidẽ belluę in salum reditu, putrescentes, fętore multa longè lateq; inficiunt miliaria vicina. Qui coria depsunt cerdones, coriarij, pelliones, idque genus sordidi artifices manuarij, à reliquorum cętu, hac tẽpestate excludendi, vt opiliones, subulci, cumque gregibus bubulci (quod in bene constitutis vidimus Rebuspub.) ab oppidis relegandi, munditięque quoad eius fieri potest studendum. Arcendos aliqui præcipiunt feles, catulos, similiaque homini familiaria animalia, ceu cõtagij traduces. Porro si contagium aliunde aspor tatum vi ventorum fuerit, publicis locis, luculẽti succendendi ignes, vt aëri impactũ, igneo ardore absumatur cõtagium: Sic explosis tormẽtis bellicis plurimum

Fætor a pestibus putrescentibus.

Marinæ beluæ in littora eiectæ pestem afferunt.

Munditiei studendum.

Ignes publici.

purgatur

purgatur aër: Priuatim vero quiſque oppoſitas feneſtras aperiendo, aduerſarios ventos excipere ne negligat, occluſo aditu illi qui è locis ſuſpectis contagij ſemina ſecum vehit. Perſpicacem hic eſſe medicum conuenit, & ſi vnquam aliàs doctrinę Hippocraticę quam obſeruantiſſimum: qua docet medicinam facturum quouis loco prius inquirere oportere, ſitum loci, quam mundi plagam vrbs ſpectet, quibus potiſſimum impetatur ventis, quaſue hauriat aquas. Euenit etenim (vt venti qualitates à locis quę tranſeunt aſciſcuntur) vt ſalubres natura venti, ex accidenti infeſtam naturam induant. Accuratè igitur inquirendi accolę, ſi vſu nõ didiceris quos habeant exitiales, quos beneficos ventos. Etſi enim Aquilones prę cæteris ſaluberrimi, cum Eteſijs habeantur, ſi tamẽ ſtagna, cloacę, Auernus, macella lanionum, ſutrinę, aliæque ſordidę mechanicorũ artificum tabernę, caſtra exercitus, aut quid ſimile offenſiuum illic abundarit, exuta priſtina natura, aſcititiam aſſumunt, eoq; indefinitè de ventorum ſalubritate tum pronuntiari non poterit. Adde quod prouincijs nonnullis hi

Venti aduerſarii ædibus excipiendi.

Salubres venti ex accidenti inſalubres ſiunt.

Certis regionibus venti exitiales.

hi venti mites blandique ſint, aliis turbines, procellas inducant, ſanitati hic conducunt, κατὰ συμβεβηκὸς alibi morbis onerãt. Hęc vt præceptis certis includi nequeũt ita ſolertię prouidentis medici indaganda relinquuntur. Si ſuſpicio fuerit, contagia vt euenit, à commercijs, quaſi per manus tradi, ea interdicenda, conuentus inhibendi, negociationes abrogandę. Hęc etenim aëre plus virium obtinẽt in vltro citroque traducendis contagionis ſeminibus, vt quotidiana planum fit experientia, ideoque in eo cardo conſiſtit vitandorum peſtilentium morborum, vt etiam conſpectum correptorum fugiamus. Atqui omnibus præſtat tutiſſimum Thraſonianum remedium STARE POST PRINCIPIA. quod nonnulli electuariũ de tribus aduerbijs vocitant. *Commercia inhibenda ob contagium.*

Hæc tria tabificam pellũt aduerbia peſtem
MOX, LONGE, TARDE, *cede, recede, redi.*

Vitæ lex in victus obſeruatione. CAP. III.

E Correlatiuorum mutuo vinculo relatum nuper eſt, æquè proſpiciendũ eſſe agenti, quam patienti corporibus: illud ne vim habeat imprimendi tantam, *Subiecti paſſiui renitentia in victu conſiſtit.*

hoc

hoc ne leui quouis impetu, impreſſionẽ excipiat. Robur itaque addendum erit corpori excepturo actionẽ aêris qui licet aliqua ex parte correctus appareat, nihilominus ſi obiectum circa quod verſari debet, probe munitum deprębẽderit, irritus illius fuerit conatus. Satisfiet huic intentioni ſola ſiccatione. Cum enim virtus vnita fortior ſit quam diſperſa, quæcunque continebũt, & quaſi in cuneum cogent, vires corporis, illa etiam firmius illud reddent. Hoc præſtabunt ſiccantia, cum aliqua aſtrictione, quorum illa quidem abſumto ſuperfluo humido flacceſcere, & diffluere faciente, concident particulæ & mordacius retinent benignum humidum, cui ſpiritus inſident: Verum ſi acceſſerit moderata conſtrictio, vt cutis, partiumque cęterarum pori anguſtiores redditi effluuium coërcuerint, fit, vt ſuis quaſi carceribus metisque concluſi, virium diſſipationem anteuertant. Proinde cum peſtis cauſa in putredine ſit locata, hęc ab alieno calore vernaculum eliciente, humidoque copioſo ſtatuatur, à contrarij natura, ſumta indicatione, humiditas poſcit exiccationem, cum leui

Siccantia robur addunt leui prædita aſtrictione.

Indicationes diætæ conſtituendæ.

frigore

frigore, quod extraneum retundat, domesticum vero exuscitet augeatque calorem. Intentiones in aëris restitutione obseruatę, in cibo potuque, somno, vigilia, motu, quiete, excretis, retentis, atque animi perturbationibus examinabũtur, vt elucescat vniuersa vitę lex, quę euasuro pestem sit ineunda, minime pręteritis leuibus medicamẽtis, quę cum nutrientia omnia humectent, maiore siccante vi pollent. In capessendis igitur esculentis, & potulentis, animaduersa eorum qualitate, quantitate, vtendi modo & occasione, ita quisquis se gerere debet, vt fugiat & laudatissimorum ciborum copiam immodicam quemadmodum etiam vitiosorum ingestione prorsus abstinere debet. Æquè enim suspecta est ob excessiuam humiditatem illorum assumtio, vt hęc introducta cacochymia in vitium abit: pari inquã ratione, vasis probo etiã sanguine turgentibus, sese insinuant luis primordia, ac si vitiosus is fuisset, mole minor: & è conuerso, vt ille sola copia peccat, ita hic à natiua degenerans temperie, pronus putredini amplexandę habetur. Omnia igitur alimenta quæ à fru-

Cibus & potus.

Copia eque ac vitium ciborum fugienda.

Scopus alimenti exhibendi. gibus, fructibus, oleribus, animalibus quadrupedibus, volucribus, piſcibus, petũtur, in eum ſcopũ dirigãtur, ne plus iuſto nutriãt, neq; illaudatum ſuccũ generẽt. Hoc cõſequemur, ſi illa modeſte ingeſta, hęc vero prorſus neglecta fuerint: tũ ſtatis interuallis, ijs qui bis paſtũ quotidie ineunt, obſeruatis, ne priore vixdũ cõfecto, nouas ingurgitemus dapes, eoq; pacto excremẽtorũ collectioni materiã ſuppeditemus. Eduliorũ nomenclaturas recenſere, vt operoſum ita ſuperfluũ, cũ varios, pro regionũ & vrbiũ diuerſitate cõdiendi præparãdiq;, nec non exhibẽdi modos, & cõſuetudines, ſodaliũ Apiciorum munus ſit deſcribere. Leguntur tamen multa in libro Platinę de honeſta *Platina.* voluptate quo lectorem remittimus, cõtenti generalibus, quę à medicis traduntur pręceptis. Cerealium frugum princi-*A cerealibus petita alimẽta* pem ſibi locum vẽdicat triticum bonum ex quo ſucculentus cibus, optimeque nutriens fit, panis ſimilagineus, bene fermentatus, ſubactus, optime piſtus, quem Itali buffetto vocãt: miſſum facto eo qui *Panis.* ex olyra, & hordeo pinſitur, veluti & illo ad egenos relegato, qui ex auena, milio,

panico

panico, pisis, castaneis, annonæ caritate conficitur, cum crassos & tenaces producant succos. Consulto prætererimus legumina omnia, fabas, pisa, viciam, phaseolos, lupinos, eruos, orizam, ob iam dictã causam, nisi qui superstitiosi lentes, & ciceres, congruos dixerint, cum illorum decoctum, papulis educẽdis febribus pestilentibus commendetur, in horum extrema superficie, introrsum quid, & aperitiuum esse multi contendant. Præter ptisanam hordeaceã, pultes, ex hordeo, farre, auenata, vt plurimũ nutriunt, ita crassi sunt succi. Ex herbis oleraceis, brassicę omnibus generibus exclusis, endiuia, cicoræa, lactuca, oxalys, attriplex Hispanica: quam à spinoso semine spinachiam dictam vult Marsilius Ficinus, non tam ob probum succum, quam quod hepati, sanguinique feruido, calida constitutione, nonnihil algoris impertiantur, moderato vsu minime interdicta. Et pimpinellæ minoris, quam sanguisorbam dicunt, folia in acetarijs, ob vim purificandi sanguinis admirandam, manduntur aliquibus. E radicibus vix pręter napos, & pastinacam, alijs indulgemus, cum allia, porrum

Legumina reieganda.

Pultes.

Olera.

Radices.

cępe, nimium feruorem inducant, rapę vero ſint flatulentæ, raphanus κακοστόμαχος Medicamentoſa nimis ſunt, radix cardui ſtellati, petaſitis, pimpinellæ, & bardanę, hippolapathi, quibus tamẽ aliquos

Flores. cum voluptate vſos vidi. Florum exiguę ſunt deliciæ, cum pauci in vſum veniant, pręter borraginis, & bugloſſę vino intin-ᵭi. Eſitant quidam & perſici flores, veluti cappares, oliuas, aceto maceratas, cum turionibus lupuli, aſparagis, cymis fœniculi, aliarumq; plantarum. Aduenæ ſunt nobis flores arãtiorum, limonum, citriorum, myrobalani, vel aceto aſſeruati, aut zuccaro cõditi. Hęc omnia guſtare, cum ob acetum putredini reſiſtens, tum quia cordiales habentur, non erit extra inſti-

Fructus. tutum. Inter herbarum fructus cẽſentur cucurbitę, cucumeres, angurię, melopepones, quę licet humiditate ſua valde augeant putredinis materiam, quibus tamẽ in conſuetudine eſt poſitum, & ob refri-

Conditura. geratione, ſi coctu idonea aceto, vel vuæ acerbę ſucco, ne tam facile in ventriculo putreſcant, vt emendent illorum cruditatem, conniuendum quoque palato in-

Semina. terdum. Seminibus expreſſis, & emulſis in

in humore congruo, creber & iucundus in refrigerando vſus. Neque adeo ſeueri, aut moroſi ſumus, quin ὡραίων fructuum aliquid cōcedamus. Fraga, ceraſa pręſertim acida, & quas vulgus Amarenas vocat ἀπὸ τοῦ ἀ καὶ μαραίνεσθαι quod tardius aliis, vel nunquam contabeſcant, ſiue putreſcant. Pruna quoque, ficus recētes, vuas, mora, perſica, præcocia. Sunt alij fructus qui ætatem ferunt, vt cytonia mala, pira, meſpila, ſorba, dactyli amygdalæ, vuę pēſiles, pruna. Quorum vt fugaces omnes cacochymi, ita hi impunè ſuo quęq; loco, & tempore, aſſumentur. Heluilli, fungi boleti, vt excrementa terrę ceu toxicum fugiendi. Animantia, tam quadrupeda, quam volatilia, & aquatica, diuerſi generis prębent nutrimenta. In quorum cenſura, hæ obſeruantur regulę, vt vetuſtiorum animalium carnes duriores, & difficilioris coctionis habeantur iunioribus, ſicut etiam ex proportione, grandiorum quorumuis, peior minoribus exiſtimatur: deinceps campeſtria, in omni genere cortaceis, vel domeſticis, licet multo ſaginatis abdomine, volucria, tam terreſtribus, quam aquaticis, præſtantioris

Æſtiui fructus.

Fungi.

Alimēta ex animalib⁹ quę alia aliis pręferenda.

Regulę de bonitate alimenti ab animalibus ſumti.

ſunt ſucci. Excluſa bouina, ſuilla, damarum, ceruorum, caprearum, ibicum carnibus, hædos, vitulos, verueces, leporibus & cuniculis, illo atra, hoc alba carne, præditis longe anteferimus, ętiam porçellis nimia humiditate ſcatentibus. Par

Volucres domeſticæ & Syl ueſtres. obſeruatur in volucribus ratio, vbi licet Gallinas, gallos emaſculatos euehamus, longe tamen potiorem merẽtur laudem perdices, phaſiani, attagenes, merulę, turdi, ſtarnę, turtures, alaudæ, reiectis anatibus, pauonib⁹, meleagridibus (quos Gallos Indicos nũcupant) columbis, etiã otide ſiue biſtargo, (quãtumuis eum noſtri aulici, carne perdicem omnino referre, ſolum magnitudine diſcrepare contẽdant) & tetraone. Coturnices ob eſum hellebori, & quia Epilepſię dicantur obnoxij, relegandi à menſis ſalubribus. Va-

Piſces marini rium & multiplex eſt piſcoſum genus, Epelagicis, & lacuſtribus, cetacei ſunt durę carnis, ægre digeruntur, balenę, delphines, thunni, ſalmones niſi cum aquas dulces ſubierint, tum miteſcunt & delicatiores redduntur. Exoſſis vel eſox ſiue Ichtyocolla in Danubio quẽ Huſonem vocitant (Italis ſturione.) Et minores vt

mulli

mulli, cō gri, canes duræ ſunt ſubſtantię. Cruſtacea male coquuntur à ventriculo, aſtaci, cācri, locuſtę, oſtreæ, buccinę mytuli, camę, tellines, mytuli, pinnę. Prauos humores generant & polypi, ſępiæ, raię, rombi, ſquatinæ, aliaque cartilaginoſa. Extra noxam ſunt auratę, ſcari, percę, paſſeres, bugloſſi, lupi, & carpio lacus Benaci indigena. E fluuialibus repudiatis cyprinis, tēchis, anguillis, murenæ, accipenſeres (porceletti Italis, Hūgaris Keczege, Germanis Stirell) lucij, percę, truttę, aſpri, & ſilurus (ex affinitate vocabuli, ſi Hiſpani Sulium teſte Iouio, Hungari Szullo Germani Viennenſes Schillen appellāt fruſtra obloquente Manardo, qui Harciam Pānonum, Schaden & Walter Auſtriorum, piſcem capitatum, & ſquāmis carentem, eoque inſuauem minimeque laudati ſucci pro ſiluro nobis obtrudat) miſſiſq; gobijs capitonibus, ſaxatiles minimi. Variam etiam diuerſamq; induunt è conditura naturam, quemadmodum ex carnibus, contuſa cum ſeminibus melonum, amygdalis, nec non gelatinæ ab extremis animalium, quod ſanitatis cuſtodi, ad amuſſim perpendendum

Cruſtacea animalia.

Piſces laudati.

Condimenta mutant piſcium temperamenta.

Intinctus. erit. Εμβάμματα è ſyſimbrio acetoſa, cum modico aceti, ſucco expreſſo, nonnihil piperis addito, vel agreſti raphano tuſo (ſalſam Iudęorum Guaynerius capit. de appetitu amiſſo vocat) quia vi ſiccandi inſigni dotatur: vt è ſinapi & naſturcio cũ ſapa vel ſucco citoniorũ vt Venetiis paratur, & corticibus arantiorum in maluatico, & aceto infuſis, modico cinamomi aſperſo, laudatur intinctus, niſi conſtitutio aëris, & corporis obſtiterint temperies: relegatis qui è iuglãdibus, vel amygdalis tuſis, cum mica panis albi, quouis iure carnis imbuta, cum aliquid alij adijciatur, fiunt, eo quod nihil putredini aduerſarium habeant, ſolum καρηβαρικοῖς &

Oua. multum nutrientibus conſtent. Oua recentia cum ſint volucrium partus, laudatum quidem producunt ſuccum, ſed nimis nutriendo, fomitem calori accenſo

Lacticinia. ſuggerunt. Lacticinijs interdictum ob εὐμεταβολὴν naturam, qua facilime corrupta in bilem aut pituitam degenerant, eoque minime tutus illorum ſuſpectis tempo-

Sal. ribus vſus. Sale copioſo vtendum ſuadent nonnulli, cum putredini vehementer ſit aduerſarius, exemplo quoq; à vulneribus,

neribus, & aliis exteriorib⁹ ſumto, quod omnes à putredine vindicet carnes, acida tamen ſalſis præferenda, & quod nonnihil frigoris concilient, ſi eo opus ſit, roſis adiectis, aut ſambuci floribus: vt corticibus citri, caryophyllis, roſmarini flore, ſiccitas eius quodammodo intenditur. Potus ſit vinum, neque generoſum, ſiue potens admodum, quod caput feriat, ſpiritus accendat, neque vappa, ſed quod inerticulum, Plinius aut amethyſthinũ, quaſi ebrietatem minime inducat, neq; articulos infeſtet indigitauit, ὀλιγόφορον Grȩci, quod nihil, vel perexiguum aquȩ dilutum ferat, vocarunt. E piris pomiſue agreſtibus vt Normandi alijque Aquilonares populi conſueuerunt, potus conficere, eius non admodum extra propoſitũ fuerit, interdum aliquid deguſtare, ſicut & è δευτερείῳ ſiue ſecũdario vino quod loram vel lauram vocitant, nec tamen eo ſeſe ingurgitare. Prȩſtantiſſimum Monſpelij in Gallia Narbonenſi, neque minus ſalubre habetur vinum granatorum noſtro inſtituto conuenientiſſimum. Vbi inualuit cereuiſijs vtendi mos, nolis velis inhiberi non poteſt, eapropter quod arceri nequit,

Acida ſalſis cõducibiliora.

Potus.

Vinum è piris ſylueſtribus.

Vinum granatorum.

Cereuiſia.

Obiectio. quit, cum præfatione cõiungendum. Catalogo alimentorum abſoluto negligenda minime fuerit quæ in medium adduci poſſit dubitatio. Cum nutrimẽti ea ſit ratio vt à corpore noſtro aſſumente immutetur, atque alteretur, eoque neceſſario humectare debeat, cum in ſanguinẽ conuertatur: atqui initio capitis dictum fuerit, intentionem ſiccãdi nos quærere, nimirum, vt quę alimenti vice aſſumuntur, ſicca ſint, vel exiccantia, quę videlicet (quod medicamentorum proprium eſt) corpus noſtrũ alterare debeant. Ergo vel nihil intererit, inter medicamenta, & alimenta: aut nullum eſculentum, vere exiccans reperietur, in tota eduliorum claſſe. Hoc ita accipiendum eſt, vt eiuſmodi alimẽtorum materiam quęramus, quę cum non ſiccet per ſe, attamen minus humectet. Comparatione hoc aſſequemur. Ius gallinę, & ouum recẽs, plus carne bouina humectabunt: porcelli, agni, vituli, plus, quam hædi, aut veruecis: piſces carnibus, licet illi excrementitium prębeant humidum, ſic etiam cucurbitę cæteraq; oleracea quibuſuis carnibus. Et præparationis modus differt.

An alimẽtum exiccans detur cum omnia nutrientia humectare debeant.

Dantur alimenta alia aliis minus humectantia.

Elixa

Elixa assis magis humida. Namque etiã si abundent igne tosta natiuo humido, occlusis poris à cortice igne contracta, elixa tamen alienam ab aqua ascifcuntur humiditatem, licet illi quoque à genuina non parum impertiantur. Atqui in nutritione parum interest, priuatum vel ascititium sit humidum. Hac ratione sicca dicentur alimenta κατὰ πρὸς τί. At si natura eiusmodi non fuerint, attificiosis condimentis, hoc assequemur, nimirum aromatis, intinctibus, aceto, succo berberis, vuæ præciæ, vuę immaturę, limonũ, absumta superflua humiditate, sicciora quam per se fuerant, reddendo. Demum, alimenta reperiuntur medicamẽtosa, quæ ἀντικρὰ quidem non sunt, attamẽ siccitatis non nihil corpori impingunt, vt supra de capparibus, feniculo, corticibus citri, radicibus pimpinellæ, enulæ, angelicæ, cõditis annotatum. Extremum perfugium ad ipsa medicamenta, quę huius morbi vitandi causa, pernecessaria sunt, cum siccandi intentionem solis alimentis perficere nequeamus, subsidio nobis accersenda medicamẽta non tamen adeo operosa, sed quæ humorem ab alimentis inuectum

Sicca cur dicantur alimenta.

Siccitas condituris inducitur.

Alimenta medicamentosa.

Medicamina alimento permista siccitatem augent.

uectum modice exorbitent: corpus etiã si habitius fuerit, deducto cibo, iunceum & minus obnoxium excipiendæ reddãt putredini. Receptus est solennis pillularum Ruphi vsus, quas alij quod non pluribus constent remediis, De tribus vel ab effectu seu potius vsu pestilentiales vocarunt. Descriptiones extãt variæ, cum alij Ammoniacum loco croci, alij Lemniam sphragitidem adiiciãt: aquis aloën lauẽt nonnulli, illotam addant alij. Vulgatior, & simplicissima est quę accipit aloës, crocique, singulorum drachmam, myrrhæ drachmæ semissem. Effingũtur cum aceto. Semel atque iterum hebdomadatim drachmæ pondere matutino diluculo assumuntur, aqua scordij superbibita. Vsurpata ob certitudinem etiam plebi quam Mithridati Plinius tribuit, è iuglandibus, caricis, rutę folijs, & sale gemmeo confecta antidotus. Eupotista sunt grana seu baccę Iuniperi aceto maceratę & exiccatę, crebro comestę. Radix enulæ, ostrutij, angelicæ aceto irrorata, & esitata. Gẽtianam & fraxinellæ radicem multi anteferunt cum zedoaria. Pillulæ, vacuando, & resistendo putredini, materia absumta securita

Siccantia medicamẽta præseruationi competunt.

Pillulæ pestilentiales Ruphi.

Vsus.

Antidotus plebeia.

Facilia remedia ad cauendam pestem.

ſecuritatē parient, humores exiccabunt, & aëris vitium impedient. Atqui ſi calida fuerit anni tempeſtas, non temerario calidis vtendum: eorum ſiquidem vicem ſupplebunt, etiam terræ medicamentoſæ, vt terra Lemnia, bolus Armena per ſe vel alijs permiſta, cum ſucco acetoſæ, verbenæ. Ad Theriacam ceu ſacram ancoram confugiendum docent omnes, cum diuerſo pondere aſſumta, non minus ad prohibendam, quam eliminandam conducat peſtem. Innumera adiici poſſent remedia, quę conſulto ad curationem reijciuntur, cum eadem medicamenta diuerſo reſpectu, tam ad cautelam, quam medelæ congrua ſint. *Æſtate calidis abſtinendū remediis.*

Reliquarum rerum non naturalium norma. CAP. IIII.

SVpereſt, vt de excretis retētis, ſomno, vigilia, motu, requie, & animi perturbationibus diſſeramus, vt rerum non naturalium hiſtoria perſpecta, conſpicuum euadat, quo pacto circa hæc ſeſe peſtem vitaturus gerere debeat. Ingeruntur alimenta, non ſolum ad intemperantiam, ſed etiam ad nauſeam vſque interdum, hinc excrementorum congeries, neceſſitate *Excrementorum neceſſarius prouētus.*

ſitate conſequentiæ: ſiquidem ab excernendo, excremẽtum, quod ſi cohibitum fuerit, expers afflictionis corpus non relinquet, ſicuti cum debita mole, conſueto tempore, iuſta qualitate exonerata fuerint, non leue momentum ſanitati afferunt. Neceſſariæ ſunt quotidianæ deiectiones, alui, & vrinæ, ſudoris nonnunquam. Statis temporibus, ſanguis è mariſcis, ex vtero menſtruatim profluit. Deſtillat mucus è naribus, vi ex pectore pituita elicitur: per ſputum ſaliua è capite manans excipitur: Lac mammis cõcretum niſi exuctum fuerit ſanè putreſcit: ſeminis autem genitalis retentiones, quam præcipites pariant morbos, vel vnica vteri ſuffocatio abundè oſtendit. Non abſq; manifeſto vitę diſcrimine vomicas occludũt, quibus partes corporis cauterio vulneratæ fuerint: ſanguis quibus è narribus manare conſueuit, ſi ceſſet apoplexias vel cephalalgias inducit: Et quibus ater ſanguinis limus, è liene per hemorrhoides purgabatur, ſi cohibitus fuerit, melancholia affert ſymptomata, taceam menſium ſuppreſſio quam tetra inuehat mala. Etiamſi bilis è ſuo receptaculo in inteſtina

Excretiones vtiles.

Coërcitæ excretiones mala inuehunt.

inteſtina nõ prolabitur, hæc naturali deſtituta clyſmate longas obſtructiones & cõſtipationes(vnde colicę & voluuli originem ducunt)accerſunt. Aluus igitur lubrica ſit pro proportione eſculentorum ingeſtorũ,iuſta quantitate, ne tamen hic dyſenterias vel lienterias, illic ſupreſſionem omnimodam incurramus. Matutinę horę, à lecti exitu omnibus excretionibus quam maximè oportunę, dum co ctione nocturna peracta reſiduum corpore exturbari,quam fuerit aptiſsimum. Semel minimum die exoneretur aluus. Par ſit vrinæ modus, & ratio, ne diabœte præterita, iſchuriam incidamus. Menſura lotij comparatur potui, vt eadem ferè aut paulo minori copia mingatur,niſi ſudor aut alui fluxus impediuerint. Qualitates ſtercorũ & vrinæ perpendere medicorum eſt: hic etiam plebeculæ conſultum volumus. Naturales itaque excretiones, cõſeruandę omnes, vt ſarcina quaſi libera natura, agilior munijs ſuis obeundis poſtea reddatur. Modus omnium excretionum definitus eſt ab Hip. Aph. 2. Si talia qualia conuenit, proturbentur, & εὐφόρως φέρυσι tum probè rem agi.

Aluus lubrica ſeruetur.

Tempus excretioni alui proprium.

Vrinæ egeſtio.

Modus excretionum.

Integræ

Integræ igitur valetudini plurimum profuerit, si primę secundæque coctionis reliquijs expurgatis, pectine pannoue aspero caput fricuerimus, vt halitus, & vapores, è somno residui, poris apertis excludantur: tum brachia, pedes, dorsum abstergendo, sudoris rudimenta elicere: ipsum denique sudorem, aut exercitio vel calidiore vaporario, aut etiam in lecto proritare, nec non screatu, tussi, nariũ emunctione βλαιναὰς educere: aurium sordes scalpellis extergere. Hic tamẽ aduertendum, quod sicuti retentio culpa non vacat, ita nimia profusio citra noxam nõ est: quapropter monuimus supra, vt ambo extrema, tam in excessu, quam in defectu fugiamus, ne corpus contabescat, spiritus euanescant, aquæ intercutes ex nimia frigiditate, vacuationum supernaturalium assecla, exoriantur. Has regulas qui obseruauerit, facile cõtagiosę putredinis aspernabitur semina, tum corpore probe instructo, superfluis eiectis, neque materia putredini superstes relinquetur, nec calor innatus obrutus, aliunde aduentanti cõtagio cedet, sed validius contra ibit, longeque pestilentes propellet

Sudor.

Extrema vtraque in excernendo fugienda.

let halitus. Succedit motus arbitrarius, qui corpus agitando, suo impulsu sopitũ & languentem exuscitat calorẽ, eundem distribuit per vniuersum corpus, a cẽtro ad ambitum euocat, ita alimentorum distributioni, & expulsioni excrementorũ conducit. Atqui cum perpetuus esse nequeat, ob defatigationẽ, quam inducit, prȩsertim si fuerit velox, & vehemens, est etiam quietis successio data, quæ reuocat vires, fessaque membra leuat. Nec tamen requies, in ignauum ocium transire debet, haud aliter vt motus in perpetuum Eurypum, seu nunquam intermissam exagitationem. Etenim veluti deses vita, obtusum reddit calorem, corpus hebes, & pigrum facit, cruditates & obstructiones conciliat, ita violenta exercitia, labores duri & improbi, exhauriẽdo spiritus, extremam debilitatem viribus profligatis, inducunt. Requies igitur labores excipiat: illius inertiam, & ignauiam ceu stimulo incitet labor, vt hæc sibi mutuò succedentia vegetũ corpus conseruent, & aduersus externas arment iniurias. Tẽpus exercitio dicatũ est, quod cibos præcedit. Ieiuno enim stomacho, quod in

Exercitia vitaturo pestem

Quies

Vita desidis incõmoda & nimiorũ exercitiorum.

Tempus exercitiu.

habitu corporis est, exprimitur quod in intimis latebat viscerum penetralibus, calore diffuso, vnâ ad exteriora deuehitur. At si labor, turgido cibis stomacho susceptus fuerit, auocato calore coquente, & cibus crudior spargitur per corpus, vnde scabies, lepræ, arthritides, calculi, & cæteri huius classis exoriuntur morbi.

Meta. Terminus quoque exercitijs præscriptus est, caloris sensui manifestum augmentum, vbi carnes quoque paullum intumuerint, quia rediuiuus calor nonnihil humoris, etiam rarefaciēdo vaporosum & halituosum effecit: tum classicum canendum, neque ad defatigationem subigendũ corpus.

Exercitiorum genera. Varia habentur ingenuorum hominum exercitia, vt gladiatoria, pila, saltatio, lucta, disci iactatio, nauigatio, vectatio curru, trahea, equo. Ægris etiam lectis pensilibus agitatio concessa. Fodere humum ligone, remum agere, fænum falce demetere, fruges aristis excutere, vt vehementes vereque improbi sunt labores, ita quibus conueniunt, vtilia sunt licet insuauia exercitia. Contagiosis igitur morbis vagantibus, (licet aërem pestiferum fugiendum dixerimus

ante

antequam corrigatur) sereno cælo, loco aprico, perflabili, edito seu excelso monte, procul stagnis & locis vliginosis, salubre fuerit, leui agitatione corpus cõmouere, & si sudoris nonnihil vltro prodierit, is blande abstergendus tum quieti aliquid tribuendum, vt calor euocatus absumtis subcutaneis excrementis ad pristina reuertatur loca. Fructus hic ad nos redibit, quod calor feruidior, digestis superfluis materiis, putredini obnoxiis, & a seipso, & resectis impedimentis, viuacior redditus, facilius profligabit pestilẽtia seminaria cum sola ignauia sufficiens esset, obruendo cruditatibus, calorem suffocare, vt tandem pręceps, in pestiferos rueret morbos. Motui vigilia, somno, qui nihil aliud est, quam omnium, tã corporis, quam animi actionum iucunda quędam cessatio proportione respondet requies. Immodicę vigiliæ exiccant totum corpus, maxime vero cerebrum (quod somnus suaui madore irrigare cõsueuit) hinc deliria, sanguine biliosiore reddito, multæ inflammationes, febres continuæ: quapropter ad generationem febrium pestilentium, non parum confer

Vtilitas exerciti.

Somno quies motui vigilia respondens.

Vigiliarum noxæ.

Somnifructus re dici possit vigilias. Somnus autem calore introrsum reducto coctiones auget, ita vires adeptus, spiritus restituit, nõ modo alimẽta conficit, verumetiam crudos humores absumit, & ex consequenti vtilior haberi debebat effugiendis morbis pestilentibus. Qui fit autem quod in contrarium affertur, soporem prope letale signum esse peste correptorum, interdicique somno illis, cum medici conentur per habitum corporis vim malignam extrudere, cui suffragium ferunt vigilię calore extrinsecus versante, officit vero calore eodem ad intima viscera collecto, somnus. Pręterea vt in febrium accessionibus, somnus aduersarius habetur, duplicato nimirum calore: ita febres soporosæ, si affuerit malignitas, deteriores habentur ijs, quę vigilijs molestę sunt. Facilis est solutio. Agitur hic de pręseruatione sanorum, nõ curatione correptorum. Deinde tam somnus, quam vigilia, vtraque modum si excesserint, repręhensione non carent. Demum, incommoda vigiliarum excedentium producta, prætentis emolumentis. Etiam somnus profundus, plus iusto protractus, torporem sensibus

Sopor letalis in pestilentibus.

Peste correptis somno interdictum.

Somnus præseruationi conducit.

sibus

ſibus exterioribus, & interioribus inducit, ignauum, effętum, & flaccidum reddit corpus: cruditatum quæ per corpus euacuari debuiſſent coaceruationē (cum in ſomno omnes excretiones præter ſudorem ferientur) gignit, vnde morbus attonitus, reſolutiones, caducus, cari, veternus, ceu germina effloreſcunt, materię vero in venis ad ſuſcipiendam putredinem idoneę redduntur. Moderatè autem vtraque vſurpata, ſuo quiſque loco naturæ tutabuntur vires. Statum ſomni ſpacium definitur ſeptem horis, quibus coctio abſolui creditur, ceteris tamen paribus, valido, vt puta ventriculo, cibis εὐχύμοις ingeſtis, quę cum rerum potiente morborum nutrice intemperantia raro contingant, etiam pluribus pro conſuetudine indulgetur horis. Tempus noctis ſomno conuenientiſſimum, cum ſolis receſſu, ſub horizontem in interiora ſe abdit calor, cui ſomnus fert ſuppetias. Diurnus vero peius cane & angue exoſus habendus, vt qui deſides reddat, frequentibus deſtillationibus enecet, coctiones turbet, & caput repleat. Sint igitur ad minimum dupla proportione ad ſomnum

Somni profundi incommoda.

Horæ ſomno tributa ſeptē.

Nox ſomno competit.

Proportio inter ſomnū & vigilias.

 vigiliæ,

vigiliæ, ita qui multas insomnes non duxerit noctes, neque stertendo cadaueri potius quam homini similis, somno plus iusto indulserit, alijs accitis auxiliaribus rebus, labis expers tuebitur corpus, quantumuis sæua lue pestifera grassante. Cur autem somni in correptis prohibeantur, & qua ratione, veternis comitatę febres, exitiales censeantur, infra suo loco vbi curationis via proponetur, explicabitur.

Affectus animi. Immoderatos quoq; animi affectus, procul pellendos monēt medici. Quo enim animus corpore præstantior, eo grauius illius noxæ creant vitæ periculum, quibusuis corporis detrimētis. Solum gaudium

Gaudium quid pariat. & lętitiam consulunt qua spiritus sese expandere, diffluere, cor exhilarari, sanguinem spirituosum, agiliorem, & vegetiorem reddi asseuerant. Animus hilaris iuge conuiuium.

Ira. Irā, breuem furorem lyricus Poëta definit: ita cernimus excandescentes, ceu oculis, & mente captos, debacchari, spiritibus agitatis cor titubare, vindictæque cupidine tumultuari: inde sanguis flagrans, & ardens, concursu ad cor facto, illius suffocationem moliretur & quod alioquin expositum est concipiendæ

cipiendæ putredini, ob contagia in aëre volitantia, hoc igne addito & imbecillitate inducta, facile malignam cor ira per culsum imbiberet qualitatem. Pauores, formidines, mæstitiæ, contemplationes arduę rerum speculatiuarum, terriculamenta, timores, cor constringunt, coarctant, frigiditatem inducunt. Atqui expedit morbis pestilentibus sæuientibus cor summũ viscus, vbi vitæ, & morbi sedem fiximus, expers omnis iniuriæ conseruari: quod sola animi voluptate consequemur, vt experientia planum euadit, cantilenis Musicis, saltibus, tripudiis, rusticationibus, remota omni tam ambitionis, quam auaritiæ sollicitudine qui indulserunt, ocyus euasisse illis, qui operosis & numerosis antidotis, cetera negligentes, sese frustra munierant. Veneris oblectamenta cum balneis accensenda, illaudato vtriusque vsu iudicant aliqui: eo quod coitus calorem debilitet, laxet inaniatq; corpus, & commercio tam arcto, ex vno corpore in aliud, contagio ob affrictum, & concalefactionem expeditus sit transitus: addito etiam Philosophi suffragio, tum venere vtendum, cum quis seipso

Tristitia fa-cessat.

Venus & balnea.

imbecillior esse volet, asseuerãtis. Atqui virium cõseruatio, potissimus scopus hic nobis proponitur. Balneę improbantur, quia rarefaciunt corpus, & hiantibus cutis spiraculis, inuitant aëris putris ingressum: vbi de publicis nullus sermo habendus, cum legibus cautum sit, ibi conueni re, ob sordes & promiscuę plebis concursum. Neutrum tamen penitus interdictũ esto. Moderati & continentes, sibi frenũ inijciunt ipsi, nec nisi pondere grauati, non voluptatis gratia rebus indulgẽt venereis, potius abstinent cibis, semen genitale cumulantibus, & pruritum siue tentiginem parientibus, vt non nisi extrema necessitate coacti, cõiugibus permiscean tur. Iis nulla est tradita lex, solum monẽdi, potiorem esse abstinentiã. Balnea qui reprehendunt, eo quod viam aëri putri corpus subeunti sternant, immemores eius sunt, corpus nunquam posse ab aëre depelli, & si quacunque industria cutis obturaris foramina necessario per os & nares (quid si cum Alcmæone & aures adijciemus) maiore quoque attrahetur copia, qui nisi correctus fuerit tantundẽ periculi creabitur. Longè maius emolumentum

Publica balnea interdicta.

Venus quantum concessa.

mentum

mentum conſequentur è cutis moderata relaxatione, è ſolio aquæ dulcis, vel etiam Laconico cõtracta. Sic enim non prohibebitur perſpiratio libera, de qua ſollicitos nos eſſe iubent medici omnes. *Balnea conceſſa moderata.*

Per ἀνακεφαλαίωσιν repetemus ſummatim ea quibus præſeruatiua conſtat. Defendimus nos à peſte cauſis remotis vel correctis. Cauſæ ſunt duplices. Efficiẽs & materia: illud eſt aër, ſeminaria vitæ inimica continens, hoc autem corpus noſtrum. Ad ambo igitur ſpectare nos oportet, nimirum quid poſtulet aër, & quid corpus noſtrum ne ſuſcipiat agentis impreſſionem. Aëris corrigendi traditę ſunt rationes, rogis accenſis, vt Hippocrates Athenas, Agrigentum Acron peſtilentia liberarunt. Tutior eſt fuga, cum neque Thucydidis ſeculo totus orbis infectus fuerit. Herodianus refert Cõmodi Cæſaris tempeſtate, oborta peſtilentia, homines manibus pilas ex odoratis geſtaſſe, ne aër putris traheretur ad cor, quia interiacens odor aëri putri, licet permiſceretur, nihilominus eum emẽdet: neque (quod commenti ſunt nonnulli) à bonis odoribus, venenum ad cor quaſi manu ducitur, *Repetitio doctrinæ de præſeruatione.* *Acron Agrigentinus.* *Herodianus.*

Boni odores virus non deducunt ad Cerebrum.

tur, cum ante odor in aërem agat, eumq; correctum deducat, & quicquid residuum est suaueolentiæ, eo cor, & spiritus æquè à fætoribus abhorrētes refocillet.

Pilæ collo appensæ.

Minutas, rotundas pixides, perforatas, Moraui arte tornatili fabrefactas è ligno iuniperi collo appensas gestant, quibus spongiæ portiũculam oleo iuniperi, per distillationem extracto, imbutam includunt, insigni pręconio. Æstate tamē aceto rosaceo spongiam immergi pręstiterit in quo ruta tabuerit vel modicũ Caphuræ iniectum fuerit. Aër ædibus inclusus, quibus mitigari debeat, additum. Materiam quod spectat, corpus videlicet patiens, dictum est, corpus plethoricum, cacochymum & humidum, obuium esse pesti excipiēdæ, quia in tali corpore perspiratio prohibetur, vnde obstructio demum emergit putredo. Plethoræ, sanguinis missione occurrimus (eius tractatio in peculiare caput reiecta) cacochymiæ, vacuatione naturali, vel artificiosa, pillulis communibus medebimur, per quam causę obstruentes remouebuntur, crassis materiis extenuatis, viscidis vero prius incisis. Victu denique frugali & ordinato

&

& plethoram & cacochymiam effugiemus, ſiccis vda exiccabimus. Exercitiis, balneo, âſtrictionem cutis tollemus, ita reſpirationem liberam præſtabimus: minimè neglectis, quæ à tota ſubſtantia putredini aduerſantur, de quibus fuſius capit. de ſolennibus antidotis ſermo habebitur. Atque his tota cuſtodiæ norma abſoluetur, iam ad curationem trãſeundũ.

Febris peſtilentis indicationes curatiuæ.

CAP. V.

CVratio totius medici inſtituti præcipuus ſcopus, ita & diſquiſitionis nobilior pars habetur. Ea propter ἰητρὸς ab Homero elogiũ hoc cõſecutus, vt πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων dicatur. Hic vero quo morbus pernicioſior, cuiq; nihil gregarium, ſed omnia horrenda & grauiſſima ſuperueniant, qui quam plurimos immunitati aſſeruerit, amplioribus præmiis, & honoribus dignus iudicabitur. Hippocrati vindici ſtatua Athenis decreta, honoribus Herculi paribus attributis. Huc accedit, quod vulgus culpam internecionis tam numeroſæ, in Deos conferre ſolita ſit, vnde auxilia præſidiaque poſcunt (Chryſes ſacerdos Homericus Apollini depopulatricem

Præſtantiſſima medicinæ pars.

tricem

tricē vim tribuebat) quapropter qui hiſce monſtris cōficiendis ſtrenuum atque impigrum ſeſe præſtiterit, ſi non Deus attamen ἡμίθεος habebitur, cum ſola remedia eo exornentur encomio, vt auxiliatores θεῶν χεῖρες dicantur. Nos quoque in re ardua aliquid conari decet, ſiquidem rationalis medici illuſtrem nobis arrogauerimus titulū. Acutè Ariſtoteles vt reliqua omnia, initio capitis decimi tertij, libri politicorum ſeptimi, etiam medicis imperitis, nonnihil ſugillatis, duo inquit eſſe, in quibus laus bene agendi conſiſtit. Primum, vt propoſitum, ac finis agendi rectè ſupponatur: Secundum, vt eas quæ ad eum finē ferant actiones, inueniamus. Fieri ſiquidem poteſt, vt hæc inter ſe conueniant, nonnūquam etiam diſcrepent: Nimirum, vt ſcopus interdum recte poſitus ſit, ſed in actionibus, quibus illo potiri debeamus, error committitur. Aliàs recte omnia ad finē dirigūtur, is tamen perperam poſitus. Quandoque in vtroque erratur, vt in medicina, vbi interdum neque quale aliquid eſſe oportet, ſanum eſſe corpus recte perpenditur, neq; ad propoſitum ſibi finem opera diriguntur.

Ariſtoteles duos bene agē di ſcopos oſtendit.

Oportet

Oportet autē in artibus, & ſcientijs, hæc vtraque obtineri, finem & eas quę ſunt ad finem actiones. Hęc ille. Agēdum ex conſilio philoſophi, ſi crimen intētatum effugere volumus curationem febris peſtilentis inſtituamus. Hippocrati, libro de arte, medicina dicitur ars, morbos ab ægris in totum tollendi, vel eorum vehęmentiores impetus obtundendi: qui vero morbo iam ſuccubuere, miſſum illi faciendi. Vbique morbi fit mentio, tanquā rei aduerſariæ, cuius ablationē molimur, aut ſi hoc præſtari nequit, ſat erit, ſi vires illius fregerimus: quę autem medicas refugiunt manus, vt ſunt extra artem ita naturæ, & ſibi ipſis committenda. Naturæ itaque inimica & contraria res eſt, cuius deſtructionem molimur, per contraria, quorum eſt mutua actio, & reactio, ſimilia etenim ſeſe conſeruant, vt contraria ſibi oppoſita perimunt, quod idem Hipp. libro de flatibus teſtatum reliquit, eiusq; plus quam diuinus commentator Galenus paſſim inculcauit. Finis igitur medici eſt morbi exterminium: is eſt ſcopus rectè agendi ſuppoſitus, nō minus quam ſanitatis inculpatæ tutela. Actiones quæ ad

Indicationes febru peſtilentis.

Medicinæ apud Hippocratem definitio.

Morbus naturæ contrarius.

Finis medici eſt morbi extirpatio.

ad eum finem nos ducunt, ſeu opera rectè ad finem diriguntur, ſi per contraria remedia, ad morbi expugnationem nos accinxerimus. Neutiquam ante hoc conſequemur, quam ad amuſſim perſpectam habuerimus morbi definitionem, & eſſentiam, quod medicorũ alij morbi propriam conſueuere nuncupare naturam. In noticiam noſtrã ea veniunt, vel ſenſu externo, vel ratiocinationis adminiculo inueſtigantur. Præterea morbus cum ſit qualitas quædam corporis, ſubiectum cui inhæreat, & cauſam poſtulat efficientem. Subiectum eſt vel totus homo, vel pars vna, pluresue corporis humani. Cauſarum aliæ propinquę, aliæ remotæ, eæque vel adſunt præſentes, aut loco dudum ceſſere. Cum igitur quiſque de ſeipſo rectius, ſi volet, iudicauerit, ceu de re ſibi nota & familiari, quam extraneus quiſquam, ita abſurdum cenſet Galenus, diuerſum eſſe, quod curandi normam tradat, ab eo quod curationẽ efflagitat. Adde quod remedia quærẽda ſunt morbo contraria. Hinc certiſſimo elicitur, primam indicationem, à morbo ſeu affectu naturæ inimico petendam eſſe.

Morbi eſſentia & definitio.

Morbus ſubiectum poſcit.

Vnde promendæ indicationes.

Prima indicatio à morbo.

Deinceps

Deinceps ad ſubiectum morbi, ſiuel o- *Secunda à ſub*
cum affectum, vel partem læſam, progre *iecto morbi.*
diendum, vnde quoque ſpecialiores pe-
tendæ indicationes, cum niſi vltra perre-
xeris, perinde fuerit, ac ſi nihil dicas, cũ
morbum contraria poſcere aſſerueris: *Tertia a cauſa morbi.*
minime tamen præreritis cauſis, quæ ſi
præſentes affuerint, generare non deſi-
nent, proinde abſcindendæ miſſis fugiti-
uis, quę vulnere inflicto, terga vertunt,
eoque nullum ſui indicium præbent cu-
ratiuum. Symptomatis niſi vehementia *Symptomati*
fuerint, nulla debetur curatio, quia ſubla *nulla debetur*
to morbo, euaneſcũt & illa: alioqui non *curatio.*
rarò euenit, vt ab inſtituto morbi exci-
dio, medicum ad ſui mitigationem, præ-
terito ad tempus morbo reuocent. Sunt *Res contra na*
autem hæ res contra naturam, ternario *turam tres.*
numero compræhẽſæ. Morbus inquam,
eius cauſa, & ſymptoma. Proinde à parte *Indicatio à*
affecta plures petũtur indicationes, par- *parte affect..*
tis ſiquidem temperies, oſtendit quate-
nus a proprio deſciuerit temperamento *1 Temperies membri.*
particula, vt remediis proportionatis, co-
netur priſtinum reſtituere temperamen-
tum, neque validiora iuſto, aut imbecil-
liora exhibeat medicus remedia. Tem- *2 Functio.*
periem

periem ſequitur functio partis, quę ſi priuata fuerit, non tanti eſt momenti, ſi publico munere fungitur, illi plus ſanè parcendum, ne validioribus medicamentis labefactata parte, vitiũ in alias etiã illinc dependentes redundet particulas. Accedit figura membri, & ſitus. Illa quidem, cum ſuis emunctorijs, indicat viam, & qua ratione ſit vacuandum: hic oſtendit rationem interualli habendam, vt ſi procul ſit diſſita pars, iubemur addere medicamentorum moli aut viribus, eò quod in tranſitu non parũ de ſuo vigore amittant, alioqui iam ignauæ ad locum affectum peruenirent, irrito conatu. Conſideratur etiam ſenſibilitas & ἐυπάθεια partis quæ docet (licet non incommodè ad tẽperiem referri poſſit) acuto ſenſu prædita blandis, nec confertim, ſed pluries repetitis fouere, obtuſa vero, validis primo ſtatim impetu applicitis agitare remediis. Noſtro hæc applicentur inſtituto. Perpendimus rem curandam initio abſolute quæ eſt febris peſtilens: eius tradita definitio, eſſentiaque delineata: cauſam remotam aërem, propinquam vero putredinem, locum cauſæ ſiue focum, cor diximus.

3 Figura & ſitus.

4 Senſus partis exquiſitus vel obſcurus.

Applicatio indicationũ ad febrem peſtilentem.

diximus. Enumerata etiam ſymptomata læſarum actionum, animalium, vitalium & naturalium, minimè præteritis, quæ circa excretiones, qualitates & affectus corporis verſantur accidentibus. Deinde quæ per abſtractionem conſiderari potuiſſent abſolutè, in hominem tranſtulimus ceu indiuiduū: tum præſentia, morbus inquam, cauſa, & ſymptomata examinata: ſignis diagnoſticis febris peſtilētis, futurorum adiectis præſagiis: de euētu, differentia temporis & loci, via ſanationis, & interitus. Deinceps ad præſeruationem ventum, quæ fit remota aut correcta cauſa efficiente, id eſt aëre & ſex rebus nō naturalibus, & materia id eſt corpore patiente, quod alterandum & vacuandum docuimus. Modo curationis opera, quæ ad finem nos deducunt, indicationes videlicet trademus, additis inſtrumentis, dięta, pharmacia & chirurgia. Peſtis febrium eſt incluſa catalogo. Febris eſt morbus, in calida & ſicca conſiſtens intemperie, quocirca cōtrarietatis lege, poſtulat frigida & humida. Focus ſtatuitur in corde, ſuapte natura calidiſſimo, & ſicciſſimo viſcere. Ergo ingens æ- *Indicationes febris peſtilentu a morbo & membro læſo.*

ſtus, & ex conſequenti frigidiſſima & humidiſſima poſcit pharmaca. Cordis non priuatum munus, ſed toti corpori vitam impertit, beneficio ſpirituum vitalium, adeoque illius detrimenta præceps periculum afferunt, niſi caute & prudenter tractentur, eoque attentiorem deſiderabit protectionem. Turbinata figura nihil confert, verũ penitior ſitus medicamenta quoque fortia, aut doſin augeri poſtulat, quia in ventriculo, venis meſaraicis, inteſtinis, iecore, vena caua, eorũ vigor remittitur, licet aër exiguum à pulmonibus alteratus, facile cordi irruat per arteriam venoſam. Neque ſollicite curãdus partis ſenſus, cum neruis minime abundet, & pericardiũ etiam erodi poſſe oſtẽdat libro de anatomicis adminiſtrationibus Galenus. Hæ à morbo & parte læſa indicationes. Cauſa euacuationem moliendam commonſtrat. Remota quę cõtinuat putredinem vt adſiduè fiat, impedienda. Modus aëris corrigendi è præſeruatrice parte huc trãsferri debet, quæ fiebat per exiccantia, & frigida cum ijs, quæ tota ſubſtantia aduerſabantur putredini. Duo igitur opera neceſſaria in febre

Indicationes a cauſa morbi.

peſtilenti

pestilenti. Alteratio per frigida & humida, & vacuatio putredinis, quorum illud à morbo, hoc à causa petitũ. Ambo adeo necessaria sunt, vt delectus haberi nequeat. Calor immensus flagrat, vt fornacibus ignis, qui cogit vt sese in puteos aut torrentes coniiciant: putredo tantũ conuellit vires, vt vitæ minetur præsentaneũ periculum, ideoque nullas largitur inducias. Quibus perficitur instrumentis? Diæta id est victu summe frigido & humido, cuiusmodi & reliquæ res nõ naturales esse debẽt: pharmacis vacuabimus, & venæ sectione, quorũ posterior ad chirurgiam pertinet, cum excretionibus inguinum, parotidum, carbonũ medelis. An sanguinis missio competat suo loco determinabitur. Ac mirum, inquies, in præseruante victu siccabas aërem, & corpus cibis exiccãtibus armabas? Sic se res habuit, antequam febris pestilẽs exoriatur, siccamus: vbi inuaserit, tanta est siccitas, morbo & parte siccis, vt missa priore indicatione, ad contrariam confugiendum. Medicamenta assumuntur, vel admouentur: horum vsu interdictum, cum calor intus lateat, foris vero tepeant, vel

Alterandum in peste & vacuandum.

Calor.

Putredo.

Instrumenta Medica.

Victus siccus in cautione, humidus in cura præscribitur.

Frigidis admotis interdictum. algeāt quoque, intus vrantur. Cauendū igitur vſu cerati infrigidātis Galeni, olei roſacei vel vnguinis, vti ſuccis herbarum frigefacientium, vel hac de cauſa quod natura conetur omni molimine excludere materiam morbificam per cutim ſi ſuperior extiterit, frigidis autem extrinſecus cuti appoſitis retro pelleremus materiam, quæ per bubones, cutis liuores, vel ſudores excludi ſolet: ſic motu naturæ (quem & obſeruare, & iuuare debet medicus) prohibito, & ab ignobilibus ad nobiliora membra humore repulſo, interimeremus hominē. Imo quo ad eius fieri poteſt, tumores euocandi per cucurbitulas, inciſione ſcalpellorum, ſcarificatione & alijs epiſpaſticis. *Ore tenus oblata frigida.* Per os exhiberi poſſunt ſyrupi refrigerātes, aquæ ſtillaticiæ, conſeruæ, tabellæ, acida omnia, aër quā frigidiſſimus attrahi. Sufficerent iſta niſi occurriſſet locus Hippocratis 2. de natura humana, vbi tam auctor quam commentator peſtilentium morborū diuerſos à noſtris medendi inſtituiſſet ſcopos. *Hippocrates & Galenus alios medendæ peſtis ſcopos inſtituunt.* Verba ſunt hęc quam auctoris tam commentatoris præter conſuetudinem noſtram hic inſerta, non repletum pagellas,

verum

verũ ob oculos poſita, cum noſtra expoſitione facta collatione interpretatio clarior & perſpicua euadat. Hippocrates. At cũ morbus quis publicus emerſerit, palam eſt, victum in culpa non eſſe, ſed quod inſpiratur cauſa eſt, etiam hoc manifeſtum, morboſam excretionẽ quandam habere. Eiuſmodi tempeſtate tales admonitiones hominibus faciendæ. Victus non immutetur, cum morbi non ſit cauſa. Corpus vero ſit iunceum, & debiliſſimum. Deducendum quoque è cibo & potu conſuetis pedetentim. Etenim ſi ex improuiſo diætam mutauerit, periculum, ne ab innouatione quoque corpori quid accidat. Fruatur autem eſculẽtis ijs vt in nullo delinquere dicatur. Spiritus etiam fluor, vt quam parciſſimus corpus ſubeat, vtque domeſticus ſit, ratio eſt ineunda. Rurſum regionum locos mutare oportet ijs contrarios quibus regnat morbus corporibus attenuatis. Sic enim minimè multo & denſo ſpiritu vtuntur homines. Explicat commentator. Curatio cõmunium morborũ deſcribitur quando ab ambiente fiũt. Sæpenumero enim exhalationes quædam è paludibus, lacu-

bus,ſtagnis,aut cænoſa terra ſiue lacunis cauſæ talium prodeunt morborum. Interdum autem a ſola anni temporum intemperie. Ab exhalationibus itaque,pro prietate potius ſubſtātiæ totius,non ſimplici qualitate infectis corporibus recte ſcripſit medelā in duos redigens ſcopos, Regionis cōmutationem & exiguę inſpi rationis vſum. Ex ijs liquet nō morbi per cōtraria ablationē,febrilis caloris mitiga tionē,putredinis vacuationem,corporis exiccationē, ſed loci mutationē & quā pauciſſimi aëris inſpirationē pro ſcopis & curatoriis vtrūq; ponere indicationibus. Cū locus, quatenus locus, id eſt extremitas corporis ambiētis,ſit res extrinſeca,neq; indicādi vim habeat,ſi aërē intelligi dixeris,non ſemper in aëre, quandoq; in aquis verſari cōtingit vrinatores & nautas. Vbi vero quam exiguū aëris inſpirari iubet,videtur quantitatē ſolā præterita qualitate vitioſam ponere,cum tamen malignitas ſit in quali non quanto. Deinde quo plus aëris frigidi attraxerimus eo citius extinguetur incendium: ſi vero modico duntaxat aëre ventilauerimus magis tum exardeſcet,follium fabri

Locus non indicat.

lium

lium exemplo,& prunarũ modicis aquæ guttulis aſperſarum documento. Simili de cauſa, frigidæ potum multum ardentibus concedunt febribus, vt flammam perimat, potius confertim quam exuſcitet fomite addito. Et ſi ore non inſpiraueris, adſunt arteriæ quæ per poros tranſmiſſum excipiunt aërem. Verumtamen ſi recte vtriuſque mentem, abſque cauillo perpenderimus, eadem nobiſcum ſentire ambos dicemus. Præſeruandum potius vt ſit, quam correptos reſtituendum docent. Fugam conſultiſſimam ſupra diximus, quia vir fugiens denuo pugnabit, ſed in locũ ſaluberrimũ ſecedendũ, quo ſi tẽpeſtiuè & mature ſe contulerit, ſecur⁹ perpurgato vſus aëre eſſe poterit, neq; ijs indigebit, quę de eius correctione tradita ſunt medicamenta. Eum ſiquidẽ hic per loci permutationẽ intelligit, cũ antea aërem cauſam eiuſmodi dixerit morborum. Hoc ſi conceſſum non fuerit, iubet eum quam maximè familiarem & domeſticum reddi. Quod attinet ad moderationem in reliquis rebus nõ naturalibus, vbi docemus cauendas eſſe obſtructiones, corporaque exiccanda adeoque cor

Non aduerſantur huic ſententiæ principes Medicorũ.

Aër per locũ intelligitur.

Expositio sententiæ Hippocraticæ.

roboranda esse, diuersis eandem pręscribit normã paullùm mutatis verbis. Vult corpus esse ἀογκότατον (nos iunceum vertimus, minimè tumidum ab humoribus superfluis & ponderosum dixeris) quod infra ęxtenuatum vocat: atqui siccantibus attenuamus. Detrahi iubet à cibis & potibus vulgaribus: demum ita se circa cibos gerat, inquit, ne vllum committat flagitium. An non hic victus exiccans & moderatio instituitur, qua corpus tabescat, vel macrescat potius, quam in amplã distendatur molem: quod si obseruatum fuerit, vtique facessent obstructiones, flabelloque suo minime dèstitutus calor nullam concipiet putredinem. Corpus quidem iubet seruari quoque ἀσθενέστατον, infirmum, lãguidum, debilissimũ, quod accipio de habitu athletarum putredini obuio, ne inquã sit adeo carnosum, obęsum, robustum, cum habitui eiusmodi ex secundi aphorismi sententia non detur ad maius ascensus fastigium, sed præcipiti casu ruinam minitetur. Vult itaque corpus in sua mediocritate contineri, ne suspecta nobis bona nostra & summa bonitate appareant vltrò semina contagij

lacesse

lacessere: alioqui vires integras si vspiam alibi & præsentes poscimus, quæ infirmo corpore esse nequeũt. Ad inspirationem quod attinet, etiam hic diuino seni palmam concedimus. In maiori quanto maior virtus: neque venena nisi debita sua mole exitium afferũt quo plus igitur aëris vitiati corpora subiuerit, eo maiorẽ putredinem, & magis letalem fore morbum censendum. Quamuis autem totũ corpus sit εὔπνοον καὶ εὔῤῥοον cribri instar pertusum, eoque ægre cohibere possimus aëris, qualiscũque fuerit insinuationem: cum tamen patentiores sint viæ faucium & gutturis, modo illac ingressum præcludamus, & cutim rarefaciẽtibus abstinuerimus, aliquantisper remorabimur occursum aëris peruersi, eundemque minore copia alliciemus, si corpore extenuato fuerimus, cum habitiora ob caloris copiam densum spiritum, & frequentem vsurpent. Positis scopo & operis siue indicationibus curatorijs, ad instrumenta scilicet diætam, pharmaciam, & chirurgiam progrediemur.

Suspiratio pauca.

Diæta. CAP. VI.

Diæta quid sit & illius scopus.

QVæ victui tam sanorum quam ægrorum præest ars, Diætica Græcæ medicorum cohorti dicitur, quorum vt artis, ita & vocabulorum hæredes nuncupamur. Eius scopus traditur virium esse conseruatio. Cum calor proprium abligurierit humidum, alimẽtis id conamur restituere, quæ si iusta qualitate, debita mensura, recto ordine, oportunoque exhibebũtur tempore, etiamsi humidi depopulationem æquali, & pari bonitate non sarciant, priori tamen quid simile surrogant, quo calor sustentatur, & voluptuatur, donec eo quoque consumto, corpore ob multam ætatem eneruato, morte succedente naturali ceu suo se iuguletgladio. Itaque si alimento humidi compensationem attentauerimus, simili id fiet humido nempe: quo fit vt omnia alimenta humida actu, vel potestate esse debeant, quia conseruatio a simili, à contrario vero destructio. Quocirca virium incolumitas indicat similia, vt supra morbus contraria efflagitauit. Humida quippe alimenta esse conuenit cum per se, tũ quammaximè hoc morbo, vbi calor prę dator è domestico factus, maximam introduxit

Necessitas nutritionis.

Similibus conseruamur.

Humida alimenta actu vel potestate.

troduxit ſiccitatem. Deinde cum nutritio ſit aſſimulatio quædam, quod actu nutriturum eſt ſanguine (qui calidus vel ex ſe, vel ob ſpirituum permixtionem habetur) cóſtat, ideoque calidum eſſe debet: attamen cauendum ne calidis cibis ingeſtis, calorem qui in incendium degenerauit, ardentiorem reddendo, tantum abeſt, vt vires conſeruemus vt eas magis proſternamus: imò moderatè frigida exhibendo, nihil decedet nutritioni, & extinguere ardorem febrilem iuuabimus. Humidiſſimus igitur victus, & moderatè frigidus, peſte laborantibus præſcribendus, qui exigua mole, vires reparare momento queat, nulla moleſtia ventriculo exhibita, neque ad ſui diuturniorem confectionem (relicta morbum fouẽte materia) naturam retrahat. Quantitatem docent plurimi aphoriſmi. Impura corpora quo magis nutriueris, magis læſeris. Deinde aduertendum, alter docet, quo cibo æger ad ſtatum peruenire poſſit, ſemper deducendo, nonnihil à cibo demenſo, ne in ipſo morbi feruore, cibus neceſſariò offerendus ſit, obrutaq; natura duobus hoſtibus iugulãdis par eſſe

Cibis calidis abſtinendum.

Victus peſte mãcipatorum cuiuſmodi eſſe debet.

Quantitas cibi vnde petenda.

ſe nequeat. Plenior ergo initio, poſt defraudato genio, non plus nutrimenti eſt exhibendum, quam viribus quoquo modo conſeruandis expediat, quo loci, anni tempus, ætas, natura ægri, conſuetudo in deliberationem accerſendæ, quæ cum in ſingulis propemodum indiuiduis diuerſa ſint, non facile certis finibus includuntur, ſed ſagacis prudentisque medici iudicio, ad amuſſim fabrefacto, expendenda committuntur. Canonibus cibandi poſitis, duobus, nimirum ne cibis ſucculentis cõfertim oblatis plethoram inducamus, aut illaudatis cacochymiam & ex conſequenti obſtructiones, cutiſq; aſtrictionem incurramus, ad ſpecialiora tranſeundum. Videntur tamẽ omnibus putridis febribus hæc eſſe communia, quemadmodum etiam nuper citati duo aphoriſmi, non tam ad peſtilẽtem, quam gregarias pertinent febres, eaque ratione hic nihil peculiare fieret. Imo Princeps Aboali vrgendos, & inuitandos, ad cibi aſſumtionem eſſe præcipit, quod tenui diæta non adipiſcemur. Alij cenſent omnino abſtinendũ cibis humidis, quod fomentum putredini ſuggerant, in humido

Canones cibandi duo etiã aliis febribus conueniunt.

Humidum victum hic multi reprehendunt.

doexistenti, præferuntque sicca alimenta, vel natura, vel artis adminiculo ritè præparata, perinde vt in præseruante tradidimus norma. Siccis inquiunt, corroborari partes, absumi putredinis fomitẽ, ideo humida prorsus eliminanda, neque humidissimum victum peste mancipatis exhibendum esse. Verum enimuero aliter se res habet. Spirituum ingentem cõspicatus Princeps dissipationem, consulit inuitandos ægros ad eorum instaurationem, quę aliter quam alimenti assumtione fieri nequit, siquidem odores reficiũt, non generant. Deinde cũ propemodum omnes infestent deliria, obliuiscuntur ciborum, vt aliarum rerum omnium, cerebro occupato, monitorũ partibus nos fungi oportet, quemadmodum & phreneticos ad lotij excretionem sępenumero instigamus, ne vrinæ vis diutius detenta vesicam disrumpat. Propterea subiungit idem, plurimos, qui strenuè etiã nulla appetentia vrgente comederũt, primos letum euasisse, stragem spirituum suffectione nouorum reparatam, crebra cibi oblatione innuens, vnde viribus saluis, & auctis, eliminatus est morbus. Neque tamen

Auicenna explicatur locus.

Commoda crebræ cibi asumtionis in peste.

men ἀδροτέραν, plenam inquam diætam seu nullis legibus definitam indulsit cibi exhibendi licentiam, cum paullò ante dixerit, cibos multos esse malos, quia ex eis fit additio materiæ morbi, sed crebro repetita succidorum nutrimentorum oblatione regenerari spiritus, qui accessoria fame duplicem facturi essent iacturam, tam morbo quam esuritione. Quo plus igitur nutrimenti, plus spirituum, vires validiores, ne tamen ventriculus conficiendo obrutus, cruditatibus collectis materiam morbo suppeditet, quod vna vice alioqui assumendum fuerat, in plures partimur portiones, reiteratis potius cibationibus, naturæ succurrẽtes, quam cumulata ingurgitatione, eandem opprimentes. Extreme igitur tenui diætæ locus hic non erit. Atqui oppugnant vsque adeo dapes humidas, fateantur necesse est, pestem febrim non esse, aut febrem, non esse siccam intemperiem, vel nutritionem, non ab humido fieri. Friuola afferuntur, de fomitis per humida suggestione, cum excrementitio humido id fit proprium: nos substantificũ, quod membra nutrire debeat, flagitemus, non quod

Tenuis diæta vt neque plena laudem hic merentur.

madore

madore perfusum copioso, & naturæ infesto, in vitium abiuerit. Denique si tantopere madida reformidant, omphacio, aceto, peculiaribus peste languẽtium cibarijs, absorbetur nimius humor, vel tantillum siccitatis inuehitur, quod emendando sufficiat madori. Imo si siccantia imperitauerint, qua ratione pestilenti hecticæ quæso, medebuntur? Humidissima itaque, benigno, & substantifico humido abundantia, excrementitiis si substituerimus, eaque acidis non vehementer astringentibus, acerbis, aut stypticis condiuerimus, remota omni controuersiã, voti compotes erimus, in nutriendo, prę illis, qui sola siccantia obtruserint, cũ hæc humore absumto, materiam spirituum depopulentur, collapsisq; particulis debile, & emaciatum reddãt corpus.

Humida substantifica non excrementitia in peste requiruntur.

His præmissis sumto diætæ initio, ab aëre quo perfrui obsessos conuenit, iubentur malo comprænensi, ilico in aliud migrare conclaue, diuersum ab eo, quo loci morbus primum insultum fecerit: ita tamen vt illius aër emendatior sit, arte, vel natura. Aquilonibus perflatum laudant, obuijs vlnis excipiendę Etesiæ, vt suo tẽpore

Aër peste obsessorum.

Venti prosperi.

Sol seminaria putria profligat.

pore etiam Fauonij. Solem vnicũ inquit Princeps Aboali, qui rectificat aërẽ calefactione, & exiccatione: atqui loca Borealia soli opposita sunt. Locus sit flatibus vẽtorum expositus. Sol suo exortu receptus, lumine & calore vt gratissimus, ita spiritibus & valetudini peramicus: & si meridianũ attigerit pũctum, culpa omni vacat, nisi Australibus ventis turbatus fuerit aër, vel plaga meridionalis, ex accidenti, cæno lacunisque abundauerit, vel suapte natura ei loco infestus fuerit Auster, vt certis quibusdam regionibus familiares, alijs ijdem exitio sint venti.

Ignes succensi præseruationi conducũt non curationi.

Luculentus in ædibus ignis succẽsus, virtutem solis æquare, imo & superare vi siccante dicitur, atqui minime securum hoc pręsidium, supra indicatum, cum afflicti plus satis incendij & ardoris inclusi teneant, neque calidioris aëris attractu indigeant: magis conueniet pestem profligaturo, pręseruatriciq; methodo, quã curatrici, vbi aërem quam frigidissimũ, plenis buccis, flammæ extinguendę gratia, pulmonibus transmĩtti, concessum est. Verum è sarmentis vitium, coryli, iuniperiue, si in camino pira extructa fuerit,

rit, lectulo procul illinc conlocato, ne æstus ægrum feriat, nō omnino repudianda. Æstuaria Aquilonarium omnium siue hypocausta si quicquam aliud contagij traducis strenuam exhibent operam, cum frequentes eò conueniant domestici, ob sordes congestas, teter plærunque sit aër, qui calore rarior & mobilior factus, facilime hiantibus cutis spiraculis penetrat corpus, quibus de causis repræhensione minimè caret. Odoribus aliquantisper aër corrigi poterit, quorum materia è præseruatiua huc mutuanda. Tepidiusculum tamen conuenit esse aërem, ne frigidi appulsu improuiso ad penitiora retrocedant materiæ, quādo nos naturam æmulati, ad cutim protrudere omni studio conamur. Ore igitur quam frigidissimum aërem excipere minimè vetitū, modo stragulis, ita sit corpus contectum, vt patentibus cutis meatibus exhalare possit lurida vis veneni. At si ardēte Syrio, regione calida, corporis temperatura calida & sicca tyrannidem suam lues exercuerit, tum aëris mulceri poterit feruor refrigerantibus, quorum silua nuper tradita est, ne immodico calore

Hypocausta Borealium insalubria.

Miscetur præseruatio curationi.

Odoribus aër corrigendus.

Temperandus aër calidus.

Panis. dissolutum corpus animi deliquiis tentetur. A pane exordium sumunt cibarias leges statuentes, cum sit basis omnium alimẽtorum, homini familiarissimus, optimumque pręstat nutrimẽtum. Eum probè subactum & pistum volunt è secale etiam pauxillo furfuris admixto, si aluus steterit, è pura vero simila, si lubrica fuerit. *Fermentum.* Fermento quidã interdicunt ob acrimoniam, & sale quibus cõsuetum est populis: cęterum exigua fermenti massula cum totam pastam reddat rariorem, & *Panes azymi.* leuiorem eoque concoctu faciliorẽ, non improbarim cum azymos panes videamus pressos, graues, dẽsos, solidioris quidem nutrimenti (quod hic nõ quęrimus) verum longè difficilioris concoctionis. *Sal in pane.* Salis alia ratio, vt seminum cymini aut feniculi additorum, qui hic omitti vel potest, vel debet, ne salsugine ad pitissandũ stimulentur, alias siti propemodum enecti: denique si quid à fermento, sale, coctione in clibano, acquiritur acrimoniæ, oblatione aquæ simplicis, iterum repetita, facile tollitur, nisi placuerit succo acetosæ immersum aliquando edere. Hinc soliti sunt medullam panis albi, aqua ma-

cerare

cerare simplici, interdum rosacea, vt incommodo illi occurratur, panemque lotum vocare: è quo quidem trito, & iure pulli gallinacei decocto, vel emulsione seminis melonum, & amygdalarum dulcium, Panatellæ conuenientes ægris parantur. Ad carnes num sit transeundum in ambiguo est positum, cum Hippocrates solo Melicrato & ptisana febrientes alere iubeat. Et Cardanus, naturæ prodigium, his morbis contagiosis, carnibus penitus abstinendum monebat, eo quod facile putrescerent, tetrum inueherent fætorem: documento vel id esse, quod si carnes putrescant, longe grauiorem fætorem, conciliari, quam ab oleribus quibuscunque putrescentibus emergat. Fætor putredinis character: pestis in putredine. Oleribus potius pascendos, quam carnibus replendos voluit ægros. Idem de ouis iudicium: ipsique in more positũ fuit vix ante quadragesimum diem febre detentis præbere carnis buccellam. Equidem priscorum in omni vita frugalitas facile & in morbis admisit ἀκριβῆν diætam, cuius ne vestigiũ quidem apud nos cõspicitur. An quia profundę ingluuiei,

Panis lotus.

Panatella.

Carnium vsus non caret suspitione Cardano.

Ouorum perinde.

Tenuis diæta hoc seculo explosa.

& cupediarũ indaginibus, tam turpiter nos ſubiecimus, vt vix mancipium ſit magis in heri poteſtate, ideoque ne quidem dum morbis premimur, nobis temperare poſſumus: aut muliercularum tanta importunitas, vt nihil niſi cibos ad nauſeam vſque ægris obtrudere norint: vel languens adeò effætumque modo quod eſt, reſpectu prioris ſeculum, vt niſi ſubito eſculẽtis ſuccurſum fuerit, vires periclitentur: aut medicorum indulgentia, laxatum, remiſſumq; eſt ægris ſubtilis diętæ examen, antiquata veterum in cibando ſeueritate. Sat fuerit abrogatã noſtra tempeſtate legẽ, de extremè tenui dięta, magisque periclitabitur de fama ſua medicus, ſi inedia ægro macerato, mors ſub ſecuta fuerit, quam ſi medicamentis inconſulto adhibitis mortem accelerauiſſet. Præterea cum hic cogantur ægri, ad cibos capeſſendos, veriſimile eſt, paullo pleniorẽ diætam, extra noxam fore, modo ſuperioribus decretis regulis, non aduerſetur. Neque is putredinis gradus in viuo corpore imaginandus, qui alimenta ad fætorem vſque corrumpat, pręſertim artis præceptis opipare inſtructa. Vel ſi è

Alimentorum ea non eſt correptio in corpore quæ fætorẽ aduehat.

ſpiritu

ſpiritu olido id ſuſpicati fuerimus, eum non niſi deploratorum eſſe indicium dicemus, quibus tam edulia quam medicamenta fruſtrà proponuntur cum κεκρατημένοις ἐγχείρειν vetitum ſit, actum acturi, ſi appetitrice facultate extincta, carnes illis inculcauerimus. Addo & hoc, carnes aceto, ſucco limonum, omphacio, & cæteris ejus claſſis præparari poſſe conditu- ris, vt ſaluæ diutius à putredine permaneant, calore prçſertim naturali non vniuerſim extincto. Eoque minus appoſita videtur comparatio carnium à viuo animali dudum reſectarum, aërique expoſitarum, ad putreſcendum, cum ijſdem ventriculo creditis, nõ minus quam animatum quid cadaueri, cum illic calor natiuus aliquomodo ſuperſtes reſiſtit, ilico in alimoniam redigit, hic omni auxilio deſtitutus facile ab extraneo rerum potiente pellitur. Olera vero quæ in eſum hominibus veniunt, vt plurimum adeo aquoſa ſunt, vt reluctentur calori extraneo, etiam frigida ſua qualitate, eoq; raro videmus vermes ex eis generari quã ę carnibus animalium putreſcentibus, licet de fructibus idem aſſeuerari non poſ-

Contra Cardanum.

Olera vermes non generant

fit. Proinde carnes cum tædium sola quoque masticatione pariant, tardius à stomacho conficiantur, easque primum omnium morbosi auersari incipiant, raro per se illis obiiciuntur, sed vel minutim concisis vel tusis, tum brodijs varijs, succo puta arantiorum, nucleis pinearum, & pistacijs, emulsione seminis melonũ, vua acerba, amygdalis, cinnamomo, aliisque gulæ illecebris palato blandimur. Satius igitur fuerit pullos gallinaceos, capos, perdices, attagenas, phasianos, starnas, vituli, veruecis, hædique carnes, suo iuri incoquere tãtisper vt ossibus carnes nudentur vltro adiectis seminibus melonum, vel amygdalis aliquot, non neglectis pineis nucibus & pistaceis (licet acetosam, borraginem, melissam, cicoream, endiuiam, iuri incoquere) omnia pilę indita tundere pistillo, per setaceum traijcere, fortiter exprimere, demũ cinamomi nonnihil addere, aut si eius calor suspectus fuerit, corallos prę paratos vel nõnihil margaritarum, vt robur cordi impertiamur, & putredinem immodicè ferocientem cohibeamus. Quod si hæc minus grata fuerint, cũ hic & palato sit obsecun

Carnes preparatæ gratiam palato conciliant.

Contusum è carnibus.

Succus carnis assæ.

ſecundandum, eædem carnes veru affixæ, ad ignem toſtę, præſertim vitulina in minutulas diſſectæ partes, ſi contundantur, & ſuccus prælo exprimatur, is exiguo maceris, cinamono, & zuccaro condiatur, conueniens erit opſonium, citoq; in alimoniam tranſiens. Quæ vero alembico committuntur, cum aqua per deſtillationē inde permanans tenuis ſit & clara, vt pote è ſolis vaporibus denſatis collecta, præterquam quod prorſus inſipida, quam ſolidum poſſit præſtare nutrimentum non video, licet ratione potus aſſumtus liquor, quin commodo ſit, inficias non iuerim, vt infra declarabitur. Succedit ptiſſana, ſorbitionis tantum genus apud Hippocratem, ex hordeo pilatuſo, vnde Græcis denominationem ἀπὸ τοῦ πτίσσειν ſortita confectum. Nobis forte καταχρηστικῶς potus, ſorbitio, & pulmentum hordeo conſtantia, ptiſſanæ vocabulo ſignificantur, licet nonnullis diſtingui placeat, vt ptiſſana ſoli peculiariter potui tribuatur: hordeum vero eſitatum quacunque ratione præparatum fuerit, Hordeati titulo inſignitur. Nos etiam memores Phauorini Gelliani Philoſophi verbis

Stillatitia aqua Caponum inutilis.

Ptiſſana eiuſque ſignificatio apud priſcos & modernos.

Hordeatum & quo pacto fiat.

præſentibus loquendum, moribus vero præteritis viuendum monentis, hãc perſpicuitatis cauſa obſeruabimus diſtinctionem: Hordeatũ ſimpliciſſimo modo ſic fit. Hordeum crudũ, integrum, prius confricatum, & ventilatum in lebetem conijcitur, ſublatis glumis quæ aquæ innatant, coquitur aqua ſimplici, vel iure pulli non pingui tantiſper donec crepet & quaſi totum diſſoluatur: mortario inditum tunditur vehementer, poſtea per incerniculum ſuccus exprimitur cremori ſimilis, qui ſi craſſior fuerit, diluitur priore aqua vel iuſculo, deinceps lento igne coquitur iniecto pauxillo zuccari donec lactis conſiſtentiam pinguioris, vel eiuſdem cremoris craſſitiem conſequatur, & ſic exhibetur cochleari ſorbẽdum. Alij hordeum mundum manibus in aqua vehementer ſubigunt, innatantes abiiciunt glumas, tota nocte aqua tepida macerant, mane nocturna effuſa alteri immergunt, quæ igni expoſita bullit ad crepaturam vſque denuo colatur, teritur pila, affuſo lacte amygdalarum diſſoluitur, tertium colatur per ſetaceum, deinde lacte amygdalino addito, vehementer

Hordeati parandi alter modus.

menter bullit, cum ob flatulentiam auferendam, tum ne aduratur, lente si coxerit: extremum catino iniectum zuccaro pro arbitrio conditur. Sunt qui conuenientius putēt loco amygdalarum emulsionem seminis melonum substituere. Placet alijs è farina hordei cribrati, bene, adiecto lacte amygdalarū conficere pulmentum, quod minus arridet, eo quod hordeum neque excorticatum neque reliquis præparationibus flatulentiam deposuerit suam: quapropter rectius duobus prioribus administrabimus modis. Vel si mola crassius tritum hordeum, iure carnis diutissimè coctum fuerit, addito perpusillo aceti, quod Germanis *Gerstengrauppen* dicitur, non reiiciendum erit. Frequens est vsus apud Germanos medicos etiā auenati, quod fit ex auena eodem plane vt hordeum modo decocta, granis integris nimirū, & atræ pultis specie è farina, hanc quidem aceto condientes, esui magis congruam faciunt, maiori quoq; quam hordeū præconio, & quod flatibus carere & plus nutrire dicatur. Ex amygdalis tusis iuscula fiunt plurimū nutrientia. Laudatur lens decocta cum

Hordeati parandi tertius modus.

Auenatū Germanorum.

Gelatinarum conficiendarũ ratio.

aceto. Gelatinas exhibere non præter institutum fuerit, quas deliciarum causa rubro quoque colore tingunt. Sume vituli pedes quatuor extremos, probe mundatos, ad debitam mollitiem vino bullito, donec quasi in liquorem tenacem & crassum resoluti fuerint, contunde & exprime gnauiter (si decocto pedum carueris, aut vinum suspectũ fuerit, accipe decoctũ capi diutissime cocti ad libræ quãtitatem) iuri huic clarificato cum oui albugine, addito glutinis piscium ad drachmas duas. Bulliant denuo, & colentur zuccari libræ semisse permixto, cum vini rubri libra, & pannosarum laciniarũ quæ in officinis sub nomine Tornesolis (succũ scorpioidis verrucanę dicunt vel Heliotropij Tricocci) prostant vnciæ semisse, ob tincturam eleganti purpura saturatiorem reddendam. Extremo cinnamomi in pollinẽ redacti drachmas tres specierum aromatici rosati, vel diarrhodon abbatis, vel diamargaritonis frigidi, vel specierum è quibus claretum & Hippocratica fiunt vina drachmam adiice, leuiter calefiant, & per manicam Hippocraticam vulgo dictam percolato, tum aëri

frigido

frigido, vt quasi gelu cogatur, exponito. Alba nihil peculiare habet, nisi quod vini albi libris quatuor zuccari libra, lactis vero amygdalini libræ semissis adijcitur, cum pari cinamoni & specierum portione. Reliqua in præparatione cōsentiunt. Loco vini si aquas stillaticias immiscueris, vt sapori & gratiæ non parum derogabunt, ita valetudini exploratioris erūt vtilitatis. Ferculum album Mangiarblā-co Hispanorum est inuentum. Ablutæ oryzæ quatuor, amygdalarū duas, pulpæ è caponis pectore tres accipiunt vncias, miscent cum decocti caponis libra & Ichthyocollæ vel gummi tragacāthi qua congelationi suffecerit quantitate. Temperatur prius oryza per aliquot horas in aqua calida: posthæc omnia teruntur in pila tornatili lapidea, aspersis zuccari albissimi aqua rosacea dissoluti, quatuor vncijs. Sic decoquuntur ad iustam crassitiem omnia & reponūtur discissa in patinam prius egregie refrigeratā. Ex amylo cibus pręparatur, cui & emulsio amygdalarum & seminum melonū etiam papaueris admiscetur, qui cum nimium incrasset, plurimum nutriat, non eandem

Gelatina alba.

Mangiarblanco Hispanorū.

Puls ex amylo & farre.

cum

cum ſuperioribus laudem meretur, quia vix abſque periculo obſtructionis exhibebitur, quod etiã de farre accipi velim.

Olera. Eſpinachia, Borragine, attriplice, beta, lactuca, endiuia, fiunt cibi non inſuaues, ſi iure carnis decoquantur, oleo tamẽ & butyro abſtinendum: aſpergi poterit aliquid cinamomi, ſi minus humor inuiſus fuerit. Citam quoq; reddent aluum, pręterquam quod nonnihil calorem temperabunt, etiamſi exiguum nutriant.

Fructus aridi. Ficus, caricæ inquam, vuæ paſſæ maiores zibidæ dictæ, & minores Corinthiacę (zacynthiæ potius dicendæ cum inde maxima copia Venetias aduehãtur) pruna damaſcena, ceraſa arida, ſigillatim quæque decoquuntur aqua ſimplici, per ſetaceum pulpa elicitur, zuccaro, cinamomiq; pauxillo conditur, inde ægrotis ſalubria parantur fercula.

Panes dulciarii. Vbi animi deliquia, & ſyncopes affuerint, cum momẽto ferme reſtaurantia vires in promptu eſſe debeãt, non abs re fuerit panes dulciarios parare, qui vino potenti, vel aceto roſato imbuti, aut alijs aquis cordialibus immerſi, & exhibiti lapſum ſpirituum prohibere valeant.

Biſcotti. Biſcotti Italis, Muſtazzuoli & Muſcar

Muſcardini vocantur. Priores fiunt ex albuginibus ouorũ duodecim, luteis quatuor, zuccari albiſſimi libris quatuor, pollinis farinæ tenuiſſimi, è tritico puriſſimo, quantũ ſuffecerit, cum aniſi coriandrique ſeminum ſingulorum vnciis duabus mixtis fit paſta cũ aqua roſacea, quæ vel integra vel in maiora fruſta diſciſſa imponitur clibano ad duritiem vſque coquenda. Vnde etiã nomen aſſumſit, quaſi duplo diutius vulgari pane coquendus. Muſtazzuolis conficiendis materiam accipiunt panis Martij ad librarum trium pondus, cinamomi vncias quatuor, muſci vero odorati ſcrupulos duos adiiciunt, & cum aqua roſacea effingunt paſtillos. Operoſiores & magis medicamentoſi ſunt Muſcardini à moſcho dicti cum ex amyli vncijs duabus, zuccari vnciæ ſemiſſe, Benzoini ſcrupulo, iridis radicis granis decem, moſchi & ambrę ſingulorum granis octo, cum infuſione gummi tragachanthi ex aqua roſarum effingantur. Nihilominus cum tam odoratis cõſtent, ſpiritibus reficiẽdis quin præſentaneam ferant opem, extra omnem controuerſiam poſitum eſt, Præſertim ſi vino aromatico

Muſtazzuoli.

Muſcardini.

matico buccella intincta fuerit. Quod si calorem nimium extimescemus, facile is exhausto aquæ acetosæ aut eius generis cyatho delebitur. Oua plurimum nutriunt, & tuto exhibebuntur πνικτά hoc est in aqua suffocata, vbi caloris nonnihil illis adimitur, vt si antequam torreantur vna cum testa prius aceto aliquandiu immersa fuerint, vel inter edendum eius aliquid affusum fuerit. Ius acidum Pannonibus in quouis propè morbo familiarissimum sua lingua Keszeölcze dictum, carnis priuij tempore & aliis gẽtibus crebro vsurpatum (Austrijs stob, Cyceoni Hippocratico cum è polenta fiat non absimile) fit è fermento acerrimo, cui paullum triticeæ farinæ, multũ autem furfuris admixtum fuerit. Triduum loco calido asseruatur, postea affunditur aqua satis copiosa, quæ acorem mirum contrahit. Parum nutrit, febrientibus salubre, cremore vero amygdalarũ adiecto, vel ouo conquassato integro vim nutriendi ampliorem adipiscitur. Addũt alij etiam cymini semina, quod haud laudauerim in febribus, alias sapori illius nonnihil cõciliat deliciarum: nocturno vbi certarint

Oua suffocata

Ius acidum.

mero

mero putentes diurno, ad hoc præsidium tutissimum cõfugiunt, eoque appetitum ab orco reuocari iactitant temulenti homines. Carnes pasta inclusæ, furno coctę *Pastilli.* vt ἀρτοκρεατά, ἀρτολαγανὰ, tortæ, placentarum omnia genera, procul facessant. Cũ exiguum præbeant nutrimentum pisces cu- *Pisces non conueniunt.* iuscunque sint generis, excrementisque abũdent nisi aromatis, quibus hic locus non est, plusculum cõdiantur, satius esset exilio multare, nisi morositas ægrorum nos ad conniuendum cogeret, tum minutuli, saxatiles, & truttæ, missis reliquis, exhibendi. Esu fructuum æstiuorum, puta ficuum, cerasorum acidorum, amare- *Fructus fugaces.* narum, mororum, pręcociorum, pirorũ, muscatellinorum, & autumnalium, vt vuarum, persicorum, malorum Appiorum non in vniuersum arcemus ægros: attamen cauendum ne illorum immodico vsu cruditates acceleremus, eoque gustandos potius quam ad saturitatem comedendos proponimus. Limonibus, malis Medicis & Assirijs, nec nõ punicis pro arbitrio vesci poterũt. Ad potulenta mo- *Potus conueniens peste prahensis.* do transeundum, quę inter primatum sibi ptissana vendicauit, quod nominis tan

to

to libētius ad potum tranſtulimus, quod toto vertente anno, ob familiarem etiā plebi vſum officinis pharmacopæorum ſub eo nomine Lutetiæ proſtet. Qui penitius omnia penſitare & rimari volunt, quæ minimum, plurimum & mediocriter nutriant ptiſſanas ſola aquæ affuſione & coctionis diuturnitate modulantur. Hordei perpurgati parti, aquæ viginti affundunt, ad tertiæ conſumtionem bullitionem inſtituunt. Hæc minus nutriet. Si vero eidem hordei quantitati, decē partes aquæ affuderint, ad dimidij euaneſcentiam coxerint, plurimum ſibi nutrimenti pollicentur. Medium locum obtinebit, ſi hordeo, aquæ quindecim adiicientur partes, & ad tertias coxerint. Diſcrimen quoque inſtituunt ſi in amphora ad prunas, vel furno aut diplomate decocta fuerit, quod parum ad rem facere videtur. Pariſini delicatiorem parant accipiendo hordei mūdati vncias tres, glycirrhizæ vnciam, iuiubarum, paſſularum mundatarum ſingulorum ſemunciam. Decoquunt in aqua puriſſima ad librarū duarum remanentiam: eadem per manicam Hippocraticam colant addēdo zuccari

Ptiſſana potulenta.

Ptiſſana Lutetienſium.

cari ad quatuor vncias, clariorem & depuratã cinamomi ſcrupulis duobus aromatiſant. Stillata ſuccedunt, quibus ingentes tribuuntur dotes. Accipiunt gallum euiratum exenteratum, decoquũt, contundunt, totum id vaſe recondunt, igne ſubiecto per alembicum vel duplici vaſe deſtillant, qui modus quammaximè paratu facilimus. Alij herbas decoquunt inſtituto ſuo congruentes, ſcordium, bugloſſam borraginem, carduum benedictum, Meliſſam, cicoreã, endiuiam, acetoſam, ſcabioſam, biſtortam, tormentillam, lactucã, flores nympheę, violarum, bugloſſæ, borraginis, & vna cum galli iure deſtillandas alembico committunt. Sunt qui capum aquis deſtillatis plantarum iam cenſitarum incoquunt miſſis herbis. Vti nõ deſunt, qui amygdalas, nuces pineas, piſtacia, ſpecies aromaticas, Roſatum, aromaticũ caryophyllatum, Diarrhodon Abbatis, diatriaſantalon, diamargariton, electuarij de gẽmis, diambram, diamoſchum, pro epithemate cordis ſpecies adiiciant. Conſeruas proferũt alij roſarum, ſcordij, bugloſſę, violarum, borraginis, de floribus nenupharis, citri-

Stillata caponum.

Ii nis,

Aurum Stillatis quid conferat. nis, melissę cum succo pomorum odoratorum. Aurum signatum, torques, laminas siue bracteas auri addũt alij, sunt qui absoluta sublimatione cãdens aurum extinguãt aliquotiẽs. E quibus quid coctura decerpi possit præter sordes aut hydrargyrum nõ video: sciteq; dixit Trincauella præceptor, Aurũ exhilarare spiritus omnes, cum quis in crumena eo abundauerit. Paradigmata huiusmodi aquarũ passim varia apud practicos extãt, collecta reperire est parte secunda Euonymi Philiatri a Wolfio plublicata, quo lectorem reiicimus ne alienis plumis nostros ornemus commẽtariolos. Vnicum exemplo erit Florentinis medicis auctoribus. *Stillatum Florentinorum.* Accipe duos pingues & bene saginatos capos. Vnum coquito ad dissolutionem propemodum, contunde & exprimito, vehementer, reserua ius expressum. Postea secundum accipe caponem, vnica modo bullitione bulliat, vt paullũ mollescat, in partes disseca, tundito eum quoque. Fundo cucurbitæ inijce duos vel tres borraginis herbę manipulos, quibus insternito medullam panis similacei albissimi & leuissimi, quæ totum ius caponis

ponis primi absorpserit ante asseruatũ. Pani superpone secundum caponem frustillatim dissectum & sic destillationi cõmitte. Attamen satius fuerit cucurbitám vase vitreo figulino conflari, modicoq; igne accenso sublimari ne aduratur ob liquoris penuriam & gustui minus voluptatis creet. Cauendum quoque ne extrema destillationis confundantur prioribus, cum ingratissimi saporis sic permixta sint futura, sed seorsim colligantur. Et cum totis viribus excidio huius morbi sit studẽdum, in more positum habemus etiam potiones medicamentosas ægris præscribere, quibus loco consueti & familiaris igenti profectu succeſſu vtũtur. Aquas stillaticias imperamus buglossæ, borraginis, scordij, cardui sancti, bardanæ, scabiosæ, melissæ, tormẽtillæ, bistortæ, succisæ, calendulæ, ijs gratiæ cõciliandæ causa, & maioris efficaciæ addendæ commiscemus syrupos de succo acetosæ, cicerbitæ, de aciditate citri, de limonibus, de granatis acidis, oxysaccharam, Rob de ribes & berberis, myuam cytoniorum, ea quantitate vt semper aquarũ libræ vncia syrupi respondeat: licet hic

Potiones medicamentosæ.

quoq; obſecundandū ægri palato, prout dulciores amplexus fuerit vel aſpernabitur potiones. Extinguunt ſitim, tollunt obſtructiones, effrenis putredinis in immenſum coërcent progreſſum. Vinum granatorum ob oſſicula ſiue nucleos, πυρῆνα, nonnihil habent aſperitatis niſi zuccaro leniantur, & nimia vis aſtrictoria deliniatur, quod de acidis & ſylueſtribus non dulcibus vel medij quę vocant ſaporis accipi velim, cum ex illis potiſſimum torculari expręſsis, vina fiant, reliquis ob dulcedinem & maturitatem eſui gratiſsimis. Superius denique, cum inter panes dulciarios vinorum aromaticorum habita ſit mentio, quæ ſola ſua fragantia rediuiuos faciūt ſpiritus, licet ob aromatum quibus conſtant calorem, minus noſtro inſtituto quadrent: ſæpè tamen in ſyncope peſtis aſſecla, à morbi aueruncatione ad ſymptomatis retrahimus correctionem, quo loci hyeme aſpera, decrepito ſeni, vel alias corporis conſtitutione algida, rigidis ſeptentrionibus, quid obſtiterit, quominus vnum alterumue cochleare liceat exhibere, aut panem eo imbutū ori ingerere (qua ratione & aquæ cinamomi

Vinum granatorum Zuccaro conditum.

Vina aromatica in ſyncope conuenientiſsima.

momi aliquot guttulas interdum admittim⁊ us)cum ſua partium tenuitate,ſtatim corpus vniuerſum permeet, in halitum abeat, neque adeo vehemẽs incendium poſsit impingere, & ſi leuem ſcintillam accenderit, ea facile frigidis porrò hauſtis obliteretur:cum non deſint qui vinũ album, aſtringens, loco potus ordinarij ægrotis propinent,vbi tamen cautio magna adhibenda ne faces ſubdamus, aut oleum igni affundamus. Duorum generum ea ſtatuũt, quod ex albo vino paratur ad pelluciditatem, quam è trãſitu per filtrum adipiſcitur claretum: è rubro vero Hippocraticum ob ſacci turbinati per quam colatur figuram manicæ, vt aiunt, Hippocratis ſimilem denominauerunt. Fiunt è culinarijs ferè aromatibus, melli aut zuccaro commixtis, vinoque affuſo, ea plęrunq; proportione,vt mellis(quod hic exploſum volumus) vnciæ duæ,aromatum drachmæ reſpondeant,vini vero paullo plus ſelibra. At ſi zuccaro condietur,pulueris aromatici drachmæ,quadrabit vncia zuccari,vini libra fere,vel vncię decẽ. Vt ſi acceperis cinamomi ſex drachmas, zinziberis quatuor, nucis muſcatæ

Claretũ Hippocratium.

duas, caryophyllorum, granorum paradysi, singulorum drachmam, cardamomi, piperis longi, calami aromatici, coriandri pręparati, singulorum scrupulũ. Angelica & diptamo additis asserunt pestilentibus conuenientius reddi. Mixta teres craſsicule additis vini potentis odorati Cretici vel Gręci, Vesuuij mõtis aut Peloponneso aduecti (quod Romaniam vulgus vocat) libris octo mellis despumati probéque colati viginti sex vnçias. Vbi steterint die naturali ad solem, furnum, aut alium locũ calidum, sæpius traiiciuntur per saccum laneum vel filtrum. Aut mellis vice, zuccari quindecim vnciç, vini vero mensuræ nostrates duæ. Quibus mixtis vinum cõficitur Hippocraticum, non tam bibendo quam vt lingua & palatum eo imbuta fragrantiam porro ad penitiores spiritibus vectoribus, corporis transmittat partes, cum a frigidis non facilè hoc consequamur. Aurea demum mediocritas, in metienda cibi assumendi quantitate seruãda, virium & tolerantiæ ventriculi æqua ratione habita, ne inquã turgidũ succis bonis reddamus corpus, neque vẽtriculo negocium facessamus, vt

Quantitas cibi vnde petenda.

vt oneri ſuccumbens cruditates accele-ret aut laceſſitus calor a ciborum con-gerie pugnã cum morbo detrectet. Cui vt occurramus incommodo, neque ſpi-rituum reparationi deſimus, quod vna vice proponẽdum eſſet, in plures diuidi-mus, ſæpe & parum prębemus, vt crebra iteratione pẽſemus iuſtam quantitatem. Ter quateruе interdiu, bis noctu paſtum inire nec parum, neque nimium fuerit, ſatis fiet virtuti hac ratione, nec ventricu lo vlla creabitur moleſtia, mediiſque tẽ-porum interuallis, alia reſtaurantia, mu-tatis vicibus, cum & ipſa varietas oblecta mento ſit, alia alijs ſubſtituendo, propo-nentur. Tempus oportunum paſturę tra ditur, quod immune a febre deprælien-ſum fuerit: atqui cum in continuis nulla relaxatio animaduertatur (ſiquidem nul-lis modulis & interuallis accedant, dece-dantque) quo tempore minimè febriue-rit exhibendę erunt alimonię. Et ſicut in ſynochis creſcentiũ, eodem tenore per-ſeuerantium, & deficientium, differen-tiæ traduntur, ita hic quoque nonnihil induciarum deprælıẽditur, ijs præſertim febribus, quę ſpem vitæ non ex toto pręſciderunt

Repetenda cibi exhibitio.

Tempus cibi exhibendi.

Sinceritas à febre tempus commendendi ostendit. ciderunt. Quare omnia propemodum momenta in numeratis habenda, morbi decursu explorato, vt cum paullò sincerius sese habuerit præcipitem non negligamus occasionẽ, sed subinde cibo ceu supplementario milite submisso, vires naturæ morbum depugnaturæ, addamus: quę paroxysmi tempore, cum sęua sunt omnia, vni vacat certamini, nec absque discrimine ad cibi confectionem spiritibus & calore huc deriuatis, auocabitur. Fit nonnũquam, vt solidiorum ciborum exhibendorum oportunitate negata, solis potulentis ægros refocillemus, ne omni prorsus destituti recreatione miseram exhalent animam. *Motus.* Motu suapte natura illis interdictum est, cum lectulo affixi, facultatibus animalibus languentibus, vix sese erigere, circumue volutare, in quemuis vsum se possint, tantũ abest, vt cõcitatiore motu exerceri queant. Quocirca superuacaneum est motu prohibere eos, eo quod is calore aucto copiosioris frequentiorisque aëris attrahẽdi porrigat necessitatem, quod fugiendum monuerat iam ante Hippocrates. *Motu omnia conseruantur.* Tantam vice versa motui Plato tribuit efficaciã, vt

vt crediderit omnia ob motum conseruari quatenus à calore conseruantur, qui per ipsum excitatur, Quieti igitur laboriosæ cum præter votum indulgere necesse sit, in declinatione morbi, moderata exercitia, discutiẽdis reliquiis non inutilia erũt, vt veterum erant aurigationes, naui vectationes, & lectis pẽsilibus commotiones. Somnum perniciosum asserunt, quia id temporis, quod somno impertimur calor intus latitat, neque se proripit, ad ambitum corporis, & cõclusum illic virus fouet, ad cutim propellendum aliàs, & euocandum: atqui per vigilias, extima peruolitante calore, spiritibus comitibus: etiam venenum intima deserit, & principia membra, faciliusque per cutim excluditur, via sudoris, & sensum effugientis trãspirationis, quas & medicus expeditas reddere iubetur. Inquietudine autẽ, perpetua torqueri, quam sit onerosum sibi ipsis testes ægri esse possunt, suffragium etiam Poëta ferente.

Motus in declinatione.

Somnus cur noxius.

Quod caret alterna requie durabile non est
Hæc reuocat vires fessaq; membra leuat.

E quidẽ salutis augurium capitur è somno, qui si auxerit vires, laudem meretur,

Somnus si vires auxerit probandus.

vbi vero flaccidius reliquerit corpus letalem indicat, primus Aphorismus segmenti secundi. Hi sunt veterni, qui si vspiam, hoc casu exitiales censentur, vel quod vigilatæ noctes, propria sint rapidarum febrium symptomata, contrariũque succedens, validam causam, & diuersam arguat: vel quia humoris tanta est cõgeries, vt calor igneus, alias vigiliarũ auctor, eodem subigẽdo, crassis cerebrum oppleat vaporibus. Interdum ij contenti cerebro, liquantur, & diffusi per eius substantiam, ventriculosque eiusmodi sopores graues, & immedicabiles inducunt. Procliuitas ad somnum sæpenumero inuadit propter defectum virium, sicut exhaustis spiritibus homines naturaliter somnum expetunt. Hi tympanorum strepitu, tuba, crepitaculis, porcorum grunnitu, murmure, aliisque artibus fallacibus (vt Opimius auarus apud Horatium satyra 3. lib. 2.) expergefaciendi, tum etiã euibrandus animus ægri, ne cibi quoq; oblitus, viribus labatur, & perpetuo intus calor detentus, agresti indomitęque putredini, stimulum addat, omni per cutaneas partes dissipatione prohibita. Hic quo

Veterni cur letales in peste.

Sopores discutiendi.

quoque medium tenuere beati, vt tantiſ- *Somnus & vigiliæ ſibi mutuo ſuccedunt.*
per ſomnus producatur quoad viribus
ſubuentum fuerit, vigiliis moderatis ſuc-
cedētibus, vt excretionibus ſpacium de-
tur, ea tamen lege, vt ſi paria paribus con-
ferantur, & optio detur, præſtet vigilias
ſomnis vberiores eſſe. Nam etſi per ſom-
num calore intus obuerſante, humores
coquantur, niſi tamē per vigilias, eodem
emergente, vna eductæ fuerint materiæ
febriles, intus coërcitæ, duplicatur calor
& protinus aucta putredine, in incendiū
maius degenerat. At ſi alter, alteri locum
conceſſerint, motu ſucceſſiuo vterque,
tum quod coctum fuerit vacuabitur, &
deinceps reſiduum feliciore nixu aggre-
dietur natura. Ceteroqui, quibus eadem *Excretiones corporis liberæ ſunt omnes.*
ſeſe expurgare cōſueuit cloacas peruias
eſſe oportet ne ſicubi expulſionem moli
ta fuerit remorā offendat natura. Aluus
cietur quotidie clyſmatibus iniectis, ſi
ſponte officium non fecerit, quorum ma
teria & deſcriptio ſequenti declarabitur
capite. Sanguinis fluor è naribus, die iu-
dicatorio, ſtatu morbi, ægri commodo
erit. Status in fæminis menſtruus fluxus,
mariſæ quibuſdam ſordidæ tabo ſanieq;
ſi

ſi apparuerint, non retrudendę. Plurimũ per ſudores & vrinas vacuari febriles materias docet Galenus, eoque præ cæteris huc inuigilandum, vt naturę conatus adiuuentur, qua ratione excuſſo onere in ſpem erecta reſiduo exterminando facilius vacet. Vrinas prouocantia omnium propè febrium declinationibus propinãtur: ſudores autem elicientia hic quam familiariſſima eſſe oportet, quorũ exempla infra proponentur. Aures perpurgatæ, nares emunctæ, capillitium pexum, ſordes pedum exterſæ, omnis denique munditiês non tam nitori, quam vtilitati apertum corpus conſeruando, non ſecus quam oſcitationes, pandiculationes, aut dum ſternutamentis quatimur, conducunt. Et Agamemnonem peſte ad Troiã graſſante, exercitum luſtraſſe, auctor eſt Homerus, prima Iliade. Cuius edicto parentes abluebantur & caſtrorum ſordes in mare deriuabant. Verſus hi ſunt.

λαοὺς δ᾽ Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν·
οἱ δ᾽ ἀπελυμαίνοντο εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.

Poſtremum ijs conuerſari quibus delectantur iubet Princeps, quo loci comprę hendit omnes tam corporis quam animi

illece

Illecebras. Ægre hilaritatem persuaserimus, crudeli deuinctis morbo: caute quoque agendum ne in nos retorqueant Comicum illud. Facile omnes cum valemus bona consilia ægrotis damus: tu hic si fies aliter sentias. Cauēdum, ne perturbentur rumoribus infestis, occasio excādescentiæ amputetur, exosæ personæ in conspectum ne admittantur, deniq; enitendum, ne quid eis bilem moueat humoribus iam ante feruore plus satis exagitatis. Medico incumbit præ cęteris tumida spe eum lactare, vultu & oblatis illi quantum ars & conscientia permiserint ad assentationē vsque blandiri. Quibus autem pietas religioque cordi est, solidam captātes rebus cælestibus voluptatem, accersunt eos quibus salus animarū nostrarum credita est, delictorū poscentes veniam, consolationibus diuinis fontibus petitis obfirmant in omnem euentum corda, in vnicum vitæ auctorem spe sua defixa, intrepidi expectāt definitum de vita neceque sua Dei decretum, animis vsque adeo constantes, vt si fractus illabatur orbis, impauidos ferituræ sint ruinę. Tum si letum euaserint, diuinæ clementiæ

Hilaritas imperanda.

Spes omnis in Deū vitæ auctorem collocanda.

mentię malis rationibus finem facientes vita emendata acceptum referũt: ſi morbo ſuccubuerint, corruptibile corpus, incorruptibili, quo omnes aſpiramus felici μεταμορφώσει gloria commutaturi, tantiſper ea ſpe ſuſtentãtur, quoad Deo animam à quo acceperant reſtituerint.

Pharmacia: vbi peſtem eliminantia recenſentur medicamina. CAP. VII.

Curatoriæ indicationes repetitæ.

VNiuerſum medelæ faciendæ cardinem, in alterando, vacuando, roborando, & veneni repreſſione volui ſuperius indicatum fuit. Feruor febrilis nimirum refrigerantibus & humectantibus mitigandus, cauſa morbi cum naturę beneficium ſit aſpernata vijs deputatis excludenda, puta aluo, vrina, ſudoribus, & ſanguinis cui impactum eſt contagiũ imminutione: cor fons vitæ firmandum ne lapſis viribus morbo ſuccumbat: alexipharmaca demum propinanda quę laxis iunceiſque habenis graſſari minime patiantur venenum, ſed viribus cum morbo de hominis poſſeſſione depugnãtibus præſidium afferant. Eodemne momento cumulate ijs ſatisfiet indicationibus? licebit ne hæc ſibi permiſcendo confundere,

Primas quæ indicatio teneat.

dere, aut quænam harum primatum sibi vendicabit? Etenim si diuersa est perfrigeratio à purgatione, & hæc à corroboratione, cum illa qualitatibus primis absoluatur, excretiones vero promouentia, peculiari & priuata id agant facultate: plæraque autem vires instaurantium, leui cōstent siccitate astrictioni cōiuncta, vt ceu in cuneum suas cogēdo phalanges effluuium & dissipationem spirituū prohibeant. Merito igitur ambigitur, cum erratum hic in procliui sit, & dissimilia sint opera, cui manus primum admouenda: omnia siquidem nullo discrimine habito si adhibueris pluribus intētam naturā vagam distrahes, vt cuinam vacare debeat (nec enim vni medicamento hęc insunt omniá) incompertū illi sit futurum. Accedit & medicorum communis consensus inquientiū, nisi hæc omnia intra diei naturalis spacium properè confeceris, comitē rei male gestæ habebis pœnitentiam, vel mortē deniq; ipsam eum si transilieris terminum. Dubitatio nō minor de aluum exonerantibus an hîc competant remedijs, eo quod in peste humores omnes agitati & cōturbati dicantur, potissi

Dissidentes in dicationes.

Spacio diei naturalis omnibus satisfaciendum medicationibus.

Num in peste purgatio conueniat.

potiſſimum qui è limo ſanguinis efferueſcente eam exoriri ſtatuunt: proprium vero purgantium, turbare, & exagitare omnes corporis ſuccos: at hic afflicto nō eſſet addenda afflictio. Exemplum podagræ documento fuerit, vbi metu volubilitatis humorum experimēto cernimus præſentaneo malo exhiberi purgantia, quia attenuati rariores & liquidiores redditi, ceu ſtimulo quodā excitati proni ad membrum læſum concitato motu proruunt, effrenatoſque pariūt dolores. Verendum itaque ne in peſtilitate pharmaco exagitati, rapido impetu vitę domicilium cor ſuffocēt. Prior ſcrupus tollitur medico axiomate. In omni morbo cauſam primum abſcindendam poſt ad intemperiem corrigendā tranſeundum docente. Ceteris febribus ſtercorarios ductus eluimus, deinde materiam expulſioni pręparamus, lenta abſtergēdo, craſſa attenuando, viſcida incidendo, quibus obſtructiones aperimus, eademque opera refrigeramus, donec ſignis coctionis in lotio conſpicuis, ad materiæ extirpationē cōdeſcendamus. Hic gregaria non eſt putredo ſed quæ plurimum venenoſi vitij

In podagra ſuſpecta purgatio.

Primi dubii enodatio.

Alia via peſtilentes curandæ quam vulgares putres.

vitij contraxerit, cui ob pręſentaneum diſcrimen enitemur occurrere ijs, quæ ſua natura, apta nata ſunt domare venenum, non obſtante regula, quæ iubet vniuerſales præmittendas vacuationes, antequã loco affecto medeamur, cum nullas hic morbus largiatur ferias. Eius putredinis cauſam diximus aërem venenatum, & contagioſum remotiorem: cominus autem vrget materia veneno infecta cordi incluſa, quæ propinquioris cauſæ rationem ſubit, ſuique exterminium poſtulat, non quidem per aluum cum operoſa & longas per ambages creberrimaq; diuerticula retractio iterata nullius eſſet operæ pretij (gibba enim iecoris per inteſtina non expurgantur) ſed ſanguinis vitia cum per habitum corporis, ſudore & ſenſum effugiente perſpiratione commodiſſimè extrudantur, ea nos quoque inſiſtere conuenit orbita, additis quæ vi inſita venenis aduerſantur ad extinguendum μίασμα conceptũ. Detur verbi gratia putredo librę pondere, qua ratione è ſanguine cui inhæret purgante pharmaco eliminabitur? ægrè admodum vel nunquam cum ἀιμάγωγον nullum ſit medicamentum.

Sanguinis vitia per cutim commodiſsime extruduntur.

Exemplo illuſtratur.

mentum. Sanguinem vena tuſa ſi detraxeris omnem exhauſtum oportuit, quia ſcintilla putredinis reliqua propagare vitium ſerpendo poteſt: æque ac nihil feceris ſi micam luridi veneni occultam præteriueris, vnde maius incendium conſequutione exorietur, neq; tutum tantam ſanguinis educi copiam, quæ educti cõtagij circa cor pẽnitius obuerſantis, ſpem nobis pariat. Exhibẽda potius alexipharmaca, quę agendo ſua natura in venenũ, ex aduerſa parte natura reluctante, venenum medio cõcluſum perimunt, vt modo antidoti exhibitæ doſis vna vnciatim aliquid demat, eadem repetita (iam vi veneni aliquãtiſper debilitata) totidem vel plures abſumat, illinc natura depugnãs, ſemper minutatim decerpendo progreſſum putredinis impediat: tum extirpãdi veneni ſpes emergit, quod nec vena ſecta, neq; pharmaci oblatione ſperare vnquam licuiſſet. Primum itaque locum ſibi vendicabunt Venenineca remedia, à quibus ad alui lenitionem progrediendum, nulla expectata humorum ὀργαζόντων coctione: Nec reformidanda humorum exagitatio, cum leui clyſmate, aut ore aſſumto

Alexipharmaca primum locum ſibi vendicant.

Alui lenitio ſecundo loco adhibenda.

sumto pharmaco via sternitur exitũ molienti materiæ furenti. Abstinemus validis medicaminibus purgantibus, diagridio, elaterio, colocynthide, quia hic alui familiaria sunt liquamenta; & quia deleteriæ facultatis sunt participia, mutuaq; affinitate sibi opitulata, malum exacerbarent, vt calorem excedentem quibus sunt prædita alto prætereamus silentio. Secus in arthriticis, cum è remotis partibus vi trahendę sint materię, ignauis hoc non præstabimus, potentiora requiruntur, quorum si iusta fuerit quantitas, etiãsi exagitauerint, vna tamen educent exagitatum non absq; ægri cõmodo humorem vitiosum. Quibus scarificationes, & venæ sectio competent, porrò administrabuntur, a quibus ad alterantia transeundum, quæ tota morbi periodo minimè negligenda. Materia remediorũ iam describenda venit, sumto initio à simplicibus, hinc ad composita transitione facta, ijs quidem paratu facilibus quę officinis prostant semper parata, tum priuata quædam, cum vsu assumendorum vel admouendorum distinctione sexus, ætatis, & temporis habita, notabũtur. Pestis

Vehementer purgantibus abstinendum.

Arthriticis lenia pharmaca non conducũt.

Venæ sectio tertium locum sortitur.

In remediorum recitatione quis ordo obseruatus.

Sublunaria ferè omnia pestis exterminio materiam suppeditant. remedia petũtur ab omnibus fere sublunaribus corporibus, adeo prouidam dixeris fuisse in genere humano conseruãdo naturam. *Aër.* Ab aëre Manna licet arboribus exudare eam multi tradiderint. *Terra.* E terra eruitur sal apud Pannones & Sarmatas, bolus Armena, sphragitis Lemnia, calchantum, sulphur, stibium, lapis lazuli & Armenus, boletus ceruinus, saphi- *Aqua.* rus, hiacinthus & gẽmæ ijs affines. Aqua coctione assumit vires medicamẽtorum & destillatione. Sunt tamen aquis innatæ herbæ & animalia: corallus vterque, succinum, vniones, nymphæa, lenticula *Animalia integra.* palustris. Animalia integra in vsum veniunt, mustella, hircus fætẽs, vipera, scorpij, rubetæ, ostrea. *Partes animalium.* Partes eorũdem, cornu cerui, cornu capræ in suffiendo, monocerotis, ebur, os de corde cerui. *Excrementa eorundem.* Excremẽta, stercus columbinum, ambra, moschus, Zibethum, lotiũ humanum. *Stirpes.* E stirpium classe quam plurima. Arborum radices, trunci, cortices delibrati, fructus, resinæ, vt cinamomum, caryophylli, macer, nux moschata, thus, caphura, agari- *Radices pesti aduersantes.* cus. Generatim recẽsentur radices, post ad vsum applicabuntur. Radix enulę, Im-

peratoriæ quam Ostrutium dicunt, angelicæ, diptami quę & fraxinella, Rhabarbari, raphani, zedoariæ, gentianæ, carolinæ quam & Cardopatiam & Cameleontem albũ putant, radix Rhodia, Tormentillæ, pimpinellæ maioris, saxifragæ, bistortæ, caryophyllatæ (ob præstantiam Germani Benedictam indigitant) succisæ, allium, petasitis, scorzoneræ, vincetoxici quæ Asclepias existimatur, leuistici, peucedani, Doronici, phu, baccaris, valerianæ communis, farfarę, cyperi, acori vulgaris cum habeat multum astrictionis, bardanę, aristolochiarum omnium asparagi. Herbæ. Mirrhis dioscoridis nobis non sat nota, scordium, ruta, carduus benedictus, saluia, melissa tam apiastrum quam quę nuper admodum nobis innotuit Turcica, verbascum maius, ocymũ, scabiosa, cyanus, borrago, buglossa, galega; solanum, halicacabum, dictamnus creticus, calendula, acetosa, pimpinella minor quam Italicam & sanguisorbam dicimus, hypericon, Intyba omnia, cicer bita, verbenaca, rosmarinus, lauendula, phyllitis, citrali, spica odorata, veronica mas, tanacetũ, chamędrys, trifolium he *Herbæ.*

paticū, & acetoſum forte etiam bituminoſum, cardiaca, molucca, plantago, ſolatrum, lactuca, portulacá, lens paluſtris, bardana, farfara, polium montanū. Flores Meliſſæ communis, & Turcicæ, roſmarini per ἀντονομασίαν anthos dicti, cyani, bugloſſæ, borraginis, lilij conuallium, lauendulæ, roſarum, violarum, ſambuci, cheiri, cicoreæ, nenupharis, vtriuſq; ſaluiæ, betonicæ, citri, limonum, arantiorū, balauſtia, cytini, caryophylli vulgares, lupuli. Semina. Cucurbitæ, cucumeris, melonis, anguriæ, lactucę, portulacę, endiuiæ, ſcariolæ, cytoniorum citri, napi, ocymi, vrticę, berberis, bombacis, coriandri Fructus. Anguria, melopepo, malus Punica, citria, medica, cytonia, myrobalani omnes, nux muſchata, ſebeſten. Tamar Indi, caſſia, cappares, oliuę, caricæ, iuglādis nux, lauri baccæ & iuniperi, ribes, berberis, mora, agreſta, amygdalæ, piſtacia, ſtrobili. Compoſita paſſim officinis obuia ore ingeruntur, aquæ ſtillaticię, Iulebi, ſyrupi, conſeruę, condita, ſpecies aromaticę, electuaria, & opiatę, pulueres, tabellę, trochiſci, rotulæ. Foris admouentur Epithemata, gargariſmata, oxirrhodina,

Flores. *Semina.* *Fructus.* *Compoſita remedia peſtilētia officinis venalia.* *Aſſumta.* *Adhibita.*

na,anacolemata, suffitus,olea, linimēta, sacculi, & in tuberum curatione emplastra,vesicatoria. Aquæ stillaticiæ,rosarū, acetosę,agrimonię, alkakengi,buglossæ, borraginis, cuscutæ, cardui benedicti, hippuridis, cerefolij, cerasorum nigrorum, solatri, cicoreæ, endiuiæ, fragarię, Tanaceti,feniculi,foliorum quercus,florum papaueris erratici,maioranæ,hyperici, florum sambuci, florum prunellorū syluestrium,lactucæ,lauendulæ,melissę, nenupharis,prunellę, pimpinellę,portulacę,veronicæ,plātaginis scabiosæ. Tapsi barbati,scordij, verbenę,violarum, Taraxaci. Acetum quoque lauendulæ, lilij conuallium, rosarum, florum sambuci, caryophyllorum. Iulebi. Rosaceus & violaceus. Syrupi. Acetosus simplex,de succo acetosę, acetositatis citri, de limonibus,de succo endiuię,pomis,de granatis acidis, succo violarum, oxysacchara, de succo scordij, de succo cardui, de agresta, rosatus solutiuus, myrtinus, succo borraginis, succo buglossæ, succo cicerbitæ, de Nenuphare Francisci de Pedemontium. Conserue. è floribus rosarum, violarum, caryophyllorū communium,

Aquæ stillatæ.

Acetum aromaticum.

Iulebi.

Syrupi.

Conserue.

buglosse, borraginis, cicoreę, melissę Turcicæ, anthos, nenupharis, sambuci, saluię scordij, persicorum. *Condita.* Condita. Corticum citri, florum arantiorum, cytriorum, myrobalani omnes, pira muscatellina, cerasa acida, stolones lactucarum, nux muschata integra, enulę, pimpinellę cicoręque radicum, cortices arantiorum arantiaque integra, persica mala. *Succi inspissati.* Succi inspissati. Rob ribes, berberorum, diamoron, pulpa prunorum acidorum. *Species aromaticæ.* Pulueres aromatici. Species Pharmacopæi nominant. Aromaticum rosatum, aromaticum caryophyllatū, diambra, diamoschum dulce & amarum diacinnamomū diamargariton calidū, & frigidum, diarrhodon abbatis, diatriosantalon, diaxilaloës, de gemmis, lęticiæ Rhasis, liberantis. *Opiata.* Electuaria in forma opiatarum, Theriaca Andromachi, Mythridatū, Aurea Alexandrina, diatessaron, athanasia, antidotus de sanguinibus, electuarium de ouo, de zedoaria, alkermes, diamarenatum, diacytoniton. *Pulueres.* Pulueres. pro epithemate cordis, iecoris, contra pestem, puluis electuarij de bolo, bezoharticus apud Nicolaum. *Trochisci.* Trochisci. de berberis, de semine

mine acetosę, diarrhodon, de camphura, de terra sigillata, de spodio, pro fumigijs. Tabellæ. Manus Christi cum & absque perlis, confectio liberantis, diacorallion, rotulæ de extractionibus zedoariæ, angelicę, carolinę, cardui, ex oleis cinamomi, caryophyllorum, carabe. Epithemata, tam pro corde quam iecore parata in promtu non sunt præter pulueres qui aquis diluuntur peculiaribus, vt suo loco dicetur, quemadmodū etiam oxyrrhodina varijs pro necessitate cōstant remedijs. Oleis vtimur scorpionum, liliorum alborū, de hyperico, charanticę, vitrioli, Carauitę, Tartari, rosarum, violarum, de semine cucurbitę, balsamis varijs, veluti vnguentis. Populneo, de Nenuphare, citrino, rosato, albo, Infrigidante Galeni, alabastrino. Sic etiam sacculi bombace referti, asperguntur pulueribus cordialibus, cordiq; apponuntur. Exempla vtendi subnectētur. Triuialis hic est vsus. Radices exiguo delectu habito cum eiusdē propemodum sint qualitatis, per sese mā duntur, quātitatem arbitrium cuiusque pręscribente: si sic ingratę esui videbuntur, aceto macerantur, vel decoquuntur

Tabellæ. *Epithemata.* *Oxyrrhodina* *Olea.* *Vnguenta.* *Sacculi.* *Vsus radicum*

vt molliores fiant, nonnihil ab acrimonia ſua remittant, vel ab aceto vis putredini *Collutio oris.* aduerſaria exacuatur. Oris collutioni aſſeruatur acetum: ſunt qui totam faciem eo abluant, vel laterculo ignito, aut ſilicibus candentibus affundant, vapore eo induſia, ſtragula lectorum, capitiſque integumenta ſuffumigent. Eſt etiam alia v- *Radices in puluerem tuſæ.* tendi ratio. Eaſdem radices ſimplices vel maceratas in puluerem comminuunt, drachmæque vel ſeſquialteræ pondere vino potenti vel ex aquarum ſtillaticiarum quauis, acetoue vino permixto, exhauriunt, hinc ſudatum ſeſe componunt ſemel atque iterum repetũt, veneni hac *Herbarũ vſus* ratione expulſionem molientes. Herbas alij decoquunt, vino ſolo aut aceto permixto: ſunt qui ſtillaticijs aquis elixent, ius illud colatum, probeque expreſſum hauriunt ieiuni. Neque hic admodum referre videtur, quaſnam acceperis herbas è ſupra recenſitarum catalogo, cum ferè omnes cognatarum ſint facultatum, vt quæuis ad manum fuerint ἐυπωεισὶ accipiatur: vſus tamen obtinuit plures commiſcere, & ſunt aliquæ ex ijs primatum ſortitæ, quibus interdum plebis opinione prin-

cipatus

cipatus obtigit, aut quam quisque magis exploratam habuerit, vel ab alijs prædicatam audiuerit, reliquis anteferre solet. E seminibus tusis, & liquore quouis dilutis emulsiones faciunt quasdam, expressione facta medullæ, vbi libræ aquæ simplicis, stillaticię vel hordeaceę, semuncia seminum respondet, saluis citri seminibus ob amarorem ingratioribus nisi syrupo dulcior reddita fuerit emulsio, alioqui è melonum & cucurbitæ seminibus fit potus non insuauis, qui toto morbi decursu, magis tamen cum ad vrinam diuertere volumus, si palato ægri arriserit, tuto propinabitur, vt per se semina rósacea abluta zuccaroque cõspersa quibusdam manduntur. Flores raro crudi nisi zuccaro fuerint conseruati, exceptis decoctionibus, in vsum veniũt, pręter borraginis, quas vino innatantes, non illepido aspectu quidam pro delicijs habent. Aceto flores sambuci maceratos sunt qui esitẽt, perinde vt arantiorum, cappares, oliuas, & feniculi muscaria siue corymbos. Fructuum frequens vsus est. Nuces Italicæ iuglandis cum ruta comeduntur, ad cautionem, assatas simpliciterue torrefactas, alij

Seminum vsus.

Emulsiones à seminibus.

Emulsio seminis melonum.

Florum vsus.

Fructuũ vsus.

alij prȩferunt, cytonia mala aſſa, eorundem crudorum portiunculȩ, in taleolos diſciſſȩ tumoribus apponũtur, ſpe veneni reprimendi, quod vulneribus ſagitta toxico illita inflictis ſingulare cẽſent Turci remedium. Vuȩ pretiȩ quam ribes vocant fructus zuccaro aſperſus vel aqua roſacea ablutus eſui eſt gratiſſimus, tum ob acorem, & quia leni aſtrictione veneni graſſationem coërcere creditur. Aquæ ſtillaticiȩ ordinarij potus vicem ſubeunt ægris, tota morbi periodo, cũ extinguendo feruori ſtrẽnuam prȩbeant operam, & refrænandȩ putredini non parum cõducant. Miſcentur tamen ijs & Iulebi & Syrupi ad gratiam conciliandam, tum ieiuno calidæ exhibentur, reliquo tempore & algidas haurire licebit. Quãtitatem prȩſcribet ægri temperantia, gurgites vix magna explentur mole, fȩminis & infantibus moderatio adhibenda. Vulgaris inualuit conſuetudo matutinorum ſyruporum, vt quatuor vncijs aquarum duȩ ſyrupi commiſceantur, quam doſim & augere, & imminuere, & ſyruporũ & aquarum delectus medici & ægri prudentiorum ſtabit, & cadet arbitrio. Materiam quoq;

Aquarum deſtillatarum vſus.

Quantitas potus aquarum.

Syrupi matutini doſis.

Epithemata ex aquis.

quoq; prębēt Epithematibus aquę cum drachmę ſpecierum plerunque aquę libra reſpondeat, addito aceti modico, caphurę crocique momēto: quemadmodum in confectionibus, ſeu ſiccis antidotis, coagmentatio ſpecierum ab humore petēda eſt, cuius vicem explebunt aquæ deſcriptę. Et tabellæ dum conficiuntur, liqueſcere zuccarum aquis oportet, quarum modulus ab operationis neceſſitate pendet, tantum enim aquę capitur quantum diſſolutioni competit. Embrochas capiti ſiue frontalia ſi paraueris abſque aquis ſtillatitijs commode vix perficies, plebi quoque notiſſimo dolorū mulcendorum remedio. Tam varius & multiplex aquarum vſus. Conſeruę corroborationi dicatę ſunt, quam vt gnauiter prę ſtent, adijciuntur pulueres aromatici, dia moſchi, diambrę, & ceteri, veluti ſcobes gemmarum, coralli, vniones, ijs vero quibus res eſt anguſta domi aliquid radicum vel herbarum tritarum aut bolus Armena cum ſpeciebus liberātis adiicitur. Etiā hoc loci vncię conſeruarum, reſpondet ſemiſſis, aut integra pulucrum drachma, prout gratius, aut efficacius placuerit cōficere,

Embrochæ.

Conſeruarum vſus.

Doſis.

Ratio miſcendi.

ficere, illorum ſiquidem aucta quantitas, gratiam, horum, edenti faſtidium pariet, ſed pollentiores vires largitur.

Tempus exhibitionis conſeruarum.

Statum exhibitionis tempus nullum, licet offerre pro libito, modo non purgans, ſudorificumue medicamentum, aut cibus iam tum ſit propoſitus. Verumtamen neque hic admodum ſcrupuloſi ſumus, quin aliquid concedamus delicatulis, qui dulcium eſu delectantur, qua ratione & condita omnia abſque diſcrimine temporis præberi poterunt & interdiu & nocte intempeſta cum vigilijs affliguntur, ita viribus ſuppetias ferri arbitrantur ægri.

Puluerum vtendi ratio.

Pulueres duorum ſunt generum, alij roboris, alij veneni protrudendi cauſa ſumuntur, illi vel conſeruis, vt ante dictum, commiſcētur, aut zuccaro aquis diſſoluto in tabellarū formam rediguntur: ſæpe etiam iuſculis & contuſis aſperguntur, potiſſimum qui ex vnionibus & corallis parātur, neq; hi exquiſitam poſtulant exhibendi normā, & quantitatem.

Pulueres duplices.

Hi autem drachmę, vel vnius cum ſemiſſe pondere, in aquis, vino, aceto permixtis calidi aſſumuntur, ſudoriſque tum proritationi vacatur, nō ſecus

secus, ac si antidotos maiores, eadem mensura propinasses: vtq; illi etiam circa pastum impune exhibentur, ita hi quam longissime à cibationibus offerendi, ne si quid in ventriculo latuerit, vna ad habitum corporis expansum transmittatur. Oleis scorpionum & vitrioli, guttatim intra corpus vtimur, illo, vero si arterias illeuerimus carpi, temporum, regionem cordis, vsus ipse quantitatem monstrabit. Hipericonis oleum, ad quatuor vncias, etiam ad libræ semissem, hisce regionibus potandum exhibent, larga pollicitatione, nisi euomuerint, pestem intrinsecus latentem expulsum, vel apostema si quod fuerit confestim ruptum iri. Balsama ad Bubones & alia φυματὰ extrinseca curanda conferunt, quemadmodum & vnguentis ad eadem elicienda, maturanda, vel vrenda locus est, ijs exceptis quæ dolori capitis mulcendo, & somno conciliando conducunt. Omnium horum exempla, doses, & tempus applicationis declarabuntur. Ad ægrum igitur in tempore (quod rerum omnium est primum) vbi ventum fuerit, consideratis

Pulueres secundi generis longè à cibo exhibendi.

Oleorum vsus.

Vnguenta.

Applicatio remediorum pestilentium.

signis

ſignis demonſtratiuis è proprio capite huc accerſitis, peſte languentem ſi deprçhenderis, tutiſſimum fuerit, ſequentium antidotorum vel puluerũ (quibus Theriaca & Mithridatica confectio ob nimiam familiaritatem, & quod raro ſyncera reperitur, ignauior cenſebitur, aut φιλοκαίνοις non niſi nouatoribus palmam tribuentibus) drachmam, vel vnam cum ſemiſſe ad duas vſque aquis ſubſcriptis dilutas calidè propinare. Perpetua hçc atque definita doſis minime eſto: Regione etenim frigida, ſeptentrionibus rigidis, agreſtem vitam agentibus, habitu corporis quadrato, denſo, augeri poterit, mollioribus vero delicatiorem in ocio traducentibus vitam minui: fœminis drachma ſufficit: infantibus non tam pondere quã ciceris aut piſi magnitudine exhibemus. Interdicit quidem Galenus theriaca pueris, ob raram corporis texturam, calorisque copiam, metu diſſipationis ſpirituũ. Vidimus tamen Romç excellẽtiſſimum doctorem Hippolytum Saluianum pueris bimulis exhibentem: cum ipſe imitatus, & liberis meis, vermibus vexatis, magno certè emolumento, non ſemel prçbui.

Antidotorum doſis.

Conſtitutio aëris & corporũ mutat doſin veluti ſexus & ætas.

Galenus in exhibitione Theriacæ ſcrupuloſus.

bui. Quapropter non tantopere illius vſum reformidandum cenſerem.

Sequuntur Antidoti.

Electuarium de Ouo. ℞ ouum recẽs quod gallina eo die depoſuit. Albo abiecto impone croci orientalis quãtum ingreditur. Aſſetur quoad ſufficit: poſtea cõtundetur benè & addetur radicis enulę campanę, tormentillæ, angelicę, ariſtolochiæ, diptami, dauci, pimpinellę, baccarum lauri, Valerianæ, ſcrophulariæ, ana, ʒ. ij. zinziberis, Zedoariæ, cinamomi, caryophyllorum, ana. ʒ. iij. caphurę ℥. j. Theriacę bonę, Mithridati electiſſimi an. ℥. v. fiat electuarium ſecundum artem. Addunt alij nucis vomicę ℥. j. vnicorni ʒ. j. *Electuarium de Ouo.*

Puluis Cæſaris contra peſtem. ℞ ſpecierum Theriacę Andromachi, sp. Mithridati optimi an. ʒ. vj. boli Armeni, ſulphuris correcti, cornu cerui ana ℥. ß. zedoarię, zinziberis ana. ʒ, iij. dictamni Cretici, tormentillæ, pimpinellę, gentianæ, an. ʒ ij. ℈. ij. caphurę ℈. iiij. Mirrhę croci ã. ʒ. j. oſſis de corde cerui ℈. ij. Miſce, fiat puluis q̃ pauliſper aſpergatur aqua vitę. *Puluis Cæſaris.*

Alius eiuſdem. ℞ zinziberis, caryo- *Puluis Cæſaris ſecundus.*

 phyllorum

phyllorum,zedoarię,galãgę,calami aromatici, baccarum lauri, granorum iuniperi,coriandri præparati, nucis muſchatæ, ſuccini albi, ariſtolochię vtriuſq; an. ℥.j.pimpinellę,corticum citri, piperis lõgi,macis,an.ʒ.iij.mirrhę, aſpalathi, radicis meu,angelicę an.ʒ.j. Rhabarbari ʒ.j.ß. agarici trochiſcati ʒ.j. dictamni cretici ℥.ß. ſcordij veri ℥.j. Boli armeni præparati ℥.ij.ß.ſeminis rutę,tormẽtillæ an. ʒ.ij.caphurę ʒ.ß.zuccari albiſſimi ℥.j.ß. Miſce,omniaque in puluerem minutiſſimum redigantur.

Species contra peſtem.

Species cordiales contra peſtem. ℞ boli armeni pręparati ℥.j. corallorum amborum radicis diptami,zedoarię,tormẽtillę,angelicę, doronici, morſus diaboli, tapſi barbati, pimpinellę, rhabarbari,cinamomi optimi an. ℥. ß. Hiacynthi præparati,lapidis aëtitis aqua roſarum & aceto pręparati, cornu cerui vſti & abluti an.ʒ.iij.criſtalli pręparati,corticum & ſeminum citri, roſarum rubrarum an. ʒ.ij. margaritarum pręparatarum, ſeminum portulacę, coriandri, florum borraginis, bugloſſę,nenupharis, violarum an.ʒ.j.ß ſmaragdi, ſaphyri, rubini, ligni aloës, raſurę

rasurę eboris, santali rubri & citrini, seminis cardui benedicti, croci orientalis, saluię, rutę, calendulę, scabiosę, caphurę an. ʒ. j. serici vsti ʒ. ß. foliorum auri & argenti numero iij. Leuigatis omnibus fiat puluis subtilis.

Compositio Theriacalis. Compositio theriacalis præstantissima. ℞ specierum supra nominatarum librã semis. Infunde in syrupi acetosi simplicis vel de acetositate citri, libra vna cũ dimidia, stent tribus diebus atque noctibus. Deinde misce theriacæ electissimę, mythridati, singulorũ libram, sic fiat cõpositio Theriacalis magnę efficacię.

Pro egenis. Egenis. ℞ radicum tormentillę, gentianę, zedoarię, diptami, tapsi barbati, carolinę an. ℥. ij. fiat puluis. Vel. ℞ theriacę ℥. j. ß. caphuræ ʒ. ij. croci ʒ. j. cum aqua solis fiat mixtura.

Aqua ad diluendas antidotes. Aqua odorata ad diluendas antidotos. ℞ aquę rosarum libras ij. aceti rosacei, vini maluatici, an. libram vnam, aquę solis ℥. iiij. ladani ʒ. iij. benzoini, stiracis calamitę, santalorum omnium an. ʒ. j. specierum diamuschi ℈. iiij. florum spicę, rosmarini, maioranæ, an. ℈. ij. cubebarũ, nucis muschatę, macis, caryophyllorum, li-

gni aloës an.ʒ.ß.caphuræ ℈.j.musci,ambrę an.grana,iiij. Distillentur omnia per alembicum vel balneum Mariæ. Incorporentur ea puluéres, & vsus eius est in facie abstergenda.

Species Sarracenicæ.

Species Sarracenicæ. ℞ boli armeni præparati, cinamomi an. ℥.j. radicis tormentillę ℥.ß.diptami, coriandri, rhabarbari an.ʒ.iij.croci, terræ sigillatę,corticũ citri,corallorum amborum,santali citrini,rasuræ eboris,margaritarum, centinodiæ in aceto pręparatæ, serici crudi, smaragdi,hyacinthi,granatorum, saphyri,rubini, an.ʒ.j.ß. carabe, macis, seminũ endiuiæ, acetosæ, portulacę,spodij,ligni aloës, ossis de corde cerui an. ℈. ij. auri & argenti an.ʒ:ß.vnicornu ℈. j. spicæ gran. iiij.musci,ambrę,an.grana,iij.zuccari albissimi libræ semissem. Misce, fiat puluis ad confectionem theriacalem.

Confectio theriacalis.

Cõfectio theriacalis.℞ theriacæ electę,mithridati electi ℥.iij.conseruæ rosarum ℥.ij.conserue violarũ,buglossę,borraginis electuarij de croco siue ouo an. ℥.j.sulphuris viui præparati ʒ.v. cinamomi electi ℥. ß. morsus diaboli, seminum citri,caphuræ an.ʒ.iij.specierum sarracenicarum,

nicarum,angelicæ,zedoariȩ, tormentillȩ,gentianæ,pimpinellæ, valerianæ an. ʒ.ij.ß.Specierum electuarij de gemmis, diamargariton frigidi,diambrȩ,diarrhodon abbatis an.ʒ.ij.Misce & cum syrupo acetositatis citri fiat mixtura.

Aqua solis ob præstantiam. ℞ Maioranæ,saluiæ,apsinthij,foliorum lauri, an. m̃.j.cardui benedicti, granorum iunipe ri,sulphuris viui præparati an.℥. ij.ß.radi cum tormentillæ,valerianæ,serpentariȩ, diptami, gentianȩ, morsus Diaboli an.℥. ij.cinamomi ℥.j.ß.caryophyllatæ, zedoa riæ, angelici, vincetoxici, enulæ, an.℥.j. radicis liquiritiæ ʒ.x. florum borraginis, buglossæ, violarum an.℥.ß.pomorũ Aurantiorum integrorum numero iij. baccarum lauri ʒ.iij.seminum anisi, feniculi,coriandri præparati an.ʒ.ij.ß. nucis vo micȩ,santali citrini,zinziberis,nucis mus chatæ,macis an.ʒ.ij. ligni aloës ʒ.j.ß.piperis longi,granorum paradysi an.℈.iiij. Incisa & contusa infundantur in aquæ vitæ libris. viij. Maluatici libris vj. per dies xiiij.Postea cola & exprime. Expres sioni adde Theriacæ, Mithridati an.℥.ij. ß.trochiscorum de camphora ʒ. ij.ß.len *Aqua solis.*

to igne distillentur secundum artem. Facta distillatione imponantur sequentes species. ℞ Rhabarbari electi ʒ.ij.ß.specierum electuarij de gemmis, diambræ, diamusci dulcis, diamargaritonis an.ʒ.j. ambræ ℈.ß.musci grana iiij.foliorum auri numero xx. spicæ, squinanthi an. ℈.ß. zuccari Cādi si dulcis esse debet ℥.iiij.Reponatur in vitrum & seruetur vsui. Dosis communis est ℥. ß. Sufficiant hæc exempla, huc translato etiam electuario de zedoaria & aqua Bezahartica ex capite de lue Pannonica. Quæ si cui non satisfecerint relegabitur ad nunquam satis laudatum Iacobum Hollerium, quo vix arbitror quenquam laudabiliora in medium produxisse. Vsus. Antidotis assumtis in lectum sese componere iubentur, sudorisque productioni tantisper vacare donec vires non penitus dissoluantur: operimenta non confertim remouenda, ne hiantibus cutis meatibus frigus sese insinuet, sudor pannis calidis exterguendus, demum cibus offerendus, vel corroborantium medicaminum nonnihil adhibendum. E sudoris qualitate, & quantitate pulsu vndoso, & magno, maxime vero

Dosis aquæ. *Iacobus Hollerius.* *Modus vtendi Antidotis.*

vero ægroti εὐφορία repetendæ antidoti indicium,& ſpes vitæ,quam maximè dependere videtur,quia ſi leuius ſenſerit,ſudor copioſus non διαφορητικός, neque olidus fuerit, naturę victoriam demonſtrat. Si vomitu eiecerit medicamentum,reiterare iubentur: ſi ne ſecundo quidem ventriculus amplexetur, in præcipiti eũ collocant practici ſaniores. Vnde mirari ſubit nonnullos extitiſſe qui præciperent vomitus prouocationem, hoc ſolo moti argumenti quod tumoribus extra cutim maiore impetu protrudendis occaſionẽ præbeat:ij autem nec in omni peſte protinus apparent,imo reuelli per vomitum videtur materia, quę aliâs à natura eo propellenda fuerat, vt vel ratione vacuati in corpore detineatur, neque tanta eſt ſpiritus in vomitu cohibitio, quæ extrudere valeat vaſis anguſtiſſimis conceptã materiam,quod in tuſſi videmus,ſpacioſis pulmonũ brachijs vbi expectoramus pituitam. Si inopinato circa initia accideret,vtique non omnino inutilis habendus eſſet:at ſi medicamento irritetur periculum imminebit, ne is poſthac etiam ſalutaria auerſetur pharmaca,eaq; ratio-

Sudorũ notæ.

Vomitus minime laudatur in peſte.

Vomitus non proritandus.

ne spē salutis pręscindat. Cui hæc fidem non fecerint, adeat 2. in 6. Epidemiorū com. 33. vbi vomitus in exanthematis, noxæ apparent. Quamprimum ex sudoris profluuio sese collegerit æger, cibis vel roborantibus medicamentis obfirmandus, & si aluus cōtumax fuerit, sexta post, vel circiter hora, clysma inijcietur, quod constabit iure pulli cui incoctę fuerint herbę mollientes, pariter & veneno aduersantes: addetur nonnihil cassię mellisue rosacei, aut violacei, vel zuccari aliquid, cum oleo rosaceo, aut violaceo, quod partim leniat & lubricet, partim refrigeret.

Clysma in peste.

Exemplum esto. ℞ Maluæ altheæ, violariæ, radicum altheę & liliorum alborū an. Manip. ß. scordij, veronicæ pauxillū, florum violarum, camomillæ, meliloti an. P. ij. caricarum pinguium paria. v. Decoquantur in sufficienti quantitate iuris pulli non saliti in colaturę libra. j. dissolue cassię extractę ℥. ij. vel mellis violati ℥. iij. vel zuccari ℥. iiij. & lib. ß. plus minusue sicut & in iure variat dosis. Olei violarum vel communis ℥. iij. amygdalini, vel butyri recentis nondum liquati ℥. iiij. Misce &

ce & fiat clysma. Hic neque irritat, neq; exasperat, quibus abstinēdum, metu colliquationis huic morbo per quam familiarissimæ. Qui clysmata abhorruerint, ijs per os exhibemus lenientia è cassia, Manna, Rhabarbaro, Myrobalanis, Catholico, Thamarindis. Diapruni simplice, quę vix trãscēdere licebit. Paradigma hoc fuerit. ℞ Cassiæ recens extractæ ℥. j. vel ʒ. x. plus minusue cũ zuccáro fiat bolus. Vel ℞ Mannæ calabricę ℥. j. ß vel ij. ad iij. vsque, dissoluatur in aquis scordij, cardui benedicti, scabiosę an. ℥. j. Misce fiat potio. Si biliosus fuerit cassię ℥. j. addito rhabarbari electi ʒ ß. Tamarindorũ pulpa ob acorem conuenientissima est, si extracta fuerit aqua acetosę vel simili. Catholici cum diapruni eadem quę cassiæ dosis, nisi quod cum dissoluenda fuerint liquoribus gratiora sunt futura, & cassia ipsa, quæ vix nisi in bolo deglutita assumi potest. Myrobalani ob leuē astrictionem qua robur partium tuentur, vehementer commendantur, & quia venenis aduersari eos creditum est. Dãtur per sese, & maceratorũ liquor sorbetur, quorum quinque cum sint genera diuersa

Lenitiuum in peste.

Tamar Indi conuenientes.

Myrobalani.

pro humore peccante, alij atque alij, vsurpandi, quod aliunde petendum erit. Plus tamen commodi expectãdum è clysmatis adhibitione, quam lenienti medicamẽto, & quod minus commouet humores, & quod velocioris sit operationis (hic vero totus cardo in celeritate positus, ob morbi vehementiam, qui quam citissimè sua percurrit tempora) eaque ratione amplius ad reliqua pharmaca trãseundi datur spacium. Conspecta clisteris operatione, vel lenientis medicamenti vis cum corpore excesserit, quibus competit venæ sectio ad eam accelerandum vel ad cucurbitulas cum scarificatione, quod sequenti capite docebitur. Explenda hęc opera intra id spacium quo primũ mobile, vel octauam sphæram circumagi Mathematici die nocteque in viginti quatuor horas æquales diuisis tradunt. Crebra puluerum & antidotorum repetitio cui nauseam pepererit, sequentẽ bibat emulsionem. ℞ aquę cardui benedicti ℥ iiij. seminum citri ʒ.j.ß. seminũ napi ʒ.j. terræ sigillatæ ʒ.ß. syrupi de succo scordij ℥.j. Misce fiat emulsio. Delicatiores sequentibus vtuntur orbiculis.

Clysma lenienti præferendũ.

Vena sectio a Clysmate.

Emulsio.

℞ corti

℞ corticum citri electorum ʒ.j. boli armeni orientalis ʒ. ß. zedoariæ, ligni aloës, ireos an. ℈.j. moschi, ambrę, an. grana iiij. Cum conserua rosarum fiant orbiculi de quibus sæpe comedat. Vel. ℞ zuccari aqua cinamomi dissoluti lib. ß. margaritarum præparatarum ʒ.j·ß. smaragdi præparati ʒ.ß. boli armeni orientalis præparati ℈.ij. olei cinamomi guttas vi. fiat confectio in rotulis de quibus interdum vnam atque alteram sumat. *Orbiculi.* *Alij.*

Naturæ deinceps motus obseruandus & raptus materiæ quonam ea feratur, an segregatam ad sua releget emunctoria, si ad caput ferantur, cor opprimere conentur, pectus occupent, & spiritus instrumēta. Illis ceu symptomatis postmodo occurrendum, nunquam intermissis quæ contagio latenti in corpore profligando conducunt. Nam vt initium faciamus de vitalibus actionibus lęsis eò quod cordis affectio primaria sit pestis constituta creberrimæ exurgũt syncopes, Animi igitur deliquijs ita mėdeberis. *Naturæ motus obseruandus.* *Symptomatis occurrendum.* *Aduersus syncopen.*

℞ aquæ Borraginis ℥.iiij. aquæ cerasorum nigrorum ℥. ij. syr. de succo scordij, vel de corticibus citri, vel de succo viola-

rum

Emulsio Margaritarum. rum, vel de succo acetosæ, ℥.ij. aut singulorum semunciam, margaritarum pręparatarum ʒ.ij. foliorum auri numero v. liquatis omnibus fiat emulsio bene lęuigatis vnionibus, ne asperitas ingratiorem reddat vsum. Si acidã malueris, succum limonum depuratum instillare poteris. Aut in forma electuarij.

Electuarium roborans cor. ℞ Conseruę rosarum, violarum, buglossæ, borraginis an. ℥.j. corallorum pręparatorum, margaritarũ pręparatarum, vnicornis, vel specierum aromaticarum, aut boleti ceruini an. ʒ.ß. cum syrupo de corticibus citri fiat electuarium in formam opiatæ. Aut huic simile aliud.

Aliud. ℞ Macis pręparati ℥. j. ligni aloës ʒ.j. ß. Theriacę optimæ ʒ.iij. sem. citri excorticati ʒ.ij. corticum citri conditi, conseruæ borraginis an. ʒ.j.ß. syrupi de corticibus citri quantum sufficit, misce fiat Electuarium. Emulsio cochleari exhibebitur, Electuariorum siue opiatarum vsus est ad castaneæ magnitudinem quotiescũque necessitas requisiuerit, & virium lapsus flagitabit. Cordis regioni Epithemata extrinsecus apponuntur. ℞ aquarum Melissę, rosarum, acetosæ, lauendulæ,

Vtendi modus & occasio.

Epithema pro corde.

lę,an.℥.iij. ſpecierum cordialium tempe ratarum ʒ.ij. vini Maluatici & aceti roſati vel florum ſambuci an. ℥. ij. croci & caphurę grana.ij. Mixtis intinguntur panni & tepidi mammę ſiniſtrę apponuntur, ne nimium frigus repellat calorem, & ſuffocationis creet periculum cum caloris reuocationi ſemper incumbamus. Si pal pitatio etiam cordis affuerit ex vſu erit Rondeletianum hoc, quo felici ſucceſſu vſi ſumus perſępe.

Ad palpitationem cordis ſacculus.

℞ corticum citri, ſantalorum omniũ, galangę, cyperi an.ʒ.ij. ſpecierũ electuarii de gemmis & diamargariton frigidi an.ʒ.j. caphurę.ʒ.ß. Excipiantur bombace & fiat ſacculus quadratus è Sindone rubra, irroretur aqua meliſſę, iis quibus humida cordi apponere religiò eſt. Sunt qui inungant theriaca, mythridato, vel ſequenti vnguento.

Vnguentum cordiale.

℞ Vnguẽti roſati Meſ.℥.ß. ſpecierum cordialium temperatarum, Santalorũ ci trinorũ zedoarię, an.℈.j. olei caryophyllorum guttas iij. Miſce fiat linimentum. Hoc tantum abeſt vt repellat, vt etiam Epiſpaſticorũ vice adhiberi poſsit. Alij pręferunt vnguentum de Nenuphare citrino

Vnguentum de Nenuphare citrino. trino ad cordis corroborationem. Eius hęc est descriptio. ℞ olei Nenupharis Citrini ʒ. iij. pulueris florum nympheæ ʒ. ij. santali rubri, coralli rubri, seminis acetosæ, an. ℈. j. margaritarum præparatarum ℈. ß. caphurę grana iij. Ceræ citrinę quantum sufficit fiat vnguentum. Et cum à rebus odoratis quam citissime refici spiritus dicantur, ob ἀναθυμίασιν ab aromaticis rebus exurgentem, eorum substãtiæ maxime cognatam, è rosis rubeis, maci, caryophyllis, ligno aloés concisis nodos facimus, rosaceo aceto vel lauendulæ aqua imbutos & naribus adhibemus. Vt

Spiritus odoribus cito reficiuntur.

Nodus. ℞ florum rosarum, violarum, an. P. ß. cinamomi, ligni aloës, macis an. ʒ. ß. incidantur & fiat nodulus qui humectetur.

℞ aquæ rosarum ℥. iiij. lauendulę, verbenę, an. ℥. j. aquæ cinamomi ℥. ß. aceti rosati ʒ. ij. Misce. Veteres commendant panis albi micam vino austero madefactam, si protinus exhibeatur, cum facilime permeet vinum, & ob substantię tenuitatem, in spiritus actutum permutetur. Exempla vinorum aromaticorum superius sunt recensita, quę nisi vehemẽs calor

calor obſtiterit, ori inſtillari guttatim poterunt, ad virium recuperationem. Feruor quoque immenſus ab accenſione ſpirituum in corde originem trahere videtur, ideoque ſui extinctionem poſtulat, quod nonnulli ſolo hauſtu aquę verbenæ vel tormentillæ, quibus aliquot guttæ olei vitrioli, quantum ad aciditatem inuehendam ſuffecerit, eam quę dentibus ſtuporem non cõciliet, conſequuntur. Miſcent alij albugines oui aceto, nonnihil aluminis adiiciunt, cum vino ſublimato vel ardenti, tũc ſtuppas canabęas huic liquori immergunt, carpis & ſolcis pedum ſępe reiterãdo admouent. Reformidanda hic eſſet repercuſſio, & caloris ad intima profligatio, niſi adeſſet vinum ardẽs, penetrationi, & emendando frigori ſubſeruiens: niſique peritiſſimis medicis frequenti vſu eſſet, vrticarum radicibus, aceto tuſis, carpoque alligatis, & plantis pedum ardores febriũ retundere. Cum per ſpinam ingens aortę portio, & venæ cauæ deſcendant, paullò ſupra regionem renum, puluillos ex furfure hordeaceo parant, penuria pãpinorũ, vel nympheę, aut ſalicis foliorum hyberno

Contra æſtum in febre.

Non repercutiendum.

Puluilli.

hyberno tempore, veluti typhę lanugo thori vſum præbet dorſo excalfactis. Vix laudē merentur, qui hepati, ſuccos ſedi, plantaginis, hipparidiſue quacunque farina exceptos, emplaſtri vice cum oui albugine, & aceto, iecinori caloris extinguendi gratia apponūt. Melius qui Trochiſcos diarrhodon roſacea diſſolutos iniiciunt: quæ enim iecur refrigeratum excipiant noxæ ſatis cuiq; obuium. Traduntur à peritis medicis formę Epithematum pro hepate, vbi graui conſilio refrigerantia iecorariis roborantibus ſunt permixta, quorū vſus magis ſecurus eſt, licet illa momentaneo auxilio admirationem pariant, ijs, qui non niſi quę ante pedes ſunt nulla futurorum ratione habita conſiderant. Nihil æſtui reſtinguendo efficacius hoc remedio putant. Cape nitri puri albiſſimi, quantum voles, pila munda in tenuem puluerem comminuito: Adſit ſartago ænea fundi craſſiſsimi, hanc prunis impone donec incanduerit tota: iniice nitri tuſi manipulum, ilico liquatur aquæ limpidiſſimæ inſtar, & dum ita bullit, iniice ſulphuris puri, & triti, quantum pollice indiceque iunctis, cōpręhendere

Iecori frigida tuto non applicantur.

Epithemata pro iecore.

Remedium ex nitro feruoris extinctioni cōgruum.

præhendere poteris, elicies flammam cerulei coloris: quę vbi euanuerit, & tertio bullire nitrum videris, repete ſulphuris adiectionem, & hoc tertium reiterato. Demum pilę mundę, aut vaſi figulino, pedetentim infundito, exurgent albi trochiſci, ceu rotulæ coagulatę. Has denuo terito in puluerem tenuiſſimum. Vſus Cõſeruę roſarum cochleari, pulueris addito triplum eius, quantum ſalis ouo ſaliendo adhibetur. Præbeatur ægro æſtu propemodum enecto, quoties voluerit, aut occaſio & inuito offerendi ſeſe obtulerit. Sitis æſtum perpetuo comitatur. Huic varijs occurrimus. Sunt qui cytonia mala raſpent, vel triturando comminuant, aqua ſuperfuſa exprimant, ſatque iucundum potum parent, niſi ſuſpecta foret nimia aſtrictio. Datur aquæ acetoſæ quantum ebibere voluerit, vbi aucta fuerit aciditas oleo Calchanti; Acetoſæ radices ablutas, aqua incoquimus, colore rubro fallit ægrotantes; vini ſpeciem æmulatum decoctum. Et cytonia recentia aquæ incocta nonnihil rubedinis illi tribuunt. His gratiam conciliamus ſyrupis, acetoſo ſimplici, de ſucco acetoſę, o- *Sitis auxilia.*

Mm xyſacchara

xyſacchara, de acetoſitate citri, Iulebis violaceo & roſarum. Exprimimus ſuccū arantiorum acidorum, granorum mali punici, vbi vinum granatorū haberi nequit. Lactucę, Endiuiæque ſtolones madefiunt aqua frigida, ori induntur, ad fallendam ſitim, vti ceraſa acida, pruna, pomum crudum. Empiricos vidi laterem tectorium veterem conterere, cum libella interiora iuglandis, vino & aqua decoquere, poſtea colaturæ aliquid aluminis, & ſuccini adiicere, ſitim inexhauſtā eius potu demoliri. Ptiſſana cōuenit, vt emulſio ſeminis melonum & cucurbitę. Conſerua roſarum aquis verbenæ, acetoſę, violarum, decoquitur, & expreſſio bibēda propinatur. Sunt qui ſemen cytoniorum, aqua roſacea macerent, eius muccagine fauces & linguam deliniāt. Caphuram aquis ſtillaticijs permiſcēt aliqui, & ſiti extinguendę primas ipſi tribuunt: eſt tamen ob viroſum odorem & ſaporem ingratior. Inſtituitur etiā lambendo pulpa tamarindorum extracta aqua hordei ſuccus ribes, & berberorum, acore ſuo linguam contrahendo ſaliuam ad linguæ ſuperficiem exprimere videntur, & fau-

Empiricū contra ſitim remedium.

ces

ces ex conſequenti humectare. Eadem fermè ad linguæ ſcabritiem vſurpantur, præterquam quod etiam inſtrumentis, ad eam operationem paratis, abradimus pellem, à nimio æſtu linguę adnatam, vt miſſum faciamus quæ de ſucco cancrorum aceto expreſſo, chirurgi in more poſita habent: prius tamen pannis aſperis abſtergimus, aqua vel ſucco acetoſę plãtaginiſue imbutis. Oris collutiones hic maximopere conducunt, gargariſmata vocant practici. Fiunt ex aquis prunellæ, roſarum, plantaginis, hyppuridis, adduntur ſucci Vmbilici veneris, vbi recẽs habetur, ſemperuiui maioris, adiicitur, Diamoron, diacaryon aut ſuccus cytoniorũ: Ad maiorem repercuſſionem nonnulli ne ab alumine quidem abſtinent. Maxime familiaris eſt aqua fontana gelida, cui acetum fuerit permiſtum, quia aquę penetrationi ſeruit acetum, eiuſque vim refrigerantem acuit. Alij hyſſopum, ſaluiam, rutam, decoquunt cum caricis & liquiritia: eo decocto ſaliuam quidem è capite eliciunt, & mucos ad linguæ radicem collectos abſtergunt, calori tamen nonnihil blandiri videntur. Butyrum re-

Linguæ ſcabrities.

Gargariſmata.

cens ablutum aqua ſimplici vel roſacea tum zuccaro aſperſum mirum quam humectet linguam: vti zuccarũ Candum & penidiæ loco hypoglottidum è gummis tragacanthi & arabici cum mucilaginibus ſeminis lini, radicis altheę, confectorum ſæpe in vſum deducuntur. Taleoli ex angurijs, cucurbitis, & cucumeribus aqua gelida refrigerati, in ore detinētur, donec incaleſcant: poſtea eiectis prioribus, alij recentes induntur. Liquamenta alui quoque creberrima cõtingunt, quæ quia vires plurimum proſternũt, illis occurrere neceſſum eſt. Deiectiones itaq; ſi videris, rufas, grauiter olentes, ſpumoſas, aliquando pingues, & viſcoſas, herbaceas interdum, & virides, aliquando ad nigredinem declinantes, mature ſuccurrendum. Aſtringentibus vehementioribus vti prohibemur, ne detenta intra corpus materia peruerſa febrile augeat incendium: nihilominus cum vires periclitantur, neque excretiones criticæ fuerint, conſultiſſimum erit per anum iniicere hordeum ad mucilaginem fere longa coctione redactum, Vel orizam torreto igni cum camomilla & corticibus ſiccis

Alui profluuies arcenda.

Clyſmata in fluxu alui immodico.

cytonio

cytoniorum aqua decoquito, colaturæ duos oui ſemitoſtos luteos addito & per podicem iniicito. Neque incongruum fuerit, ſi quid theriacę recentis permixtũ fuerit. Maſſę pillularum de cynogloſſa aut Philonij Romani drachmam pręſentaneo iuuamento aliqui addunt: vix tamen eouſque progrediendum cenſuerim. Cibi dentur incraſſantes & abſtergẽtes cum refrigeratione, hordeũ quod etiam aqua lactucæ incoqui poterit, cytonia cocta, pira aſſa. Bibat ius cytoniorum & decoctum lentium. Exhibeatur demum iſta potio.

℞ Aquæ cardui benedicti ℥.iiij.ß. Syrupi de ſucco cytoniorum ℥.ß. de ſucco borraginis ʒ.ij. Margaritarum pręparatarum ℈.ij. boli armeni optimi & electiſſimi ʒ.ß. Poterit aliquid de ſucco limonũ inſtillari. Cauendum tamen à mellitis & plurimo zuccaro conditis. Deliria, dolores capitis, vigiliæ, cum idem penè ſubiectum & cauſam efficientem habeant, ſimilem propemodũ medicationem ſortiuntur. Niſi enim membranarum cerebri aut ipſius ſubſtantię inflammatio fuerit (tum enim phrenitis exquiſita creabi-

Potus aluum ſiſtens.

Deliria & dolor capitis in peſte.

tur) vt plurimum à vaporibus è sanguinis ebullitione eleuatis prodeunt. Etenim ij acres si fuerint, vt verisimile est, dolores acutos inuehent, denique turbatis spiritibus animalibus, quorum officina ventriculi cerebri & eius tota substãtia, phantasię & ratiocinationi noxam afferunt: purissimi nempe cum sint admixtione exhalationum crassiorum turbulẽti euadunt, cerebrique humiditate absumta, *Frontalia.* æquum est etiam vigilias introduci. Capiti igitur ἀναχολήματα apponuntur, quę ascensum vaporum prohibeãt, frictionibus etiam ligaturisque detrahimus & reuellimus ne rationis arcem conscendendo deliria pariant. Si à ventriculo eos ascendere suspicio est, prębentur os illius obturantia, ne eodem hiante, per patentes vias erumpant, vt coriandri semen obductum zuccaro, vel aliquid è cytoniis malis paratum a pastu. *Oxyrrhodinum.* Oxyrrhodinum in dolore capitis.

1 ℞ Aquę rosarum, plantaginis, florũ sambuci an. ℥.iij. Aceti rosati ℥.ij. olei rosati aqua lactucæ abluti aliquoties ℥.j.ß. pulueris santalorum rubrorum ʒ.j.ß. Misce, fiat oxyrrhodinum quod fronti applicetur in æstu magno frigidè

gidè alias tepide. Aliud.

℞ ſem. cannabis ℥.ß. ſeminum papaueris albi ʒ.ij. Contundantur in aqua florum ſambuci cum nucleis perſicorum nouem, fiat emulſio cui adde thuris albiſſimi tuſi quã minutiſſimè ʒ.ß. Immerſi linei panni fronti apponantur. Radicis Rhodiæ vſus eſt planè diuinus. 2

℞ Radicis rhodiæ recentis ℥. j. aquæ roſarũ lib. j. ß. decoquatur ad tertias, intingantur linei panni & capiti apponantur. Vehementior ſi fuerit dolor capitis etiam radices raphani tuſas, cum ſale occipiti calidè apponimus, ad reuellẽdum, & euocandum in partes poſticas humorem. In magnis deliriis inungimus caput vnguento Alabaſtrino cuius licet multæ extent deſcriptiones hanc tamen ceteris anteferimus. 3 *Delirii remedia.*

Vnguenti de Alabaſtro deſcriptio. ℞ vini albi ℔.ij. olei roſati boni ℔.j. lapidis alabaſtri pulueriſati lib.ß. florum Camomillæ ℥.iij. ſem. feniculi ℥. j. Ceræ nouæ ℥.j.ß. rutæ viridis m̃. j. cimarum rubi tenerrimarum m̃.ß. Ruta cimæque piſtentur cum ſemine feniculi, & iſta omnia ſimul ponãtur in olla noua vitreata, & bul- *Vnguentum de Alabaſtro.*

liant super prunas lentè donec totum vinum consumatur, & in fine decoctionis adde albumina ouorum sex recentium & bene conquassatorum. Ponantur in olla, & prædictas res fortiter cum spatula vel cochleari donec benè formentur agitabis, & bene colentur per sacculum lineum fortiter exprimendo, & exibit vnguentum Alabastrinum pretiosum. In febribus cum delirio inunge tẽpora, frontem, & palpebras. Potest etiam gutta mitti in angulos oculorum. Somnum conciliamus etiam inunctione Populnei vnguenti, addito croco & opii pauxillo, vel nucis muschatæ oleo per expressionem facto. Nonnulli frontem, tempora, narium pinnas, manuum volas, & carpos inungunt dicto vnguento, vel quod de nenuphare citrino supra descriptum fuit vel per se, vel Mesuei rosaceo linimine permixto. Pedibus adhibentur lauacra, vel quod humore blãdo per neruos trãsmisso, acres retundant vapores, vel quod concursu ad calorem facto ad tepidos pedes retrocedãt vapores, qui, soleis aceto saleque asperius fricatis, ima petere videntur.

Vsus in febribus.

Contra vigilias.

♃ foliorum

℞ foliorum maluæ, lactucę, salicis an. m̄.ß. capitū papaueris albi numero octo, seminis hyoscyami, corticis radicis man dragoræ an.℥.ß. Contusis contundendis in sufficienti quantitate aquæ fiat decoctum, cui in fine nonnihil aceti addi potest, tam ad penetrationem quam maiorem refrigerationem. Pedes genuum tenus immergat, & molliter deorsum herbis fricentur pedes, ita tamen ne caput vapori exhalanti obuersum sit. His si nihil profeceris etiam exhaurienda dantur soporifera. ℞. Dactylorum numero iij. amygdalarum dulcium numero v. capitis papaueris albi n̄. j. fiat decoctio in suff. quanti. aquæ lactucę, & cōtusis omnibus, fiat emulsio, cui adde syrupi de succo violarum ℥.ij. *Pedum ablutio.* *Potio sopori fera.*

Aliud. ℞ aquę hordei diutissimè cocti lib. j. amygdalarū dulcium ℥.j. seminis papaueris albi ʒ.j.ß. misce, & fiat emulsio, cui adde syrupi de papauere & de succo violarū an.℥.ß. propinetur hora somni post ablutionem pedum. Veternū excutimus strepitu excitato, vt superiore dictum est capite, tum sternutamentis, vellicationibus pilorum. Errhinorum *Alid.* *Soporis discutiendi ratio.*

exempla aliunde petenda quemadmodum & reliquorum ſymptomatum amolitiones. Vnico addito quod veneni pernicioſi ſemper ratio ſit habēda, vt ea medicamenta ſeligamus quę intentioni noſtræ ſuffragantur, ita tamen, vt vel idem remedium, ſuapte natura, lui detrahendęq; auxilium præſtet: aut ſi ea dote prędit um non fuerit, aliud adiiciatur, quod eã quam requirimus polleat facultate, neq; tamen obſtet primę pręcipuæq; intentioni.

In ſymptomatum peſtilentium curatione quæ cautio ſit adhibenda.

In declinatione vero quod aliis febribus vſu venit, ſudorem nimirum prouocare, vrinas ciere, per inſenſilem tranſpirationem reliquias protrudere, hic quoq; locum habet, vt decocto hordei, ficuum, liquiritię radice, cum oxymelite tepido, ſudores prouocamus, ita tamen vt herbæ, aquis cardui, vel verbenacæ, aut ſimilibus incoquantur. Vrinas aniſo, paſſulis, liquiritia, feniculi, petroſeliniq; radicibus egregie elicimus, ſi aqua pimpinellę fuerint elixatæ.

Declinanti peſti quæ conueniant.

Sæpenumero tamen contingit, vt natura noxio depoſito humore, ſuppuratis tumoribus, ſeipſam ea via expurget, eaque ſollicitudine medicum liberet, ne alios ductus excluſioni inueſtiget.

Natura ſeſe per tumores expurgat.

inueſtiget. Requiruntur interdum vacuationes vehementiores, in fine morbi per pillulas, aut alia electuaria purgantia, vt immunes ſint à recidiuis ægri: quorũ exempla paſſim obuia cum ſint, iis recenſendis minime occupabimur, cũ ad manus operationem iam auocemur.

Chirurgia.

Vbi de venæ ſectione, cucurbitulis, & tumorum curandorum ratio traditur.

Cap. VIII.

TAntum labis vitiique contraxiſſe diximus materiã peſtis procreaticem, vt nulla arte vel induſtria corrigi poſſit, eoque cum naturę aſpernetur in reductione ad melius beneficium, ad extremum confugiendum ſit illius exterminium. Ocyus itaque excludẽdam viſum fuit, vel pharmaco, vel venæ ſectione vacuatione molita. Purgantium medicamentorum quàm non ſit tutus vſus, iam declaratum: non minores occurrũt dubitationes, & de ſanguinis miſſione, ab iis prę ſertim motę, qui nodum, quod aiunt, in ſcripo quęrunt. Ne tamen temerario auſu quid ſtatuamus, expendendæ

Argumenta venæ ſectionẽ diſſuadẽntia.

dæ erunt vtriusq; partis ratiocinationes. Qui vena secta sanguinem eliciendum
1 dissuadent, hęc vel his similia in medium
Debilitas impedit. afferunt. Cum in peste, inquiunt, cor sit primariò oppressum, fieri nequit, suffragante etiam experientia, quin lapsus quoque virtutis ingens consequatur.

Omnia quin etiam vitai claustra lababăt. Hinc fit, vt roborantia, epithemata, vires instaurantia, vndiquaque adhibeantur: omne punctum, in pręcipiti virium lapsu amouendo, positum est. Atqui tantum roboris, quantum sanguinis, in quo spiritus delician tur, quo demto prostratas
2 ilico videbis omnes corporis vires. Dein
Galenus improbat. de calculo Galeni suę sententiæ opitulantur. Is libro de cibis laudati prauique succi medicos præconio exornare videtur qui peste Romanos Commodi Cæsaris imperio exagitante, paucissimis ausi fuerint venam secare. Neq; iniuria, ait ille,
3 quandoquidem virium deliquium iam
Fluxus alui non concedit. ante perpesi fuerant. Tertio alui proluuies prohibet venæ sectionem teste Galeno 1. ad Glauconē 14. & 2. eiusdem 10. Bis asellare in die excusat à venę sectione ait Princeps Aboali. 4. Acutorum 116.

Fluenti

Fluenti aluo ſanguinem ne detrahas. Atqui familiariſsima ſunt alui liquamina in peſtilentibus 5. Methodi. Omnibus venter profluxit. Repudianda igitur venę ſectio. Adde quartum argumentum quod magni equidem eſt momenti. Intentio curandæ peſtis eſt, à centro ad ambitum corporis euocatio, cum naturam per tumores & cutis efflorèſcentias, idem molientem animaduertamus, cui medicum ſuffragari decet. At vena ſecta à circumferentia, ad cētrum reuocat ſanguinem, eaque ratione, impetum & naturæ motum impedit, à ſuo inſtituto eā reuocat, eo quod in locum vacuati alter neceſſariò ſuccedere debeat, cōcurſuque facto ad ſanguinis officinam cor ipſum, exangues corporis extimæ partes deſerantur, & ſic venenum in meditullio corporis deliteſcat, viciniuſque cordi redditum, promtiorem eius extinguendi reperiat viam. Quintò. Adſunt tumores pone aures, ſub alis & inguinibus, nec non maculæ lenticulis ſimiles, aut carbunculi, quibus interdicta eſt repercuſsio, ne in penitiora retrudamus luridam vim veneni, quę ſummo noſtro beneficio à natura vi

ctrice

4 Reuocat naturam ſanguinis miſsio.

5 Tumores vena ſecta euaneſcunt.

ctrice extrorſum propellitur. Dictũ ante sanguinis miſſionem retrahere, quod & peſpicuum euadit αὐτοψίᾳ cum delituiſſe imo euanuiſſe ſtatim bubones à vena tuſa ſit deprehẽſum, ſumma ægri pernicie.

6 *Purgans pharmacum conuenit.* Sextò cum pútredo ſit in humoribus, facilius eadem pharmaco purgante educetur, quam vena ſecta quæ ſolã ſanguinis redundantiam tollit.

7 *Gallico bubone venæ ſectio interdicta.* Vltimum à ſimili, vel potius à minori ad maius. In Gallico Bubone interdicitur ſanguinis emiſſio, ne in ſua emiſſaria, ceu cloacas, deriuata, & proturbata materia in venas, adeoque hepar ipſum regurgitet. Ergo hic vbi venenum eſt magis exitiale accuratius longe id obſeruandum, ne vltro deditaque opera iugulemus ægros.

Sanguis in peſte mittẽdus Ad has obiectiones diluendas antequam accingamur, pro rei veritate ſtatuendum eſt: licere, expedire, éque ægri vſu eſſe, vt ſanguis mittatur, quod ratione & experimento (duo ſunt crura medici) comprobabitur. Etenim cum peſtis magnus ſit morbus, princeps nempe corporis viſcus affectũ, pręſentaneo & momentaneo auxilio indiget, neque vllum extat remedium cuius euidẽtiſſimus ap-

parcat

parcat fructus æquè ac venę sectionis: nullum pro arbitrio ita modulari possumus, siquidem & vrgendi, & sistendi nobis est potestas, taceam quod vitium sanguinis, nisi eo detracto, neque alia ratione tam oportune corrigi poterit: tum si quidpiam collectum fuerit in membro quopiam, ne pręceps eò ruat sanguis, per phlebotomiam instituta reuulsione, cauebimus. Obseruatis igitur sanguinis mittendi canonibus vulgatis, iubemur hic sinistrum latus dextro anteferre, ob positum cordis, cuius licet mucro pectoris medium æquet, basis tamē ad læuam inclinare videtur, saltem in cadaueribus, quod quia infectum dicitur, proximam dolori venam secare, mādato Hippocratico tenemur, tam vacuationis quam reuulsionis causa, si eadem opera vtrunq; moliti fuerīmus. Imo si tumores circa emissaria apparuerint, neq; natura tota illic sese exonerauerit, ob expultricis ignauiam, in tumoribus circa guttur, aures, & ceruicē, pręstiterit exteriorē humerariā, quā etiam cephalicā vulgus indigitat, ob iugularium, è quibus manare videtur cognationem, & soporariarū arteriarum viciniam,

Venæ sectionis commoda.

Quæ vena eligenda.

Tumoribus quoque conspicuis vsurpanda.

viciniã, pertũdere: sub alis, tuber si exortum fuerit, eligito interiorem, quę & axillaris etiam regia, ob amplitudinem vocatur: in inguinũ vero tumore, poplitis reseratio venę conducibilior, quæ cum hisce regionibus chirurgis non sit explorata, & inuiti confugimus ad tali, & malleolorum, dispari sanè emolumẽto, apertionem.

Quantitas sanguinis.

Quantitas ea esse debet quę minime depopuletur vires alias morbo exitiali sat superque concisas: nec vsque ad lipochymiam, quod veteribus factitatũ præterquã in anthrace, progrediendum: satius fuerit, in duas aut plures vices partiri, repetitã cruoris extractionẽ, quam confertim vniuersas exhaurire venas.

Tempus venæ secandæ.

Tempus definitum esto quod non excesserit diei naturalis fines: postea phlebotomiæ locus minimè futurus, sed cucurbitulis, cuteque scalpello incisa vicariam scarificationem dubio euentu illi substituere oportebit.

Quæ perpendenda in venæsectione.

In considerationem accersenda plethora, ætas, sexus, anni tẽpus & alia, sub canonum vulgatorum denominatione superius comprehensa.

Solutio obiectorum argumentorum.

His constitutis arietes aduersariorum eludemus. Syncopes viriumq; exprobrant debilitatem.

bilitatem. Dantur Syncopes ab oppressione spirituum, sanguinis premente copia, quæ non nisi eius minutione, emendatur. Adde quod circa initia, raro vel nunquam, adeo repentinum virium appareat excidium, quod solẽnis huius diuinique remedij vsu interdicat. Homini correpto statim Antidotos prębendas docuimus, eiusq; operationem excipiat clysma, vel si aluus officio fungetur, venã secari consuluimus, paucis ab hinc horis interiectis. Hęc primo morbi insultu vel exordio: in progressu morbo crescente, viribus deficientibus, nullus sanæ mẽtis, huic remedio animum applicauerit. In statu vero, ociosi iubemur exspectare, morbum & naturam depugnantia, suppetijs latis, quantum in nobis fuerit, viribus vitalibus: quis vero illius in declinatione vsus? Neque perpetuo verum tantum nos robore præstare quantum abũdauerimus sanguine. Datur plenitudo quę pondere suo grauat, & quę copia distendendo rumpat propria conceptacula. Libro de plethora edito Galenus capite 5. hoc comprobat. Non necessum est, inquit, sanguine aucto vires augeri, neq;

Morbi exordio sanguis minuendus.

Vires non augentur pro sanguinis incremento.

Nn sanguine

ſanguine deficiente robur quoque deficere. Monuimus quoq; antea, non eoúſque progrediendũ in ſanguinis eductione, donec animi corripiamur deliquijs: verum diuidẽdam eſſe ne periculum de-
Ad ſecundum. bilitatis creetur. Collaudantur quidem medici à Galeno, quod temere non cuiuis ſecuerint venam, at cunctationis cauſa attexitur. Fame erant enecti, quibus mantica ſuppeditabat victum: nobiles, in horrea, & vrbes conuexerant frugum aceruos, egeni, abſumtis leguminibus (è quorum eſu crudos coaceruarant ſuccos) ad olera, & radices conuerſi famem exaturabant. Hinc illaudatus ſanguis, ex impuro & obuio alimento cui firmitas virium aſtipulari minimè potuit. Duo igitur hic medicos a ſectione abſterrebant, prauorum ſuccorum redũdantia κακοχυμίαν Græci dicunt, quæ pharmacum potius purgans deſideraſſet, & debilitas ex fame quæ omnium remediorũ vſum reſpuit è ſancito Aphoriſmi. Vbi fames ibi laborandum non eſt. Quæ de prolu-
Ad tertium. uie ventris afferuntur reuera ſic ſeſe habere, nemo inficias iuerit: atqui non ſemper & in principijs eiuſmodi conſpicuæ
ſunt

ſunt excretiones. Sane vbi apparuerint liquamenta, abſtinendum erit, ne Charybdi vitata, in Scyllam impingamus. Si Galeni ſeculo creberrima erant hęc ſymptomata, noſtra tamen memoria nequaquam adeo ſunt vſitata. Dixi in lue Pannonica criticis excretionibus plurimos ſeruatos, ſed in ſtatu, ad declinationem iam vergente morbo, quo tempore, nullus niſi mentis inops, venæ apertionem inſtituet. Vt rarenter prima inuaſione peſtis, fluida eſt aluus, ita ceteris minime repugnantibus, tum ſanguinis miſſio adminiſtrabitur, quę ſi ſtatim apparuerit, malignitatis morbi erit indicium, quæ ceu telum vibratum quo peſtis iugulāda fuerat, cum manibus extorſerit, fruſtranea videbuntur fore etiam alia remedia. Inter modernos non extremi nominis eſt Altimarus qui euentus proſperrimi exēpla tradit in dyſenteria, ex vſu eſſe venę ſectionem aſſerens, vt alius non tanti nominis, omnes dyſenterias ſola caſſia curabat, fluxum nimirum ſanās fluxu. Quid ſi & in peſte licuerit ſaltem euentando, quod aiunt, ſanguini venā tundere, quod tamen ne crabrones irritem contra vete-

Dyſenterinæ ſeſ... bi... ma...

Pro quarto & quinto. res asserere nolim. Eadem fidelia plures dealbabimus parietes. Motus naturæ in peste est ab intimis ad extima, quē medicus imitandum sibi proponit. At sanguinis extractio reuellit motu contrario instituto. Non semper apparēt bubones, vel cutis tubercula quas petechias vocamus. Vix quarto interdum die prorepūt. His sese ostentantibus, num competat venę sectio mox determinabitur. Quinimo pondere excusso natura, alacrius insurgit, ad contagij per cutim repellenda seminaria, quod si nondum tentauerit, quid impedit quominùs præpotenti hoc subleuetur auxilio. Cōcurrit quidem vena vacuata sanguis, ad intima, illic se recreaturus, & è lacuna ceu fonte, vel torculari, nouum inuacuati locum surrogaturus, reuertitur tamen, neque tātam ibi facit moram, vt exanimes, & algidas externas destituat partes, interiores vero suffocet vel putredinis succensioni fomitem addat. Momentaneus igitur hic Eurypus, cur tanti ponderis esse debet, vt quo solo freti præsidio, pestem eliminare conamur, id incauti, vel segnes negligamus? *Contra sextū.* Sexto loco quod affertur sic accipiendum

cipiendum, nos vbi de venæ ſectione agimus nequaquam excludere quę pharmaco purgante ſit, vacuationem, vt ſuperiore capite traditum eſt, illam tamen ob velociorem operationem, & ſecuriorem huic prętuliſſe. Comparatio tumorum Gallicorum cum peſtilentibus non eſt adeo inconcinna: illic quoque venæ ſectio prohibita, quod poſt eam tumores ſint viſi reſediſſe, & malum protinus exacerbatum. Quod ſi in medium prodeât præſtantiſſimi medici, qui etiam in venereo bubone, ad hoc remedium confugerunt, neque temerario auſu ſed grauiſſimis adducti rationibus. Facilius maturuiſſe, in faſtigiatum apicem ſeu conum mutatos, vnde apertio ſperãda erat aſſerunt. Accipe vtilitates. Exonerata natura reſiduo vacat: impetus datur materię ſanguine commoto, vt locum quem ſibi natura delegerat, ad expulſionẽ, citato curſu petat totaque infeſta materia eo tranſitione facta decumbat. Adde feruoris ſublationem, qui plærunque ſanguinem ademtum conſequitur: reſpirat natura, fortius expellit iam corroborata, & ad ſtatum naturalem prope reuerſus calor nati-

Comparatio tumorũ Gallicorum cum peſtilentibus.

Fallopius.

Vena ſecatur etiam in tumoribus Gallicis.

tiuus, alieno ſublato, validius ſegregat, coquit, maturat, in pus conuertit ſubactā materiam. Caute tamen hic quoq; agendum monent, tum demum fructuoſam ſtatuentes phlebotomiam, cum defluxio tota ceſſarit, quod ex tumore, magnitudinem ſuam ſeruāte, nihil creſcente, doloris mitigatione, ruboris in flauum, vel album commutatione, certiſſime depræhenditur. Quid obſtat ad peſtilentes hęc transferri tumores, vbi licet hoc interſit, quod magis venenata ſit materia, eoque timidiores nos eſſe oporteat: attamen ſi circa initia, nondum protruſo bubone, aut ſi totus iam eo ſe collegerit, fluxio ceſſauerit, leuiter ſanguinē minuamus conſideratis commodis paulo ante recenſitis quæ emergere poſſunt, quid prohibeat non video. Cum Galenus medicinę parens in exanthematis non modo ſanguinem minuerit, verum etiam purgans exhibuerit medicamētum, quo d magna violentia ab ambitu ad centrum corporis humores reuocare cuiuis obuium eſt. Neque leuibus id aggreſſum dicas cum benedictis caruerint priſci medici laxantibus. Expendatur Com, in 15. Apho. ſegmenti

In quo tumore Gallico prodeſt ſanguinis miſsio.

Venenata tumorum peſtilentium materia.

Galenus & ſanguinem miſit & purgans pharmacū exhibuit in exanthematis.

gmenti ſecundi. Vbi fauces ægrotant & φύματα in corpore protuberant &c. inquit Commentator. Phymata à calefacto ſanguine, ex bilioſo humore prodeunt, quo circa purganda potius quam nutrienda eiuſmodi corpora. Idem libro de facultate purgantium medicamentorum cap. 5. exanthematis plurimis corporis partibus ex improuiſo obortis vlceroſis, & decoloribus purgat. Ita nõ timet etiã apparentibus puſtulis retractionem. Venenata tubercula, minime his locis accipi ſi obieceris, audi in Epidemijs, ſecundo in ſextum Comm. 33. Symoni hyeme excitatę puſtulæ &c. illic habetur in interpretatione. Si quis per fotum ſolum, & calidis vſus, priuſquam vacuatum ſit, quod abundat, vel per ſectam venam, vel per purgationem conatus fuerit, per cutim reuellet magis, quam vacuabit. Vnde liquet apparentibus maculis vſum etiam venę ſectione ſi ſanguis redundauerit, & purgatione ſi praui ſucci: adeo non ſunt pertimeſcenda hæc remedia. Exemplo comprobabimus. Propertius de Symeonibus Vtinenſis Medicus cum Pannodaciam noſtram peteret. Hungaria quam

Propertius de Symeonib⁹ Medicus Vtinenſis.

pestis affligebat vehementissimè, transeundum illi fuit. Correptus & ipse bubone pestilente, inopia chirurgorum & remediorum, tuguriolo exceptus, focum succendit, ipse sibi poplitis venam è directo bubonis scidit, parũ initio emisit sanguinis digito prius, post fascicula vulnus occlusit, sic obdormiuit: post horam denuo remota fascia, vulnus reserauit, sanguinem fluere permisit paullo maiore copia, tum sensit bubonẽ loco mutato, per femur descendere: occluso foramine, iterum obdormiuit, expergefactus repetijt, sensim sequente tumore. Successu hoc elatior factus, ea nocte toties iterauit, donec in scalpello locum vulneratum, ad genua deduceret tumorem: tum viribus quantum res angusta ibi tulit restauratis, triduo post itineri cæpto sese commisit, ita letum se euasisse sępe gloriabatur, licet tumor in scyrrhum tandem degenerauerit, qui multis mensibus gressu ambulationeque interdictis, vix emollitus & discussus fuit. De cutis scalpello quæ fit incisione à cucurbitulis appositis, etiã non leuem controuersiam mouent, pręsertim in pustulis, aut maculis lentiformibus;

Scarificatio num sit ex vsu

bus, quæ ſtigmatibus rubris, alioue colore præditis, cutis colorem fędare ſolent. Et illa vti vetant, hac ratione inducti. Maculæ ſunt ſanguinis efflorеſcentiæ quædã, ad cutim excretę, vel criticè vel Symptomaticè, à natura inquam victrice vel oppreſſa. Si ab illa, quæ potuit bonum à prauo ſegregare, ſat habebit virium, ad totius peccantis materiæ excretionem, cum nihil paruum ſit criticum, & è conſequẽti, nullã tum medici flagitat opem. Ab hac ſi dixeris cõfeſtim audies nullas Symptomaticas excretiones iuuandas, ex medicorum conſultis. Cum male operantis naturæ edantur documenta, quæ aliquid eo reponit tenuius quod eſt floris ſeu pollinis inſtar, fæce latente, & fomitem interea vberem morbo ſuggerente. Hoſce nequaquam morabimur. Videmus priore biduo emenſo cùm occaſio ſanguinis è vena mittendi pręteruolauerit, nullum aliud relinqui ſanguinis vacuandi prę ſidium. Multos equidem dexterrimo ſucceſſu, etiam nondum conſpicuis maculis ſola morbi ſuſpitione, ac ſi ſanguinis canales reſeraſſent, ſcarificatione vt vocant vſos, vidimus. Si enim criti-

Argumenta contraria.

Scarificatio a cucurbitis venæ ſectionis vicaria.

cè eò fuerit ſanguis repoſitus, omnia quę ad criticas excretiones requiruntur adfuiſſe oportuit, diem, ſtatum morbi, tolerãtiam ægri, ἀπυρεξίαν, ſinceritatem quam & febris dicunt carentiam. Fatebimur equidem nullum incumbere tum medico laborem, ſuperuacaneamque cutis perfoſſionem. At quam raro hoc accidit: lenticulæ vt plurimum quarto demum prodeunt die, morbo nondum principij metas egreſſo (de tardioris motus hoc accipiendum) dies ille eſt index, non iudex, augetur febris, deliria creſcunt, nihil criticũ, iactatio, & inquietudines moleſtiſſimæ κῶφον πρόσωπον aget ne medicus in ſcena? Imo cum ſit ſymptomatica traiectio, eſt ſecanda cutis, cũ è tam exili ſpontaneaque ſanguinis tranſpoſitione nullum vnquã æger ſenſerit emolumẽtum: ſed ſi acceſſerit opitulator medicus & vacuabit, & reuellet violentius, viamq; aperiet naturæ eo tendenti, vt etiam craſſiora illuc protrudat, quod videmus in variolis, ſæpenumero in pus & ſordida degenerantibus vlcuſcula. Tantumq; abeſt vt noxia ſit habenda cuticulę pertuſio, vt ſanguinis quoque miſſio, nõ ſit principio reformi

Criſis præſens prohibet ſcarificationem.

Maculæ quando apparent.

Symptomaticæ excretiones poſſunt iuuari

Variolæ in vlcera abeunt.

reformidanda, tutoque illinc possit materiæ cursus reuocari, cum exigua per cutim vacuatio, propemodum inutilis sit, tantoque plus capiet è venâ secta emolumenti, quanto maior copia peccantis materię hinc educi poterit, etiamsi missum faciamus ceteras, quę è sanguinis missione emergunt vtilitates. Securum itaque minimeque contemnendum præsidium hoc quoque erit, liçet minus efficax, cui locus est tum cũ viribus metuimus morbi progressu nonnihil labascentibus. Vt autem plures cucurbitæ toti sunt affigendę dorso, ita qui exanguibus partibus, genubus, tarso pedis affigũt, plebis opiniones potius, quam rationes sectãtur, cum eo loci affigantur, vbi consensus fuerit cum magnis vasis, quemadmodum circũ inguina, vel vicinia ampliorũ conceptaculorum, aliquid pollicetur maioris euacuationis, Sicut ceruix non procul dissita est à iugularibus venis, & carotidibus arterijs, vbi scalpello caute agendum ne arteria secta in ἀνεύρισμα aut mortẽ deinceps impingamus. Tergore itaque vniuerso, brachijs, cruribus adaptare cucurbitulas plurimas conueniet, vt vel earũ multitudine,

Morbi progressu scarificatio adhibenda.

Locus cucurbitarum appositionis.

tudine exæquemus sanguinis detractionem, quę vena secta fieri debuerat.

Tumorum pestilentium curandorum ratio.

Agedum tumorum medelam aggrediamur. In inflammationibus iubemur initio repellentibus vti, ijs sub incrementũ maturantia vel suppurantia permiscere: status in halitum resoluētia cum pus mouentibus postulat, declinationi sola digerentia debentur. Methodus hæc tuberũ curandorum traditur, cui ratione materię malum creantis, & loci, siue partis affectæ, hic insistere minime possumus. Veneni particeps est materia, quę procul abigenda, non appositis reprimenda, aut retrorsum pellenda. Locus est emissariũ, ponè aures, sub alis, ad inguina, quorsum reijciũt molesta cerebrum, cor, & iecur. Periculum itaq; in regressu, principibus membris totum corpus regentibus, crearemus. Missis itaque repulsiuis, in eorum locum primis statim initijs euocātia, extrahentia apponimus, vt quantũ pars capere potest, tantundem eo se colligat, virulentiæ, desertis visceribus ante nominatis, tutiore, aut minus noxio loco repositis, quam si intus latitassent. Si vero ingenti fluxu dolorem distensione pepererint

Diuersa curatio a reliquis tumoribus.

Repellentibus interdictum.

Dolor mitigandus.

rerint, & relaxantia, dolorē mitigantia, mollientiaque adhibere conuenit, hinc turbinati si fuerint, & acuminati, ad suppurantia & digerentia fit transitus. In abscessum si terminabitur tuberculum, requirit curam vlceri debitam, puta abstersionem, si sanie sordidū fuerit, carnis generationem, si cauum, agglutinationem & cicatricis inductionem si distracta fuerint continui læsione membra. In parotidibus ea propemodum adhibentur, quæ anginosis opitulari cernimus. Cū enim dolores illic quoque sint vehemētissimi, auditorio quoque meatu obturato, vt sępe fit, ob locorū angustiam, etiam gulę, & asperę arterię, aliquid communicatur, vt spirationi, & deglutitioni, detrimentū afferatur. Nisi itaque doloris mitigationi incubuerimus, periculum ne irritata defluxione, pręceps ruat materia, & omnes has occupet partes, delirijs & Syncope præcedentibus. Consequimur hoc illitionibus ex oleis Chamomillæ, amygdalarum dulcium, violaceo, liliorum alborum, vulpino, anethino, lumbricorum, è vitellis ouorum, de semine lini; de cane rubro, & adipibus anseris, galli emasculati,

Parotidum cura similis anginæ.

Linimenta ad aurium tumorem.

lati, anatis, medulla cruris vituli, cerui, quibus additur nonnihil croci. Confert lana ſordida, non pexa, per ſeſe aut oleis imbuta ſi apponatur, vt vnguentum dialtheas. *Cataplaſma de nido hirundinis.* Cape radicis bryoniæ & altheę ſingulorum vnciam, foliorum maluæ, violariæ an. m̄. j. ß. florum Camomillæ, m̄. ß. Bulliant ad mollitiem vſque, herbis & radicibus contuſis, adde rurſus farinæ, ſeminis lini, farinæ ſeminis fænogræci, & hordei & fabarum an. ſemunciam. Nidi hirundinis cõtuſi & cribrati ℥. iij. cum iure aut decoctione herbarum affuſa pro mixtionis neceſsitate fiat cataplaſma, cui in fine addere poteris olei Camomillæ, liliorum alborum, de ſemine lini ſingulorum vnciam. *Operatio cataplaſmatis.* Extrahet, mitigabit dolorem mulcẽdo, coctionem promouebit, & nonnihil in halitum conuertet. *Vehemẽtiora.* Vehemẽtiora ſunt oleum amygdalarum amararum, nucũ, rutę, hyperici, ſcorpionum, fermento acerrimo excerpta, vt è baccis iuniperi, vel ligno, de cera per diſtillationem exceptum. *Emplaſtra.* Ex emplaſtris diachylõ magnum ireatum, & cum gummis, oxycroceum, de Meliloto: quibus locus erit cum in turbinem mucronatum tumor

ſeſe prorigit, & ſpes abſceſſus ſpontanei, aut per ſcalpellum inciſionis emerſerit, remittente nonnihil dolore, qui tamen dum pus generatur exaſperi cum febre ſolet, cui promouendo appoſitiſſimum cēſetur quod è tritici infarinam redacti polline, oleo communi & aqua vulgare conficitur emplaſtrum triapharmacon. *Suppurans Emplaſtrum.* Inguinū tumore, letalior eſt ſub alis prominens, ob cordis viciniam, & quia facilius detrahi poteſt ille, maiore abundans ſpacio. *Alarū tumor periculo plenus.* Vtriſque tamen ſequentia condu cunt. Vatum diuinorum, & ordine & dignitate primus, Eſaias Iehudę Regē Ezechiam, vlcere peſtifero laborantē, è maſſa caricarum Emplaſtro confecto, reſtituit: vbi licet diuinum auxilium præſto affuiſſe extra controuerſiam eſt, cōmendatum tamen nobis ob vetuſtatem, auctorem, & experientiam hoc remedium eſſe debet. *Eſaiæ Prophetæ Emplaſtrū* *4. Regū. 20.* Decoqui poterunt ficus aqua ſcordij, ſcabioſę, decocto radicis gentianę, maluarum & altheæ, ſimilibuſq; cui remedio ſi quis fidem detraxerit, addet pro libito certiora. Cepa ſub cineribus calentibus torretur, toſta per ſe tuſa apponitur, vel excauata Mythridato, Theriacaue *Cepa toſta.*

riacaue repletur, cõtunditur, tumori ferues applicatur: illius vicem allium tusum expleuerit. *Scabiosæ folia* Scabiosę folia decocta, amotis stipitibus, addito oleo scorpionũ, vtiliter buboni apponẽtur. Eadem pręstabit *Scordium.* scordium, hac arte pręparatum, neq; minores radici bryoniæ vires. *Gẽtiana bryoniæ radix.* Nicotiana Gallorũ, alijs Tabacco, ex America nobis nuper innotuit, *Tabacca herba.* cuius folia viridia, tumores rumpunt violenter, sicca quouis liquore competente madefacta, vlcera etiam κακοήθη vi magna siccant, aqua prius ichorosa educta, consolidant, quod & mihi visum, & Monardis medici Hispalensis in pestiferis bubonibus, & vulneribus sagitta venenata inflictis, auctoritate cõprobatur: ob quas dotes, non solum ornatus gratia, studiose in hortis vbiq; iam coli cæpit. *Ostrea viua.* Ostrea viua inguinum pestilentes tumores apposita loco transferre, auctor est nunquam satis laudatus Hollerius. Matthæus de Gradi capite de hydrope inquit: Et ego memini quod in peste *Ranæ scissæ.* quæ fuit anno 1450. quidam rustici ponebant ranas scissas, vel non scissas, etiam viuẽtes, supra apostemata venenosa cum manifestabantur, & in continenti ranæ

morieban

moriebantur, & apostemata educebantur, exterius attracta venenositate, & omnes liberabantur. Item gallo ὑροπύγιοι deplumata, rostro obturato, podicem tumori, quam poteris strictissimè adaptato, caloris ope venenum extrahi perhibetur. *Gallus deplumatus.*
Radicem crassiusculā raphani cape, eam decussatim secato, sale copioso aspergito, duum triumue digitorum subtus tumorem arctissimo vinculo deligato, detine donec videris loco cessisse bubonē, eo remoto nouum taleolum, priore modo, paullò inferius subliga, sequi cernes tumorem pedetentim, quem eò quorsum placuerit detrahes, vt quam longissimè distando, à membris dignioribus, securiores à morte reddat infectos. De malo cytonio dissecto & alligato, sunt qui eadem polliceātur. *Raphani taleoli.*
Obuium maximéq; familiare fuerit fermentum acerrimum oleis superius nominatis subactū, quod magno molimine extrahit venenū, cui simile est stercus columbinum tusum & in massam pulpa caricarum, aut quauis lenta materia redactum. *Fermentum acre.* *Stercus columbinum.*
Hirudines cruori educendo sunt qui applicant, quorum institutum vt laudē meretur, ita nostris *Hirudines.*

regionibus ignauas semper cõspeximus, etiam periclitandi gratia ex Italia aduectas, cuius rei fidem mihi & Cęsarei medici fecerunt. Sectio plus videtur habere terroris, quam periculi: attamen vix dari potest auxilium cui magis fidere nos oporteat. Ventosa siue cucurbita grãdis, quę totum occupet bubonem, magna cũ flamma, vbi adhęserit, postea reuulsa, materia iam extracta, scalpello vulnera profundiora cum inflicta fuerint, repetatur cucurbita, & quantum pro virili parte poterit, sanguinis eliciatur. Hoc absque periculo & facilius fieri dicũt, qui membra integra sibi absciderunt, arbitrati satius esse viuere mutilos quã vita priuari. Ipse quoque noui virum optimum qui nouacula sibi bubonem excidit, & licet vlcere sordido, per vniuersam vitam fuerit conflictatus, multos tamẽ superuixit annos. Et hic caute agendum metu hęmorragiæ, sectioque artis peritis credenda, ne in maximum discrimen impatientia victi nosmet præcipitemus viribus antea sat prostratis, nunc earũ sublato alimento magis eneruandis. Si in vomicam terminabitur tumor, cõfugiendum erit ad

Ventosa & post eã sectio.

Temere sectio non est administranda.

Abscessuum pestilentiũ cura.

cos

eos qui vlcerum curationem tradunt, vnde huc mutuari absque plagij crimine licebit. Sordida quippe vlcera Ægyptiaco abstergenda: & mundificationem & carnis generationem Apostolorum vnguēto, Cerasceos, Gratia Dei, Barbro aut Isidis ex Ægineta consequemur, cui intentioni etiam confert Vnguentum è Pyriti de Bononiensibus chirurgis familiare. Hoc tamen minimè prætereundum intempestiuam vlceris clausionem, discrimine non carere, quia si non sat expurgata materia occludatur vlcus, regurgitabit eadē ad nobiles partes, à quibus ad emissaria prius proturbata fuerat, eaq; ratione error posterior deterior esset priore. Sunt qui spongiolis vtantur, alij piso vel cicere pro vomicę amplitudine, sicut in cauterio vulneratis membris. Vehementer tamen commēdatur radix gentianæ, vt ἔμμοτον linamentum latini & turundam dicunt, formatum, & vulneri semper inditum, licet veratri radicē alij anteferant. Anthrax extemplo circūciditur, ne porrò serpat, fermentū acre apponitur, ferro candente inuritur, anus galli deplumati adijcitur, scarificatur, cucurbita sanguis

Vlcerum medicatio.

Vlcus non statim occludendum.

Turundæ è radice Gentianæ

Carbunculi curatio.

extrahitur. Eſchara ſiue cortex inductus, mollientibus detrahitur, apertum vulnus detinetur, vt ſanies ſi qua fuerit, effluat, aut venenum exhalet. Stercus humanũ, & Magnifici Baronis mihi noti experimento comprobatur, ſi calens ilico vt fuerit excretum apponatur: ſordidis tamen hiſce, ciuilibus hominibus abſtinendum putarim. Puſtulæ in circuitu ſi apparuerint, acu aperiantur, ichor extergatur. Vnum aduertendum quod hic ſanguinis miſſionem, omnes abſque hęſitatione vlla ad animi defectum imperẽt, vel quia ab aduſto ſanguine, cuius feruor temperandus, oriatur, vel quia vires non tam cito depopuletur, vt cętera tuberculorum genera. Reliqua huc pertinentia cum ad amuſſim tam à Tagaultio quam à Hollerio pertractata fuerint, ijque libri in omnium manibus verſentur, eò remittendum lectorem cenſui, vt è fontibus potius hauriendo, quam huc ſi fuiſſent tranſlata, è turbidis riuulis, aridam expleret tumorum peſtilentium curandorum ſitim, quod & per manes illorum, & lectoris candorem mihi conceſſum iri minimè ambigo.

Sanguis in anthrace ad lipothymiam vſque.

Crato

Crato præſtantiſſimus in curatione tumorum peſtilentium hiſce malagmatis palmam tribuit.

Cepa cocta cum axungia gallinacea conuenit parotidibus.

Magno ſucceſſu quidam cum inguinum glandulę nulla manifeſta inflammatione intumuiſſent, vſus eſt emplaſtro ex reſina,viſco,pice, & cera,inſperſis cãtharidibus.Sæpe etiam abſque cantharidibus adhibuit. Ita pars per halitum diſcuſſa,pars ſuppurata.

Carbunculos radice ſymphiti impoſita mirifico ſucceſſu rumpi ipſe vidi.

Ranæ euiſceratæ, vel exiccatæ,& rurſus vino humectatæ,appoſitæ,faciunt ad carbunculos.

Ad bubones primam laudem merentur ſequentia.

℞ Ammoniaci ℥.j. bdellij, ſagapeni, an.ʒ.ij.ſem. ſinapis, rad.pyrethri.an.ʒ.j. euphorbij,caſtorei,an.℈.j. ficuum.ñ.iij. fermenti acerrimi ℥.ß. mithridati ʒ.j.ß. gummi diſſoluantur in aceto & fiat emplaſtrum.

Aliud.

℞ Rad. liliorum alborum,conſolidæ,

maceris, Valerianæ, an.m̃.j. Decoquantur in aqua & contundantur, quibus adde farinæ, ſeminis ſinapis, hordei an.P.j. ſtercoris columbini exiccati ℥.j. olei liliorum alb. quod ſufficit. Miſce, & fiat cataplaſma.

Aliud.

Fimus columbinus, ſemen Erucæ, & flores ſambuci miſceantur, addita theriaca & applicentur. Vbi ſiccata fuerint in ignem conijciatur, & aliud recens apponatur. Siccatur autem plærunque tribus horis. Stupendos horum deprehendes effectus.

Anthrax.

Carbunculi diſtinguendi ſunt. Nam alij rubent, alij citrini ſunt, alij nigri. Rubeus minus malus, & in eo ſanguis mitti poteſt ceteris conſentientibus. Citrinus & niger peſſimus, præſertim propè emũctoria. Cũ rubet, initio mortificatur, appoſitis vitellis ouorum cum ſale, & repetitur hoc quater in hora. Quidã fermento, vel pane maſticato cum ſaliua & ſale vtũtur, etiam ſapone addito. Deinde eo mortificato, ſcabioſam, conſolidam minorem quæ herba Morella dicitur piſtãt

cum

cum ſale,& axungia recenti. Nihil adhibere debemus actu frigidum, ne repercutiamus. Item ſcabioſa cum optima theriaca & axungia porcina. Mundificatur deinceps ſucco ſcabioſę, cum terebinthina, vitello oui, & croco. Locus diu apertus detineatur.

Cum anthrax dilatatur, & nigredo in adiacente cute apparet, ſæpe ad actualia cauteria deueniendum. Quidam vtuntur forti ſcarificatione & apponunt theriacam, ſed cauterium actuale prçualet, & deinceps eſchara radicibus altheę cũ butyro coctis, tollenda. Vlcus curandũ.

Solennes Antidoti.

Amuleta. CAP. IX.

ADeo nihil ex omni parte beatum dixit Poëta, vt homo diuinæ naturæ particeps, omnium animantium Dominus, ſuos patiatur manes, & quibus exagitetur furias habeat. Venena ſunt tã hoſtili, & implacabili animo in hominem graſſantia vt niſi penetralia cordis ſubierint prius, vitaque excluſa, eum trucidarint, agendi finem non faciant. Animalia abiectiſſima videntur, ſcorpius, araneus, tarantula

Venena homini infeſta.

Venenata animalia.

tarantula, colubri, vipera, aspides, torpedo, pastinaca marina, verumtamen vitę insidiatricia humanæ, plurimos ceu iugu

Plantæ venenosa.

lo pręcisso, necarunt. Aconita, napellus, cicuta, hyoscyamus, è stirpium genere exitialia habentur, quæ plantæ cum Arsenico & hydrargyro, in necem humanā conspirassent, nisi solerti industria homi-

Antidota.

nes à natura edocti, suos cuique obiices quibus eorum malitia coërceretur, & extingueretur, opposuisset, puta bezoar, cornu monocerotis, glebas medicamentosas, theriacam, Mythridaticam confectionem, scordium, angelicam, aliaq; in-

Venenorum diuisio & remediorum.

numera. Venena prisci medicorū in duo segmenta sunt partiti. Bestias quæ virus eiaculantur, & morsu punctura ue vulnere inflicto virulentiam suam transmittūt ἰοβόλους dixerunt, ijs aduersantia ἀλεξιθήρια. Pharmaca venenata δηλητήρια nuncuparūt quibus obiecerunt ἀλεξιφάρμακα. Latini à Græcis mutuati easdem vsurparunt nomenclaturas, nisi quod Toxici vocabulū

Toxicum.

ab ijsdem depromtum in Latinam prope transierit coloniam, quemadmodum & pharmacum in sinistrā partem iis passim accipitur. Refręnantia vero medica-

mina,

mina, antidotos, & amuleta cognominantur. Reperire quidem est venena quæ solo afflatu, illitione, affrictu, crassiore cõtactu (huc spicula telaque venenata reponantur) olfactu perimant, quæ cum è prioribus sint conflata, & commixta, sub ea capita reponuntur, non minus quam philtra siue amatoria pocula, quę licet non semper eum ob finem propinantur, amatores adsidua tortura excarnificatos vt iugulent, tamen cum sæpe mortẽ consequutam depręhensum sit, & ratione materiæ merito inter venena connumerãtur. Veneni necorũ remediorũ naturã & facultates apposite describit Galenus lib. 5. simpl. med. cap. 17. alia nimirum ex eis alterando, alia vacuando virus conficere: tum illorum nonnulla vna vel duabus qualitatibus oppugnare toxica, nonnulla tota essentia. Vacuantia partim substãtię similitudine, partim caliditate subtilissima tenuique suas actiones exercere. De alterantibus quæ manifestis agãt qualitatibus, minus ambigitur, cum contrarietatis iure sese mutuo perimant: quę vero substantiæ similitudine alterant, inquit, mediam illis tribuendam naturam,

Venena quomodo inficiãt.

Philtra.

Antidotorum natura à Galeno descripta

Alexiteria media naturę esse oportet inter venenum & corpus humanum.

inter corpus & venenũ, videlicet vt particeps ſit vtriuſque ἀλεξιφάρμακον, ne ſi ſolis deleterijs cõſtiterit, augeatur vis veneni, corpore intereunte: neque ſi ſolis corpus corroborantibus, conflatũ fuerit, in pharmacum virulentum minime agat, ſed vt ſubſtantiæ ſimilitudine tãquam familiare & cognatum attrahatur à veneno: nihilominus ratione illi aduerſantium quodam prætextu ceu inuolucro tecta afferret in illius excluſionem, & internecionem inſurgere valentia: mediã quippe temperiem ſortitum inter ea quæ ex diametro corpori ſunt inimica, & quæ idem tueri conſueuerunt. Proportio hęc ſit. A.B.C. A. ſit alexiterium. B. corpus. C. venenum. Eadem ſit ratio B. ad A. quę B. ad C. & C. ad A. quæ A. ad B. Communem illis tribuendam naturam & ratio & experientia dictitant. Et crocus & theriaca ſi maiore iuſto copia exhibeantur, in venenum abeunt, minore vero inertes ignauæque iacent. Proinde niſi quid ſimile haberet, nulla attractio, nullus contactus, inde nulla emergeret actio. Etiam caro viperæ quodammodo videtur veneno viperino aduerſari, quibus

Viperarum venenum in sanguinis latet.

veſiculæ

veſiculæ ſanioſo ichore repletæ, ad gingiuarum inſtar circa dentium radices videntur, vtique veneno turgent, cui videtur caro, ipſius aliqua eſſe antidotus, quæ idcirco in vſum medicum recepta, ceu aliquid magis familiare, cum carne noſtra conſequuta, repudiato viperæ veneno extremè infeſto, non ſecus ac caro ſcorpij trita, ſuimet veneni medela eſt. Alexipharmaca vacuantia partim aſſumuntur, partim admouentur, vel vtrunque præſtant vſum. Aſſumta vomitu, ſudore, lotio, vel per aluum extrudunt venena. Hæc vtique medij eſſe quoque generis oportet non minus quam vulneribus admota, quæ caloris vi epiſpaſtica, & ſimilitudine ſua, euellat, & extrahat venenum. Vtroque modo agent, ſi deglutitæ antidoti, conficiendo veneno intrinſecus operam dederint, & vomicæ adhibitorum vis venas arteriaſque peruaſerit, & in medio quaſi concluſum virus communicatis operis extinxerint. Quonam autem pacto ſimilibus aduerſum ſeſe actionem concedemus? quo iure venenum ſibi congeneris veneni exterminium moliri aſſeremus? *Venena quomodo ſeſe mutuo extinguât.*

Quæ

Quæ de aconito Plinius recenset, quod hominem occidat, nisi illic quid perimẽdum repererit, at pari inuento qui cum certet, superstite homine, colluctando, ambo exitialia venena commoriantur, penes auctorem fides esto. Cum nullus sanæ mentis compos, ei qui hauserit venenatum poculum ausit aconitum addere, cui nũquã vlla virtus salutaris à quoquã sit tributa, neque ad eiusmodi remediorum cõpositionem vsquã accersita, nisi doronicũ eo retuleris, aut quod pardis, lupis, canibus, letale dixeris, homini idem præstare inficias iueris. De venefica apud Ausoniũ probationis loco quæ afferuntur, ex Epigrammate constat venena inter sese certamine minime depugnasse, sed fortè impatiens moræ mulier mortẽ acceleratura post adiecit hydrargyrum: id lubrica sua substantia, in intestinis siue ventriculo quod latebat venenũ neque cordis penetralia adhuc subierat secum præcipitasse, & ad aluum correptã deturbasse, lecto poëmate cuiuis perspicuum euadit.

Aconitum nihil salubre obtinuit.

Venefica apud Ausonium.

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito
Nec satis ad mortem credidit esse datũ.

Miscuit

Miscuit argenti letalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necē.
Diuidat hæc si quis: faciūt discreta venenū
Antidotum sumet, qui sociata bibet.
Ergo inter sese dum noxia pocula certant,
Cessit letalis noxa salutiferæ.
Protinus & vacuos alui petiêre recessus
Lubrica deiectis qua via nota cibis.
Quā pia cura diuū: prodest crudelior vxor
Et cum fata volunt, bina venena iuuāt.

Illustris D.D. Perchtoldus à Lippa Baro, Regni Boiemiæ Marescallus historiam recensuit. Georgius Marchio Brandenburgensis eius qui modo Onolzpachij rerum potitur, pater, secundis nuptijs duxit Caroli Ducis Munsterbergensis filiā, è qua suscepit filiā Wirtembergico Duci nuptam. Nuptiarum festiuitas cum celebraretur, certatum poculis, more gentis: sponsus vino sepultus, Baccho Venereque accensus noctu circumspiciebat qua ratione sitim cum æstu restingueret. Reperit lagenam (chymiæ dicebatur Carolus Dux fuisse studiosus) qua hydrargyrum continebatur, & dum reconderentur cetera vasa, per seruulorū imprudentiam, illic neglecta fuerat. Sperans Marchio *Historia de hydrargyro.*

chio frigore deceptus, se liquoris quid illic reperturũ, patenti gutture hausturus, vno impetu in ventriculũ quid frigidissimum proturbari sensit: nec quem sciscitaretur aderat quisquam, post lecto repetito, murmura sensit ventris, è quo paulo post totum exonerauit hydrargyrum. Nec nisi luce emergente patuit error nullo valetudini illato detrimento. Fortè vini ingurgitati feruor, argenti viui frigus obtuderat. Minus audiendi qui in podãdagra Mercurialibus pillulis ideo additum censent diagridium, vt bina venena tanquam Cadmæi fratres duello mutuo sese conficiant, cum scammoneæ lachryma faciliorem exitum præcipitato largiatur, ne nimia in corpore mora, huic detrimẽtum euidens afferat. Haud secus ac fructuum ὡραίων vsum lubricandæ aluo destinatum, primis mensis offerimus, vt humida sua lubricitate, aut ciborum subsequentium põdere, citius ventriculo extrudãtur, neque diuturna mora, putredine correpta, febres pariãt. Quid absurdi committeretur, etiamsi assereremus venena antidotis eo cõsilio permisceri, vt ceu vectoris munere fungantur.

Angerius Ferrerius lib. de Morbo Gallico

Fugaces fructus prima mẽsa eduntur.

Cur venena antidotis commisceantur.

gantur, has ad illa quaſi manu deducendo? Nonne ſi oculos purgare volumus membro, vt aiunt, aliquid appropriatum addimus? Vnde pillulis Lucis maioribus adhibemus ſuccum feniculi, & euphraſiam, minoribus chelidoniam quoque: cochijs pro capite betonicam & ſtæchadem: hepaticis Rhabarbarum, apſinthiũ, ſpicã: artheticis hermodactylos & Iuam: cordi, cornu monocerotis, vniones: ventriculo, corallos, maſticem adiicimus: lienoſos purgaturi phyllitidem cum ſcolopendria & capparibus non negligimus: pulmone laborantibus, agarico Veronicam, aut tuſſilaginẽ, renibus & veſicæ feniculum & ſaxifragiam commiſcemus, & ſic de reliquis. Nimirum robur additura mẽbris, quibus attributa ſunt à medicis arbitrati, vel vt vis purgãs eò deducatur, tanquã ad ſibi familiare mẽbrum. Hic etſi nulli veneno cũ corde ſit conſuetudo vlla, eoq; minimè quadrare videatur cõparatio, extra cõtrouerſiã tamẽ eſt venenis intercedere inuicẽ aliquid ſimilitudinis, vt vel hoc, antidoto permixtũ, petat prius aſſumtũ, tãquã potiorem ſuę ſpeciei portionẽ cognatã vel à potẽtiore, attrahatur

Herba membris corporis peculiariter attributa.

Venenis inter ſe aliqui[illegible] litudinis [illegible] ceacre.

attrahatur imbecillius:hoc verò,furtim; & ex inopinato,veluti succenturiatū, inuoluta secum rapiat venenum eliminātia remedia,quæ tū felicius congredientur, cum viciniſſimo contactu occursus dabitur. Quæ deinceps in compositione Theriacę venenata statuetur facultas cū ex duob⁹ extremis,medicamēto scilicet, & veneno, artis ope mixtione instituta, quid mediū emerserit? nec nō cū pastillorum viperęorum, & calcitidis vstæ exigua sit quantitas collata cum salubrium vitæ remediorum numerosa congerie,à quibus caro viperæ corrigi & calcitidis erodens vis suspecta, ab opio retundi poterit:vt taceam de fermentatione, quod dicunt à quarto demum,ad duodecimū, annum suum primū adipisci theriacam vigorem, quo temporis interuallo, deleteriorū malitia, & hebetari, & frangi ab alexipharmacis poterit. Alioqui medici est institutum sanitatis recuperatio, non vt lurida committat, nullo cum fructu, euidētique discrimine, in corpore venena eiusq; luctę sit ociosus spectator. Hac venenorum colluctatione,euenire arbitrantur,quod Arsenicum gestatum Pontificem

Theriacæ nulla vis deleteria.

Arsenicum Adriano P.M. gestatum.

tificem Adrianũ à peste immunem conseruarit, & hydrargyrum collo appẽsum securos à contagione reddat. Amuleta hæc vere sunt quorum causa hic redden da. Hic licet Theodosio nequaquam assentiar, in consuetudinem culpam conferenti, ac si pedetentim venenis assuescamus, vt Alexandro Regi oblata puella napello nutrita fuerat, & Mythridates crebra venenorum sumtione; adeo callum obduxerat, vt nihil reperiret quo car cere Pompeiano vita soluta, se eximere posset; quod rara sint exempla neminiq; imitandum proponenda: ita cum agentia & patientia requirant cõtactum, quæ contiguitas dabitur veneno, imis corporis recessibus latenti, cum arsenico cuticulam, capsula forte incluso, vixdũ contingente, & hydrargyro nuce auellana abscondito, tam inueteratæ consuetudinis & habitualis dispositionis auctor? Neque euphorbij, neq; capsici acrimonia sentitur, nisi cuticula abrasa, & si hoc fue rit, qua ratione virus ab Arsenico emanans, re tam sicca & solida minimeq; vaporosa, cutim, membranam carnosam, musculos, costas pectoris, transeundo ve

Theodosius Bon: Medicus.

Arsenicum ægre intra corpus appositum penetrat.

Pp nenum

nenum qui cum monomachia instituendа, circa cordis cauernas, inuadet, aut illic consuetudinē, intra corpus haudquaquam receptum imprimet, quod napellus & theriaca crebro comesta facilius efficere potuerūnt. Num sicuti flamma maior ad se trahit minorem, aut lumen maius obscurat minus, ita quicquid in aëre extat virulentiæ, tanquam ad sui simile confugit, nempe arsenicum, vel ab hoc, illa pellicitur, & illi mordicus obuersando, spiratione minimè attrahitur intra corpus. Vt de olido hirco referūt, ea propter cælo pestifero ali, vt quicquid est sordidorum odoramentorum eò sese recipiat, nisi dicas fætorem hircinum superare alios, & obtundere vsque adeò, ne percipiantur: quemadmodū supra quoque dictum, plantas odoratas vegetiores reddi, allio circumpacto, quod virus è vicinis ad sese trahit, sincerumque pabulū coronarijs indulget plantis. Vel dicamus Arsenicum esse è lapidum licet metallicorum fossilium genere, frigore concretum, quia calore liquantur. Ergo frigidum dixerimus & siccum, quod omnibus competit lapidibus. Appositum refrigerabit,

Arsenicum qua ratione arceat pestem

Hircus olidus

frigerabit,& ſiccabit cordis regionem vicinam,ne contagioſum venenum etiam receptum, febrim accēdere poſſit, quod licet cordis ſinus ſubierit, calore ex appoſitu frigidi & ſicci remedij temperato, vires putrefacientes, ebullitionemque inſtituentes, minime habere poterit. Hoc de hydrargyro longe frigidiore, certius aſſerere poterimus. Nec impedit, quod inter erodentia & ſyptica locum ſit ſortitum Arſenicū, quæ calida ſunt,& vrentia intra corpus aſſumta, appoſita tamen more cæterorum lapidum actu refrigerabunt. Quinetiam concalefacta,ob ſolidam ſubſtantiam, ſiccamque,non tantū abs ſe halitus emittet, quod cutis ſpiracula, clanculum permeare,& viſcerum nobiliſſimi tecta perreptare poſſit. Igitur ſiniſtræ mammæ illitionem theriaca factam, fruſtraneam dices? & oleo Carauitæ antidoto nobiliſſima, carporū, peritonæi, malleolorum iugularium inunctio, negata penetratione, ſuperflua cenſebitur? Minime gentium, His eſt humor, aliquis adiunctus, ſubſtantiæ tenuitas, aromatica ſubtilia plurima, & quod maximum, multa cum corde affinitas, eoque

Hydrargyrum actu frigidum.

Cordis inunctiones an penetrent.

etiam ſua ſponte ſubeunt, & ratione iucundi à corde attracta, amplexu fouentur, quorum nullum de Arſenico prædicari poterit. Neque moramur Cardanũ, qui libro ſecundo ſubtilitatum, arterijs illita, maioris facit, propulſandis venenis, quã exhauſta, ſi illa iam ventriculo exierint, docetque modum conficiendi oleũ quo inuncta extrema, vomitu, purgatione, aut ſudore, vel vrina extrudant venenum. Cui tum demum fides à nobis habebitur cum in vno remedio, quod metallicum Myſi, & auripigmento conſtare vult qualitates ſiue dotes omnes aſcriptas oſtenderit, nimirũ vt immodica caliditate deleat prius conceptam malam vim, & ſimilitudine auocet, exterius quod nocet, & contrarietate pellat, vim diſcutientẽm habeat non paruam, & aduerſus venena contrarietatem: attamen metallicum vt ſit venenum oportet. Simile enim & contrarium vni remedio quantumuis heterogenio eiuſdem reſpectu quomodo adaptaueris? etſi laſeris ſuccum, gentianam, aconitum, auripigmento confuderis cum adipibus ſerpentum. Deinde ſi extrahere debet ſimilitudine,

Cardani oleũ minerale.

Dotes requiſita a Cardano.

minime

minimè in corpus propellet contrarietate ſed attractum potius extinguet. Vim ſiccandi & diſcutiendi ſummæ caliditati coniunctã poſtulat, ex eo, quod ignẽ omnia, nedũ venena domare videat. Atqui in oleo Carauitę ſcorpij ſoli frigidi ſunt & humidi, & non tam qualitatibus, quã ſubſtantię ſimilitudine, eliciendo veneno ad ambitum corporis incumbunt. *Oleum Carauita.*

Hydrargyrũ κακοζηλία fortaſſis, cum lui Venereæ exterminandę, ceu panacæã quandam conſpicerent, & ad peſtilentia cõtagia miris laudibus quidam extulerũt. Patauij in officina aromatarij ad D. Antonij inſigne, forte fortuna cũ eſſem, acceſſit mulier petitũ hydrargyrum: ibi pharmacopęus terebello pertudit auellanam nucem, excauatã repleuit hydrargyro & tradidit: ſciſcitanti mihi vſum, reſpondit frequens eſſe mulierculis quibus à faſcinatricib⁹ ademtũ ſit lac, quo infantuli alendi fuerant. Hoc ſi ſecum geſtauerint, nullas prorſus ſagarũ, lamiarũ aut ſtrigũ pertimeſcendas inſidias, quod & in ſua cõiuge exploratũ & compertũ ſe habuiſſe ſancte aſſeuerabat. Inualuit fortaſſe, illinc origine ducta, ſuperſtitio praua vt *Hydrargirũ loco Amuleti.* *Hydrargyrum geſtatum contra veneficia.*

 etiam

etiam pesti tandẽ conducere hominibus persuaderent, cũ fascinationibus amuletũ præberet. Argentũ viuũ profectò tam frigida ad tactum vi pollet, vt algore suo appositũ cõpetenti mole quãtumuis magnũ cordis feruorẽ mitigare posse crediderim, cum etiã congelare, Petri Aponẽsis auctoritate dicãt naturaliũ rerum indagatores. Meo tamen iudicio, hac limitatione ijs vtemur, ne soli huic remedio, plus iusto fidẽtes, probatiora, certioraq; interim negligam⁹, sed theriaca & omnibus machinis hoste adorto facilius eũ ob truncemus, Præmissis hisce velitationibus cõsequens est, vt quę in maximo censu habẽtur referamus antidotos, quas inter principatũ sibi arrogauit lapis Bezoar, adeo vt per ἀντονομασίαν quicquid toxica elidere creditur, ea insigniatur denominatione. Hinc electuaria & pulueres Bezoardici ex Arabum gazis accersiti: & quot sunt venenorũ species, totidem bezoar statuunt, vt cuilibet veneno peculiare sit bezoar. In etymo varij sunt auctores. Etenim cum venenũ immediatè naturã destruat, Arabes propria lingua nominarunt, antidota contra venena bezahart

Hydrargyrum congelat.

Lapis Bezoar

Etymon Bezoar.

hart quasi vitam cõseruantia. Cardanus corrupte legi bezar cõtendit, asserens Pazar gẽmam esse mollẽ & cinerei coloris, auellanę magnitudine, omnibus venenis egregiè resistentem in Pely orientalis Indiæ regione repertũ; ibidem esse radicẽ bezar venenosissimã quę statim occidat: Eius vero fructũ Nirabri & contra eandẽ & alia quæcunq; venena pręstantissimo esse auxilio. Sũt qui Persidi bezoar inquilinũ dicant Pazar illic vocatũ a Pazan id est hirco in cuius ventriculo reperiri asserunt. Vnde mutuati Arabes Bezar. Indi Bazar promercalem dixerũt lapidẽ, cum circũ & forum vbi mercimonia exerceantur Bazar denotet, cui congruit nostrum Pannonicum Waszar, forũ. Hębreis Beluzaar appellatus ac si dicas dominus veneni, cum Baal & Bel dominũ illis significet, vnde Beli regum denominatio apud Chaldeos. Eum Aponensis cõciliator ita describit. Bezoar est lapis, & qui illum lapidẽ habet, tutus est ab omni mortali veneno. Teritur etiam & datur in potu de ipso drachma vna. Et per ipsum dicitur fuisse liberatũ Regem Angliæ Dominũ scilicet Edoardum in ciuitate Acon quã-

Cardani opinio.

Persis inquilinus Bezoar.

Descriptio Bezoar ex Aponitano.

do vulneratus fuit per Passiasinũ Soldani gladio toxicato. Hunc autẽ lapidem tribuit generalis Præceptor templi. Et ego consimilẽ vidi. Est autẽ rubens, putrilentus, leuis vt spongia, & frangibilis vt gypsum. Huic delineationi minime quadrat, & quẽ sępe vidimus, & à neotericis qui natalitia eius loca perlustrarũt, descriptũ legimus. Etenim is licet figura sit varius, interdũ rotũdus, modo glandẽ quernam, dactylorũ ossa, palũbis oua, renes, castaneas æmuletur, coloris sit interdum spadicei, flaui, & virore subfusco nigrescentis, cinereiq; obscurioris, rubrum tamen & putrilentũ nunquã conspexi, nisi friabilem, leuitate, non pororum raritate spongiam referentẽ. Miro naturæ artificio per laminas sese mutuo amplexantes amplificatus, vt in ceparũ putaminibus & inuolucris videre est, quo pacto & vesicæ calculos omnes principio è renibus ducto pedetentim succrescere auctor est Fernelius. Vt aquilinus quem aëtitem dicunt, medio cauus nisi quod loco lapilli puluisculũ eiusdẽ materiæ pollẽtiorum tamen viriũ continet. Glaber & læuis est, splendore coruscus, & quod bonitatis argumentum,

Vera descriptio lapidis.

gumentũ, ſuccedens pellicula vel laminu la ſuperiore ſplendidior, cõminutus ſcin tillat, facile abraditur vt alabaſtrum, ore detẽtus in liquorem abit. Animal rufum ferunt cerui proceritate, hirco tamen ſimile transauream Cherſoneſum ad Comarini Promõtoriũ qua itur ad Chinarũ regionẽ reperiri, è cuius ventriculo exe-ℓti in noſtrũ orbem trãsferuntur. Pretioſi lapidis vſus eſt morbis peſtilentibus toxico ſauciatis mẽbris, venenis aſſumtis, veterrimis melancholicorũ morbis. Doſis ab vno alteróq; grano ad decẽ & duodecim, licet, inſulæ Ormus, ad Maris vel ſinus Perſici fauces, accolas, vſq; ad 30. grana ſumere prodat Garzias ab Orto, tã tam quantitatẽ ſuſpectam habendã com monefaciens. Exhibetur in vino alioue liquore congruo, puluis ipſe aſperſus vulneribus, virulentorũ animalium morſu inflictis extrahit venenũ. Deleterijs vero extremũ moliri excidiũ Matthioli hiſtoria capite de napello indicat, & quã ad calcem huius capitis adiiciemus Epiſtola de prodigioſis & penè portentoſis Bezoar lapidis viribus plura referet. Raritas & inſani qui in emendo fiunt ſumtus, ſo-

Animal Bezoar gignens.

Vſus & doſis.

lis Regibus & Imperatotibus fere vernas fecit, idcirco ad viliora migrandū nobis erit. Licet quadriennium abierit cum D. Czenko à Lippa bellatoris equi Neapolitani cū concidisset, mortis causam inuestigaturus, lapidē è vētriculo excidi fecit, oui fermè anserini magnitudine, lamellis conflatum, pilis quoq; refertū, scabrū tamen, neq; splendentē, dupondij pōdere, quē Rudolphus Hungariæ Rex inter sua rariora reposuit. Eū fortassis Bezoar vicarium esse vel de generatione huius quę recensetur verissima esse testimonio cōprobare poterit. Crato excellētissimus hanc refert historiā. Chilianus Hotomānus Senator in patria mea, equū habuit, qui superiore anno mortuus est. Is multos lapides excreuit, qui & calore & substātia nihil differunt à lapide bezoar. Ita enim cōcreti sunt, ita puri, & in superficie nitentes. Ipse vnū hic habeo oui colūbini magnitudine. Mortuus est equus superiore anno, & lapis perfectè rotūdus magnitudine pomū arātiæ æquās, qui transire intestina nō poterat, in intestinis repertus. Plurimos lapides excreuit, sed grandior ille, rotūditate & coloris pulcritudine

Bezoar in equi ventriculo repertus.

ne omnes superat. Habeo integrũ & fractum: Nondũ de viribus feci periculum. Secundum locũ cornu Monocerotis sibi vẽdicauit, cuius propè diuinę recẽsentur operationes. Reges Indorũ ex ijs cornibus crateres cõficiebant, asserẽtes eo diẽ quo quis ex eo poculo hauserit, immunẽ à morbis, vulnerib', flãma & toxicis fore. Hinc Angelus Bargæus in Cynęgetico.

Cornu Monocerotis.

.vnoq; in fronte superbi
Cornu quod Reges Indorũ protinus aureis
Orbibus includũt, & vina liquentia potãt,
Ac tum nec morbos tuti sentire feruntur.
Nec quæ inter mensas occulta hausere venena.

Reperiri autem circa Phasidẽ fluuiũ ad Colchos vnũ cornu gestãtes asinos & ferocissimè cum elephantis depugnantes auctor est Philostratus in vita Apollonij Thyanęi. Cardanus sic describit. Esse animal rarũ, equi magnitudine, pilo mustelę simillimo, capite ceruino, in quo cornu crescit vnicũ, cubitorũ triũm lõgitudine media in fronte, atq; rectũ, in imo autem amplũ, tẽdens in aciẽ: collum illi breue, iuba rarissima, & in alteram tãtum partẽ tendente, crura veluti capreolo tenuia,

Cardanus Monocerotem describit.

posterio

posteriorũ exterior pars multo pilo villo ſa, vngulæ bifidę. In vniuerſum ſi quis ad uertat, cerui naturæ nõ eſt abſimilis, prę ter cornu illud, ferum eſt valde. Naſcitur in Æthyopia inter ſolitudines, ſqualentemq; terrã atq; inter ſerpẽtes, mirũq; in modũ cornu eius venenis aduerſari creditur. Garzias ab Orto Proregis Indiæ Medicus ait inter promõtoria bonę ſpei & Capo de Currẽtes viſum animal terreſtre quod etiam mari delectaretur, caput & iubam equi haberet, cornu præditum duos palmos oblongo, mobili, quod modo in ſiniſtrũ & dextrũ obuerteret, modo attolleret & demitteret. Id animal cũ Elephante ferociter pręliari, eiuſq; cornu aduerſus venena laudari. Ludouicus Vartomannus duos Sultano ex Æthyopia miſſos Mechæ ad Mahometis ſepulcrũ ſe vidiſſe ait cancellis obſeptos minimè feroces, fortè longo iam carcere domitos. Idaith Aga Orator Solymanni apud Maximilianũ Imperatorem Marcus Scherer ante abiuratã religionẽ Chriſtianã dictus, popularis meus Viennę frequẽti primariorum virorũ corona, auſus eſt proloqui, ſe in Arabia deſerta, vidiſſe gre gatim

Garzias medicus Luſitanus.

Vartomannus Patricius Romanus.

Idaith Aga Orator Turcicus.

gatim obuerſantes, vt armenta monocerotes. Vix tamen reperitur, qui teſte veritate, tota orbis ſuperficie ad amuſſim iã cognita, ſe vidiſſe affirmare auſit. Diluuio vniuerſali animalia perijſſe, nũc terra erui oſſa fabulantur plurimi, cum maiori ex parte terræ viſceribus recõdita exhumari cernant. Philoſophus aſſerit naturã nõ deficere in ſpeciebus. Quotquot olim creatæ ſunt à protoplaſto, totidẽ ad finẽ ſeculi duraturas perſuaſiſſimũ eſſe debet, licet indiuidua numero plura, pauciorave interdũ competiantur, quæ tamẽ minimè funditus intereãt, adeo vt ne quidẽ veſtigia extent. Adde differẽtiſſimas cornuũ figuras, quę non leuẽ anſam dubitãdi pariunt. Ad Dyoniſij fanũ propè Lutetiam integrũ extat eximiæ proceritatis, magni equidẽ põderis, ampliore baſe in conũ progrediens, ambitu ſtriatum ſub ara quadã abſcondita fornice, aqua extrema ſui parte immerſum: Cryptã ſubeuntibus potãda datur aqua, ea hauſta ſubito in copioſum ſudorẽ exoluũtur, perſuaſione adiecta, virtutẽ ſudorificã aquę, à cornu Monocerotis cõmunicatam eſſe qua etiã venena propulſare dicitur, cum ratione

Fabulæ Monocerotes diluuio vniuerſali periiſſe.

Dubium an extet Monoceros.

Cornu Sandyoniſianum.

ratione naturali omnibus è calidiore aëre algidum intrantibus, appulsu repentino, ceu antiperistasi quadam, humore ad extima propulso, sudor erũpat, quod iter facientibus æstiuis ardoribus familiare est, cum sitibundi, ad fontes, aut riuulos potui indulgẽt: tum liquor frigidus ventriculo neruoso, totiq; corpori æstuanti occurrens, è vestigio humorẽ per carnes & cutis meatus extrorsũ protrudit, vt nihil beneficij à Monocerotis cornu aquæ collatũ merito dici possit. Solẽnibus Venetorũ ferijs Sanmarciano delubro quæ publicè spectãda proponũtur, & magnitudine & figura his tam dissimilia vt nihil cognationis habere prorsus dixeris. Ebo ris instar splendẽs, læue, in gazis Pontificum summorũ Romæ solus vidi, & contrectaui, purpurea crumena obductũ, cu ius (vix duũ palmũ erat) exilitatẽ ad risum fermè miratus, respõsum accepi, crebro vsu ita imminutũ, neq; de scabritie aliorũ quę viderã referre quid potuit. Kerec zenio Baroni ad Niclespurgum brachij mei crassitie ingentis molis erat os è Pan nonũ (quemadmodũ is referebat) Regis Matthiæ gloriosissimi thesauris asseruatum,

Venetorum cornu.

Cornu Romanorum Pontificum.

tū, q̄ cōparatione cū superiorib. facta, au sus fui, & ipso vehemēter indignāte, balę narū potius esse os quā monocerotis cor nu, dicere. Fucus fit facile, cum in littora eiecti cetacei generis pisces, salo arenas propellente, sæpe obruantur, post multa demū secula, cariosa, seu teredine erosa, rursus ex imis terrę visceribus, cornu falsa simulachra referētia, eruātur persuasis spectatoribus credulis, diluuio submersa animalia ossibus superstitibus, nulla viribus derogata facultate, in medicū vsum trahi posse. Fidem facit & ebur fossile & Mumia vulgaris. Addā & hoc. Venetijs cōmilitones mei Iudæum negociatorē apud fabrū argentariū fortè cōuenerūt. Hic ostenso Monocerotis cornu hoc experimēto verū cōprobauit. In mensa cornu circulū delineauit, scorpiū prius, postmodū araneū iniecit, qui nunquā trāsilire potuit ambitū cornu circumscriptum: deinde palmi altitudine quouis reptātes bestias consequebatur, vmbra ne aut vi emanāte, intra quadrātis horę spaciū ambas necauit. Aberā tū ipse, spectaculi visu gratissimi, ignarus, neq; sępius quęsitū reperire licuit recutitū Apellā, popularis tñ

Ossa balenarum pro cornibus Monocerotis supponuntur.

Ebur fossile.

Experimentū de vera virtute Monocerotis.

meus

meus à meo discessu iconē à pictore pręstantissimo depingi curauit Albertoque Laskio satrapę Polono ablegauit vt Regi Sarmatarum Sigismundo II. ex imagine innotesceret, si forte eius sibi cōparandi, quod permagno æstimabatur, desideriū infligeret. Sunt qui genuinū, ab adulterino discernant, sola in liquorē quemcūq; iniectione, videlicet, si is humor statim feruescēs, quasi bullas produxerit, quod omnibus in calcem aut cinerem redactis corporibus ob ἐμπύρευμα propriū esse consueuit. Alij gallo Arsenicū exhibent, cani vel colūbæ, a cuius oblatione statim propinant monocerotis puluerē, quo exanimia restitui asseuerant. Figurā itaq; tam animalis quā cornu, huius magnitudinē, substantiā, læuorem vel scabritiem cum pōdere si spectes, dubius animi eris & suspensus: exploratio si viriū instituatur & ea quam fallax vel cōiecturalis? Quę me eo deducūt, vt vel parum vel nihil de eo animali sentiam tāta pręsertim impostuarū fertilitate. Subscribo sententię præceptoris Rondeletij qui libro de dosibus medicamētorum inquit. Rasura vnicornis, quia carius emitur, minore pondere datur,

Probatio vulgaris cornu Monocerotis.

Cornu Monocerotis virtus eadem quæ ebori & cornu cerui.

datur, vt alia medicamenta pretiosa, quã quã eius vis, neq; maior neq; certior sit, ea quę est eboris aut cornu cerui. Diuitibus quibus nihil pretiosũ esse potest præscribebat, inopibus substituendo, nõ semper cerui cornua, verũ etiam ossa equina aut canũ, sæpe etiam Myrobalanorũ ossa. Liberũ tamẹn est per me cuiq; quod velit sãcire. Equidẽ in variolis et morbillis infantium cum ab Imperatore Maximiliano multi scobẽ vnicornis intẽpestiue, & importune sæpe flagitarent, scio exhibitã rasurã cornu ceruini, eodẽ & certiore fortassis successu, de cuius virib. inferius pluta afferẽtur. Vsus est per se drachmæ aut semissis pondere, in vino aut aqua cordiali, raro eã excedimus dosin, vel ob pretium, aut quia vix tantũ ei fidere iubemur, vt cæteris aspernatis huic soli miraculosam vim tribuam⁹. Alexicacis permixtũ granorum pondere quoq; metimur, prę- sertim si vna vice velimus ꝓpinare, vt superius positis exẽplis declaratũ fuit. Lutũ Armenũ tertia classe reponemus, cui affinis & argilla Lemnia, à signo verò impresso σφραγιτὶς Gręcis dicta. Eius historiã tã accuratè descripsit Matthiolus vt oẽm

Vsus cornu Monocerotis.

Bolus Armena.

Matthiolus describsit bolum.

posteriorib. aliq̃d addēdi p̃sciderit occasionē. Ad Beregzazũ & Tokayũ Panno-niæ ad Tibiscũ oppida, e scrobibus quoq; effoditur gleba rubra, quã teste Iohanne Vito Medico Hungaro celebri, etiã è specubus quibusdam, & cauernis, olei instar guttatim stillare, postq̃ aëri exposita fuerit cõcrescere & indurari in cretaceã substantiã affirmam⁹. Extat eius apud me magna copia, cuius portiũculas puriores & amicis in Italiã misi, qui cõprobata eius bonitate veræ Lemnię cõgenerē fecerũt, egoq; sæpissimè, in tabidis loco orientalis sum vsus, licet ob collectorũ indiligentiã lapillis & arenulis scateat plurimis: attamen si tusa, aquæ inijcitur, oleosa substantia innatat, quæ colligi asseruariq; potest, omni sabulo destituta superioris vicē facile expletura. Neq; desunt critici, q̃ tam Lēnia q̃ Armeno luto nos destitui, eiusq; loco cretã carpentariorũ vel rubricã fabrilē in vsum medicũ traxisse vociferantur, q̃ licet vulneribus sanguiniq; supprimēdo extrinsecus cõmodissime adhibeantur, intra corpus tñ minime recipiēdæ cũ euētus quoq; palã arguit lõge differre argillas illas à nostris vulgatis, quarum in

Bolus Pannonia.

Nam veram Lemniam aut bolum habeamus.

ers

ers & ignaua est facultas, illarũ vero tam à Galeno q̃ alijs innumeris plenis buccis decãtatę. Atqui ij aliã Lemnũ insulã si ostenderint, vel alias terras medicamentosas ibi effoderint, tum demũ pedib. in suã nos cogent ire sententiã. De virib. ꝑfecto non est q̄ ambigatur. Etiã Mahometanis sacra habetur, & in eosdẽ vsus asseruatur qui à nobis tribuũtur ipsi. Vnde mirari subit magni nominis medicũ ad pestẽ nihil cõferre Lemniã scribentẽ, quẽ tñ primo tractatu refellimus, cum ijs solis nõ conducat, quibus neq; alia remedia contra mortẽ sunt auxilio. Magis ardua est discepꝑtatio qua inquiritur, quibusnã qualitatibus, primísne, secũdis, tertijs, aut quartis, tam veneno q̃ pestilentib. medeãtur huiusmodi glebæ morbis. Missis duabus primis, calida & humida, fere frigidã & siccam oẽs ipsis tribuũt facultates. Lõge frigidiora in remediorũ censu habẽtur, q tñ suspecta nobis sunt vel nõ tantũ nobis de illis polliceri audemus, q̃ de argillis p̃fatis. In siccitate ferme omnes cõueniunt. Quo loci ꝓducem⁹ in mediũ Fernel. lib. de abd. rerũ causis ista referẽtẽ. Hæc (terra inquã Lemnia) nõ exiccãdo, sed totius

Sacra Mahometanis terra Lemnia

Quibus facultatibus pesti conducant terræ.

Fernelius siccitate terras non prodesse affirmat.

 sub-

tia Emplastica obstructiões augere posset, q̃ putris immediata sunt causa febris. Siccitate lutũ agere impugnãt alij, quod pumex & os sepiæ lõge sint aridiora, neq; tamen adhibẽtur ad pestis curationẽ: qđ verũ esset, si sola vis exiccãs nulla vi accessoria p̃dita in bolis istis reperiretur. Veluti & hoc obijcitur. Si bol⁹ siccitate cõferret, necessario consequeretur omnẽ pestẽ ab humiditate oriri. Vtiq; hãc esse putredinis ꝓcreatricẽ, nemo inficias iuerit, vti etiã alias pręter siccantẽ argillis tribui dotes, null⁹ tergiuersabitur. Secũdis qualitatib⁹ agere nõnulli cũ priore modo sese extricare minime possent, terras medicamentõsas cõtendũt, & in nõ pauciores salebras se cõijciũt. Si astrictiõe quã illis adimere nõ possumus operari dicamus, à veneni assumtiõe exhibita à tergo ꝓtrudẽt, atq; in cor ipsum vrgebunt venena. Par de aẽre pestifero iudiciũ: q. inspirat⁹ cohibitis viarũ parietib⁹, violenter ad cordis penetralia propelletur. Ante assumta gleba, occlusis angustijs, intercipiet quidem tã aëris q̃ veneni penetrationẽ, laxis spacijs cõtractis: at dubia hæc sunt, cũ p̃monitis toxica minime ꝓpinẽtur, & aeris ex

An lutum siccitate agat.

Si astrictione agit bolus quæ incõgrua.

itialis sæpe plus intus latet exorbitatũ, ante, q̃ post luti assumtionem eò permeare possit. Qui ab agitatione vel efferuescentia humorum statuunt generari pestem, vi emplastica lẽtore inquã suo pingui, & viscido crassamentum quoddam succis inferri, atq; ita cõtagijs propulsandis strenuam præbere operã terras demonstrãt. Qui ad tertias cõfugiunt qualitates, familiaritatem Lemnio sigillo cum corde faciunt modo exposito, quasi medium se interponat inter cor & venenum huius accessu prohibito. Reprehensionem etiam hæc subibit opinio si credamus asserenti bus terram sigillatam vomitum prouocare, ac si vnum & idem cordi robur conciliet, & ventriculum subuertat. Superest specifica forma qua à tota substantia operari terras & tota sua natura, certo, nõ fortuito auxilio venenis & morbis pestilentibus aduersari dicamus, suppetias illis ferentibus, primis, secundis, & tertijs qualitatibus, quib⁹ ceu instrumentis vtitur. Refrigerare & siccare vulnerarij medici docẽt, sanguinis fluxum cohibere, dysenterias aliaq; alui & vteri profluuia sistere, argillacea vi furentes humores coërcere in confesso est: cordi amicas esse cum illud

Vis terra Emplastica.

Familiaritas boli cum corde

Bolus specifica forma agit.

petant,qui laudes earũ pdicant fidẽ faciunt.Et qđ excellentiſſim⁹ medic⁹ Monſpelienſis Laurẽtius Ioubertus exẽplo diſcipulorũ ſtibij vitro cõficiẽdo ſeſe occupantium pene ſtrangulatorũ,hauſtu boli Armeni ſpiratione reſtituta confirmat, nõ leue argumentũ eſt ſecretioris cuiuſdam facultatis quemadmodũ quòd Galenus ait etiã Aëtio ſuffragatore omne venenũ vomitu proturbare : quod non aſtrictiõi neq; frigori min⁹ ſiccitati, nedũ argilloſę ſubſtãtię tribui poteſt. Proinde etiãſi dederim⁹ arcanũ eſſe op⁹ naturę, minime tñ ambigetur oẽs ipſis attributas ꝓprietates cõcurrere, & ceu quadã cõiuratiõe peſti, veneniſq; eliminandis mutuas tradere operas. Exhibẽtur drachmę vni⁹ vel cũ ſemiſſe, aut dimidiæ tantũ põdere in vino ſtyptico, vel aqua verbenę, meliſſę, ſimilibúſue, quibus ſemina citri tuſa & expreſſa fuerint. In cõpoſitiõibus vero ꝓ earundẽ mole variãtur ꝓportiõe doſes q, in formulis remediorũ ſuperi⁹ annotatis videre licet. Iokaiẽſis boli cui lõge maior ſit vis aſtringẽdi illi q̃ Armenę, ꝫ fortè ſufficiet. Quarta claſſe locam⁹ ceruũ, qui totus fere ad antidotos expetitur. Ipſe telo

Bolus venenũ vomitu exclu dit.

Doſis boli.

Ceruus.

venenato ictus, dictãno herba ſpiculũ ſibi excutit: ſeſeli herba vtũtur, ante partũ ceruę, ad faciliorẽ vterũ. Cauernas inueſtigare, nariũq; ſpiritu, renitẽtes extrahere ſerpentes, auctor eſt Plini⁹. Vt nõ mirũ e ſuo quoq; corpore aliqd manare, quod venenis reluctetur. Sunt in vſu cerui lachryma, cernua, os in corde repertum, & fungi vel boleti coruini. Rariſſima omnium lachryma, de qua Scriboni⁹ larg⁹ cap. 42. Rus vbi ſeceſſeris, habere in incinctu oportet peucedanũ, vel cerui cumcaptus eſt in oculi angulo, q eſt nares verſus, quę inueniũtur ſordes viroſi odoris: has Siciliæ venatores diligẽter colligũt, & habẽt in cincto ꝑpter antedictã cauſam. Accuratius deſcripſit Iulius Cæſar Scaliger Exotericarũ exercitatiõũ. 112. Cerui lachrymam in noſtris muſarũ theſauris habem⁹ cariſſimã. Ante centeſimũ annũ in ceruo nulla eſt. Poſt eã ætatẽ accreſcit ad oculi canthũ ipſis oſſibus, atq; in os ꝓtuberans cõcreſcit, ea duritie qua cornu ſuperet. Qua parte ꝓminet, rotũda eſt, inſigni nitore, coloris fului, nõ ſine veſtigijs atriorũ venularũ. Tãta læuitate vt pene tactũ effugiat: ita. n. ſeſe ſubtrahit, vt ꝓpemodũ ſeip-

Lachryma cerui à Scribonio Largo

Iulius Cæsar Scaliger.

ſeipſam mouere videatur. Aduerſus venena remediũ præſtantiſſimũ. Peſte correptis datur cũ vini momento. Vnde tãt⁹ cietur ſudor, vt pene totũ ſolui corp⁹ credas. Cũ hęc in circulis aliquãdo recitarẽ, vnus ex ijs qui elegatorũ comitatu rerũ Aſiaticarũ cognitionẽ ꝓfitebatur, negabat ad ceruũ quicꝗ attinere: ſed eſſe lapidem. Ego poſtridie illi oſtendi qua partè ex oſſe fuiſſet auulſa. Hanc Solymannus olim dederat Samblãcardo Trierarcho: at ea ego poſtea eius filij Bernardi Oruesſani munificentiã expertus ſum. Hęc ille.

Modus vtendi lachryma.

Vtendi modus in remedio ignoto, & paucis viſo, aſſignari niſi cõiectura vix poteſt, præterꝗ vt more antidotorũ ſi eius datà fuerit copia vſurpemus: eoq; p̃ter cõſuètudinem amplior eſt attexta deſcriptio, vt ex ea vſus quoq; peti, aut ſi fortè cuipiã obuiã facta fuerit, ex hac delineatiõe ceu pictura lachryma dignoſci poſſit. Bonitate & experimentis vſu cõprobato, lachrymæ ſuccedit, oſſiculũ in cauo cordis ceruini repertũ, de quo tam in affirmatiuã ꝗ negatiuã partem plurimæ cõtradictiões viſuntur. Statuũt aliqui cartilaginẽ, bronchia pulmonum alij, piſcoſum quid non-

Os de corde Cerui.

nullis ſunt qui mordicus negent aliquid vnquam in cordis ſinibus repertum oſſi ſimile, vel ex eo quod nullius eſſet vtilitatis illic. Vbi omnis generis feris abundamus, ſane decidere hanc litẽ poſſumus.

Reperiuntur oſſa in corde cerui.

Reperiuntur oſſa omnibus prope ceruis, annoſioribus tamen maioraꝗ, minora iunioribus. crucis interdum forma decuſſatim mutuo interſecta. Quid mirum ſi boum quoq; exectos plures duodecim Marſallus Boiemiæ illuſtris aſſeruat, & quotidie plures inquirit? Etiã lapides e ceruino corde exemtos vidi, oui prope colũbini magnitudine, laminis conflatos, & quod iucundum fuit aſpectu, poſtquã comminutus fuit, repertum eſt oſſiculum in meditullio, ſimile cæteris oſſibus corde ꝓgnatis, circa quod putamina hæc ſeſe aggregando amplificauerant, & in hãc molem atq; duritiem, calore cordis extorrẽte, lapillum produxerant. Eum longe prętulerim cuiuis Bezoar, cum non capræ ventriculo, ſed animalis alexicaci, corde reptus, maiorem affinitatem, eundẽ nobiſcũ habere veriſimile ſit, niſi in paſtũ cauſam referas, quod caprę illic pabulo pollẽtiore veſcantur ꝙ cerui apud nos. Scrupuli ponde

Lapis e corde Cerui.

re aut drachmę semissis exhibent officu- lum cõminutum in vino aut stillatitio liquore melissæ, cardui, Rutæ. Quibus copia suppetit augere impune qualitatẽ po terunt, ratione ætatis, sexus, & morbi præ sentis necessitate, aliorúmue medicamẽtorum penuria, quãdoquidem magnates ruri degentes & mulierculæ ea in delitijs habent, facultates illius miris p̃conijs ad cœlos vsq; euehentes. Sunt qui vstiõe in cinerem redacta anteferant: ego augeri q̇dem siccitatẽ, & ardorem crediderim, perijsse tamen vim alexicacam, ab igne omnium rerũ domitore, nequaquã dubitauerim, eoq; cordialibus, crudum, non vstulatum admiscendum suaserim. Cornu si suffiatur, serpentes abigi nidore creditũ est: in vermibus sane pręsentaneo auxilio vtimur, hinc ad putridos morbos transitione facta omnibus propemodum antidotis scobes illius additur. Vstum si fuerit quæuis profluuia sistit, & vehementius exiccare solet. Fungum quẽ boletum ceruinum vocant è semine eius animalis genitali ortum, à capellis scalpendo effossa terra depræhensum, magnis exornant elogijs. Sane reperti sunt

Dosis.

Os cordis cerui ni vstum.

Cornu cerui.

Fungus cerui nus.

ſunt ijs locis vbi ab hominũ memoria nullus vnquam viſus eſt ceruus. Ad Trenziniũ nobile Hungariæ oppidũ circũ Carpathi iuga frequẽtiſſimus, mõtuoſis locis ſyluis opacis, vbi licet ceruos reperias nõ tamẽ eorũ tãta copia q̃ plauſtris fungorũ ſatiſfaceret, ſiquidẽ vera cẽſenda, quæ de eius generatiõe ſcribuntur. Inter tubera ſatius fuiſſet collocare, & ſi refragari poſſit viroſus odor, qui neq; in tuberib. adeò ſuauis, potiſſimũ cum ambo Veneri extimulãdæ opitulari dicãtur. Ex eo quibuſdam antidòtus paratur. Terunt lamellas ſiue bracteas auri plureis, marmore, pluuia aqua prius madefactas, ceu roris modo aſperſas. Deinde extrahunt ſpiritũ vini, cum Zuccaro Candi, per tartarũ calcinatũ. Aurum tritũ, quintæ huic eſſentiæ vini permiſcetur, & alẽbico cõmittitur. Eo qui tranſcẽndit liquore imbutus fungus ceruinus digitis exprimitur (alij trituratum mergunt & torculari exprimunt) rurſus maceratur, denuo exprimitur toties, donec vis vniuerſa è fungo extracta appareat. Eam expreſſionem drachmæ pondere in aqua Cardui peſtilẽtia correptis exhibent. Fecem ſiue reſidentiam non qui-

Fungi locũ habent inter tubera.

Antidotus e boleto ceruino

quidem fungi sed tartari quinq; granorũ pondere aluũ mitissime soluere dicunt. Succedit mus Moysis aut muscæ potius napello victitantes, illũ quidem radice vesci cum proditum sit è cõsequenti (virtute axiomatis omne quod venenis nutritur alexipharmacon esse) etiã venena & cõtagiosos morbos arcere posse arbitrati sunt. Qui muscas malunt, flores & folia quæ toxica nõ sunt, superficietenus exugere, neq; radicẽ venenatã attingere tradunt. Cui contrariũ experimur cũ à quouis pecudũ & pecorũ genere illibatus intactusq; permaneat, corroso circũquaq; gramine. Neq; desunt q̃ vomitu creando antidotis hasce muscas permisceri asserere ausint. Equidem si napellus Moysis est anthera vel poti⁹ antithora, vt hæc napello est antidotus, ita verisimile est, animalia & mures eius radicibus pastos conferre ad venenorum extirpationem. Mures Ananiensibus vallibus plurimos se vidisse affirmat Matthiolus. Contra alij plurimis euulsis radicibus, etiam opiliões percontati, nihil simile sibi visum inquiunt. Muscas vero turmatim insidere, floribus fere innatas communibus maiores, alis

Mus Moysis vel Musca Napelli.

Napellus Moysis an sit anthera.

capi-

capitulisue ex lurido viridiue, cœsio virente, instar cicendularũ, & cãtharidum flores rostello delibare auctor est Pena doctissimus facili lapsu è musca in murẽ annotato. Ex his antidotus cõficitur paullò post annotãda. Gemmis & vnionibus sicut etiã corallis medicas quoq; vires pſentaneas gẽmarij tribuunt, vt eorũ pretiũ augeant. Smaragdis nõ auferendę venenifugæ facultates, saphiros, granatos, rubinos, carbunculorũ speciẽ sub nomine fragmentorũ lapidũ pretiosorũ seplasię exhibent. Sugillãtur hic medici. Si gẽmas siccitãte prodesse dixerint, dabũtur longe ficciora minorisq; pretij, ossa, lapides, pumex: si splendore, vel lumine, tritura eum amittant, nisi integræ deglutiantur. Demus hoc scholæ Mauritanicæ, vt vlulemus cum lupis quibus cũ aliâs bene nobis cõuenit: verũtamen nimis creduli ne simus, cum officinis sæpe adulteratæ prostent, è vicinis metallarijs depromtæ, quas si prunis inieceris fumũ edẽt quod lapidũ naturæ aduersariũ est. Passim extant exempla vtendi, idcirco hic minimè immorandum, & quia per se raro nisi alijs cõmistæ vsurpantur. Ex auro neoterici

Petrus Pena Medicus.

Margaritæ & lapides pretiosi.

Gemmæ quomodo corpori prosint.

Vsus gemmarum.

ci liquores parant: Aurũ potabile, tincturam auri, aurum diaphoreticum, essentiam auri, balsamum auri, quod butyrũ & axungiam solis nominãt. Quæ meo quidem iudicio vt operosa & magnorum sumtuum, ita plus habent in fronte pollicitationum, quam in recessu præstare valeant. Et quid de auro sentiamus supra expositum fuit, cum exactissima elementorum mistura eam adeptum sit substantiam vt à nullo quid perpeti possit: à frigore tamen concretum arguit, quod calore soluitur. Etiamsi à calore nostro non possit comminui vel subigi (ita enim alimentum esset) fortè tamen immutat calorem nostrũ quatenus medicamentum & splendore suo scobes, seu laminulæ exhilarant spiritus. Tantas autem vires, aut familiaritatem illi esse cum corpore humano, vt prorogare vitam possit, constanter pernegamus, cum appetitu animali potius, insatiabili desiderio, ad illud expetendum feramur, non naturali, quasi corpori amicum alliciamus, ritu aliorum iucundorum naturalis sensus obiectorum, alioqui multis vitam medio itinere abrupisse, passim extant exempla.

Aurum.

Num agat in calorem nostrum.

Auri sacrafames.

exempla. Hoc argumento fortaſſis cōpoſitionū è ſanguinibus auctores, cruorib. tot aſperſerunt ſuas antidotos, quaſi maior intercederet familiaritas animātium ſanguini, cum noſtro, quā vel auro, vel vlli alteri materiæ tribui poſſit. Relinquim⁹ iſta glorioſis Thraſonib., qui ſuas iactāt experientias, omnes p̄ ſe contemnentes, nulla tamen vnquā viſi ſunt edere miracula. Carolinæ radicē officinæ Cardopaticā nos Chameleōtem album putamus, ab Angelis Francorum Regi oſtenſam ferunt. Ea vel in puluerem trita, vel cordialibus aquis decocta & hauſta ſecuros à peſte reddit. Maioris efficaciæ erit extractio eius, ſi aut per ſe aut ſyrupo de corticibus citri permixta, vel cum Zuccaro in tabellarum formā redacta exhibebitur iuſta quātitate, vt etiā Zedoariæ extractione hoc caſu feliciter vtimur. Sunt q̧ tantam vim radici Cardopatiæ tribuerint, vt Grammahi vitę neſcio quā monſtroſa dotarint appellatione, affirmantes, ſi quis non ſolum ederit, ſed ſecum geſtauerit, comitum itineris pedeſtrium vires ſuffurari, & ad ſe transferre, vt multis paraſangis etiā expeditiſſimos curſores fatigatos à ſe

Radix Carolinæ.

Eius extractio.

Prodigioſa radicis vires.

à ſe relinquat, eius virtute aliquos medio cria vini doliola humeris impoſita, ſpreto onere, ad longa itinerũ ſpacia geſtaſſe. Equo ſi eſitanda detur portiũcula, curſorio certamine, metã trãſilire, omnibuſq; æmulis quantũuis pernicibus, victoriam curſu pręripere. Volunt autem fodi luna creſcẽte cũ eſt in ſigno fixo, vt ſunt aquarius, leo, virgo, taurus. Hinc fortaſſis creditũ quoq; peſtiferos humores in corpore collectos pari violẽtia extrahere. Salẽ omnes putredines arcere, tã viuis corporibus, quã cadaueribus notiſſimũ. Milites vulneratos vidimus, inopia chirurgorũ ſolo ſalis pugno alligato, cauiſſe, ne putredo, inflãmatione, hinc ſphacelus vel gãgręna eos exciperet. Id imitati chymię periti ſales ex herbis (cinerẽ potius dixeris illi puriſſimũ ſuccũ indigitant) parant: ex ononide ad calculũ, ex apſinthio, hipericone & ſcabioſa ad peſtem, licet ſalis apſinthij vſus ſit etiã ad hydropẽ. Etiã oleum ex ſale eliciunt. Quod remediũ, vt rationi cõſonũ & experiẽtiæ teſtimonio comprobatũ, equidẽ magnifacio. Et cũ rarò officinis proſtẽt à chymicis ſunt petendi, vſu quoq; demõſtrato, vel requira

Tempus fodiendæ.

Sales è plantis

Oleum Salis.

tur Andernacus libro de medicina non pridẽ promulgato, vnde huc trãſcribere non libuit, ne farraginũ conſarcinatione noſtras dicamur amplificaſſe paginas.

Antimonium album.

Multa etiã de Stibio pollicẽtur, non ſolũ per aluũ purgãte, verumetiã ſudorẽ ciẽn te, quod niuis pene cãdorẽ æmulatur: vbi non parua mentẽ ſubit admiratio, cur nũ quam per ſeſe, ſed theriaca permixtũ exhibeant, quę ſuapte virtute ciere ſudores potis eſt nõ adiecto antimonio albo.

Oleum Calcanthi.

Olei Vitrioli vſum conuenientiſſimũ iudico, quia acore ſuo coërcet putredinis graſſationẽ, frigore ſuo feruorẽ extinguit, & aliquid ſiccitatis habet, quæ aquarum cordialium, ſi ſuſpecta eſſet additione, facile tolletur. Dãtur in aqua acetoſæ, potandę tot guttę, quot dẽtes ſtupidos nõ reddãt, manifeſtã tamẽ guſtui aciditatẽ cõciliẽt. Et ſi aqua cardui, tormentillę, vel meliſſæ dilueris, recte factũ putato.

Compoſitæ Antidoti.

Ad cõpoſitas antidotos ſi trãſcamus, Regina omniũ eſt Theriaca & Mythridatica cõfectio, illa à Viperis ab Andromacho illuſtrata: hæc à Ponti rege denominationẽ ſortita.

Theriacæ & Mithridatico nihil æquiparandum.

His tã venenatis quã peſtilẽtibus morbis, nihil æquiparandũ, imo nullius penſi habẽda omnia

omnia reliqua, nisi hisce cõmixta, vel roborata, cũ tot seculorũ antegressa serie, efficacissimæ semper earũ vires sint depręhẽsæ. Sũmo igitur studio enitẽdũ erit vt sincera habeatur. Eã vero posse perfectissimã pręparari, ausim affirmare, cõtra eius insectatores, qui repudiatis veterũ ratione & experimẽto cõprobatis remedijs, quisquilias suas nobis obtrudũt magnifica de illis pollicẽtes, cũ tamen ex vngue leonẽ facile deprræhẽdas. Notus nobis est orbis vniuersus. Multi peragrarũt Persidẽ, Syros, Palęstinã, Ægyptũ, taceã Cretam, cum alijs vicinioribus insulis, vt plantis potirentur. Tantine fiet opobalsamũ & vinũ Falernũ cum Amomo, folio, costo, & terra sigillata vt non liceat, substituere alia, præsertim postquã diuino beneficio iã nobis dictamnus & Scordiũ innotuerint? Qui oleũ caryophyllorũ vicariũ opobalsamo statuunt minimè reprræhendendi si dosis imminuatur: opiũ vero cũ euanidũ propè ad nos afferatur etiam ampliore mole tũ adhibebitur, vt mordacẽ acrimoniã olei caryophyllorũ obtundat alioqui fermentatio in theriaca quadriennis ob opiũ non expectãda. Verũm

Theriaca optima haberi potest.

hęc huius loci & inſtituti noſtri non ſunt vt enucleare debeamus. Manardus nouā Mythridaticā cōfectionē inſtituit, cuius virtus videtur vnà cū auctore interijſſe.

Confectio Mythridatica Manardi.

Sāguines addit æmulatione Dioſcoridei δι' αἱμάτων à Galeno libro de antidotis deſcripti ductus: vbi mirū cur ciconiæ ſanguinē prętermiſerit, aut pauonis: cum hę volucres præ ceteris, omnibus colubris, & rubetis indiſcriminatim veſcantur, taceā de ceruino vel humano cū illius animātis quadrupedis virtus venenineca an notata ſit, huius vero ob ſimilitudinē frugi eſſe poſſit. Cauendū tamen ne dū vitamus vitia, ſtulta imitatione in contraria curramus. Etenim cū veteribus caro viperę, & anatis ſanguis fuerint addita, ne temerarij, indifferenter ea adiiciamus, quorū vires minime nobis adhuc ſint exploratę, & pro theſauro nō carbones, vēditemus, ſed pro ſanitate interitū machinemur. Nā præterquā quod cruoris effuſio carnificinæ ſimilis, intuentibus horrorem parit, medicamētis alias nemini niſi neceſſitate coacto iucundis, ſi ſanguis admiſceatur guſtui, non ſecus atq; mumia, quā obſecro gratiā cōciliabit? Quā ſimilitudinem,

Sanguis animalium.

Sanguine abſtinendum.

Sanguis exiccatus inutilis.

tudinē,aut alexipharmacā vim ſtatuem⁹ ſanguini ſicco cū exhalarit calor,& humidū aëreū, in quo maior fuiſſet affinitas & cognatio?taceā de facili in putredinē degeneratione, cui vt occurratur, coctura, vel ad ſolē exiccam⁹,ita vaporoſum, ſubtile, & tenue, in quo veneno repugnans vis latebat,euolat &euaneſcit,quę in carne viperę vt ſolidiore, ſuperſtes,ne elixatione quidē aboletur, cū in formatione throciſcorū,caro tuſa farinæ,orobi,proprio iure viperino, tēperetur,ad orbiculorū theriacorū,figmentū,ac ſi demta elixatione virtus,illis rurſus reſtituenda foret.Cui tñ viſum fuerit,tā quæ ex ſanguinibus quā è ſcinco Gal.lib.2.de antidotis confectiones in pretio & vſu habebit, nobis minimè repugnātibus. Nicomedi Regi fortaſſis Bithyniæ tribuit Galenus δι' ἀρκευθίδων medicamentū è baccarū Iuniperinarū cū Lēnia terra mixtura cōpoſitū, vt in minutū redacta ambo puluerē oleo vel melle excipiātur. Illius ʒ.ij. huius vero ʒ.ij.& ℈.ij. Hęc cōpoſitio quia eſt εὐπόριστ.. & ob inſigne quo exornata eſt elogiū, carior eſſe debet cū aſſerat auctor,ſi venenū in corpore non repererit,quieſcere:ſi

Trochiſci Theriaci.

Antidotus Nicomedis.

Antidotus Scaligeri.

receptũ fuerit vomitu proturbare. Auellanæ magnitudo dosim arguit. Scaligeri Antidotus exercitatione i.8.5. ℞. radicis aristolochię rotundę, Mithridati an.℥.ij. terræ sigillatę ℥.ß. Muscas quę de napelli frondibus victum capiũt n̄. 18. succi citri quãtũ satis est. Aduers⁹ maleficia, & morsus virulẽtos, nulla cũ hoc est cõparanda theriaca. Antidotus ex vua versa siue lupina. Hæc Archiducis Austriæ Ferdinandi titulo celebris facta. ℞ radicis Valerianę verę ℥.ß. polypodij querni, radicis altheę an.℥.ij. angelicæ hortẽsis ℥.iiij. radicis vrticę, corticis radicis thymeleę, vincetoxici an.℥.j. Radices effodiẽdę sunt a 15. Aug. ad 8. Septẽb. Mixta indito in ollã vitreatã affusa aceti acerrimi quantitate, eatenus dum duorũ digitorũ altitudine radices superet, operculo occludenda olla, obturatis rimis & cõmissuris albumine oui & farina. Deinde olla imposita lento igni ebullitio lenis radicũ instituẽda, qua etiã peracta, apertaq; olla acetũ quod adhuc redundat abijciendũ. Radices autẽ paulatim exiccãdæ quoad in puluerẽ redigi queant. Addenda sunt tamẽ radicibus sic præparatis grana Lycoctoni tetra

Antidotus ex vua versa.

phylli

phylli vulgo herba Paris dicti numer.xx. cum eiusdē herbę folijs nume.xxvi. Dosis vero ℥.j.in vino albo. A Gesnero vere Plinio Germanico acceptā Petrus Pena Aquæsextiensis Medicus Florētię cōmunicauit an.1564.quę post euporistis Dioscoridis Argētorati excusis addita est. Conati sumus Florentiæ conficere, sed desti tuebamur Mezeræo Germanico, licet circa vallē vmbrosam Benedictinorū sodaliū sub iugis Apennini monasteriū, grana & herbam Paris reperissemus. Romę vtraq; caruimus quātumuis cum Hippolyto Saluiano & Iulio Mācino stirpiū indagatore solertissimo crebro inquireremus, vt merito Germanica dici Antidotus mereatur. Apud nos est vulgata & pulueris cōpositio, & probatus vsus, nō modo in peste, & venenis, verūetiam pleuritidi præsertim nothæ, & flatuosę initio mederi constanter asseuerant. Sugillatur confectio Alkermes ab Altimaro in pestilētibus febribus ob calorem nimiū, & quod calorem natiuū augere non posśit cum nō nutriat. Equidē calor illius inter parādum, succo pomorū dulciū, & aqua rosarum est tēperatus, tum sane mitigari

Gesnerus Polyhistor, Plinius Germanicus.

Germanica Antidotus.

Confectio Alkermes ab Altimaro impugnata.

poterit Conseruis rosarũ, violarum, aut borraginis, nisi malueris argillas medicamentosas vel acidũ citri succũ, vt tantoperè æstus nõ sit formidandus, pręsertim cum pauxillũ quid exhibeatur, neq; augmẽtum caloris natiui per nutrientia hic flagitem⁹, eò quod impura corpora quo magis nutriueris, eo magis lęseris, sed spirituum solidã refectionẽ, quam ab odoratis & grano tinctorio consequimur. Vt non tanti æstimem hæc argumenta quæ Arabũ familiæ solenne Electuariũ nobis extorquẽdo exilio perpetuo multare debeant. Namq; & ore detentum, fragranti odore, quẽ ab Ambra & mòscho adipiscitur, totum corpus recreat, rubore vero oculos oblectat vt spiritibus vndiquaq; demulsis cordi nõ leuẽ pariat hilaritatẽ. Medici periti est effugere eã dosin, quæ æstum febrilẽ intẽdere posit, vt nullus, erisypelate visceribus, aut phlegmone mancipatis, eo vtẽdum suaserit vnquam, alioqui neq; buccellam panis vino meraco irroratã, in animi deliquijs febrilibus offerre consultum esset. Secretum Lucæ

Secretũ Ghini

Ghini. ℞ Cupperosæ albę ℥.j. radicis diptami albi recentis, radicis tormentillæ

recentis

recẽtis an.ʒ.ij. fiat puluis tenuiſsimus & exhibeatur ʒ.j.ex ℥.ij. aquæ plantaginis, aut roſarũ,aut acetoſę, aut cõſimiliũ. Poſt duas horas iterũ exhibeatur. Et ſi opus ſit tertio, ita tamen vt non ante duas horas poſt ſumtum puluerem edat. Poteſt itaq; duabus ante paſtũ horis exhiberi, mane, & veſperi, & meridie. Cuperoſa præpare-tur hoc modo. In puluerẽ trita infundatur aqua roſacea, & poſt aliquot horas percolata aqua, exiccatur ad ſolem. Hoc ter aut quater fieri debet, meliuſque facit qui aliquid caphurę admiſcet ſed nõ multum. Aliud. ♃ Theriacę partes duas, Mithridati partẽ vnã. Miſce, & ex tali mixtura ſingulis morbo peſtifero cõpræhenſis exhibe.ʒ.j. pulueris Verbenæ ʒ.ß. olei cõmunis dulcis. Aquæ vitæ duarũ coctura-rum an.ʒ.j. vel quod ſufficiet ad diluendũ. Hoc vnico nobilis Florentinus Neapoli omnes peſte correptos reſtituiſſe gloriatus eſt. Eorum quę extrinſecus adhibentur, præſtãtiſsimũ eſt oleum quod Gregorio Carauitę Clementis P.M. chirurgo auctori tribuitur, licet Patauij Monachis Sanctę Iuſtinę ordinis Benedictini acceptum ferant, quia ij ſua medica of-

Preparatio vitrioli.

Aliud.

Admota in peſte.

Oleum Carauita.

ficina, perpetuo etiam in egentium bene ficia paratum habẽt. Florentiæ oleũ Ducis vel contra venena, alibi ſcorpionum compoſitum nominatur. Extat apud Mathiolum deſcriptio. Oleo iſto tempora, cordis regio, carpi manuum, taleoli, perinæum, ſingulis ſenis horis perũcta, ſpacio diei naturalis quater iterata illitione omne venenum & contagioſa pernicies corpore exterminari poteſt. Eius penuria Theriaca præſtantiſſima, oleo ſcorpionum diſſoluta ſubminiſtrabitur: vel oleum ſcorpionũ ſimplex aut hiperici, vel balſama artificialia ſi Goacomax Americorum defuerit. Horum innumeræ extant deſcriptiones minus operoſæ, & non tanti pretij quibus vulgus hominum vti poterit: neque tamen à ſapientibus neceſſitate vrgente contemnentur ijs potiſſimum quibus Aſcręi Poëtę notum eſt.

Vſus olei præſtantiſsimi.

νήπιοι οὐδ' ἴσασ' ὅσον ἐν μαλάχῃ μέγ' ὄνειαρ,

Sic Commentationum de peſte finis eſto.

GLORIA TIBI DOMINE IESV.

Bezoar lapidis descriptio ad Reuerendiss. & Illustriss. Archiepiscopum Strigeniensem.

BEZOAR seu Bezaar lapis est oblõgus & rotũdus glãdẽ fere quercinã absq; sua capula imitatus, foris lęuis, ad colorẽ & quasi speciem ferri igni perpoliti accedẽs, intus vero cineritius. Põdus illi est leue & hoc perfectioni attribuitur. Nam licet extrinsecus densior ac solidior videatur, vbi rũpitur fragilis tamen & porosus apparet, sine aliqua arenositate, inter dẽtes si ponatur, dissoluitur ac si panis crustula esset. Sapor illi nullus vel potius gratus est. Adfertur ex Persia Cõstantinopolim, & per Callicuth in Portugalliã. Generatio eis dubia. Siquidẽ affirmãt alij in vẽtriculo Syluestris capræ veris ac æstatis tempore ex herbarũ quarundam succo, quibus illæ victitant congregari. Accedente vero hyeme ac Autũno vbi alia sibi defecerint pabula, hũc ruminare & pro pabulo vti. Rem ita inquiũt se habere, indicium est quod eędem capræ principio veris aut in fine hyemis captę, lapide prorsus careant, cum tamen autumni principio notabilem semper habeant.

Præterea

Præterea videtur hic lapis per additamẽta & quaſi tunica tunicæ ſuper inducta eſſigiatus. Adduntetiam plærunq; dũ franguntur vacuitatem quandam in medio apparere, in qua vt plurimum feſtuca paleæ reperiatur. Alij cerui lachrymam eſſe ſtatuũt, dicuntq; in illis deſertis regionibus vbi cerui valde conſenuerunt ſerpentes venari, atq; vbi illorum plurimos deuorauerint facilioris cõcoctionis gratia fluminibus & aquis ad collum vſq; ad aliquot dies ſeſe continere, quo tempore paulatim incipit lachryma aliqua ex oculis defluere, indurarique, & pedetentim augeri magis & minus prout apparet. Ac licet de ortu eius nobis nõ admodũ conſtet, effectus tamẽ & operationes ſuę mirabiles experientia pluries confirmatæ, haud quaquã ſuſpectę nobis eſſe debent: quin potius, meo quidem iudicio, medicina eſt ſalubris & benedicta humanę naturæ amiciſſima ex qua indicibili Sympathia operationes ſuas mirabiles ædit, non quod calidus, humidus, frigidus, ſiccus ſit, cum omnis ſaporis expers reperiatur. Maior doſis eſt decem granorum frumenti pondus, licet crediderim ego

impune

impune poſſe vnum atq; alterum ſcrupulum etiam à ſanis abſq; periculo aut nocumento aliquo ſumi. Et Imperator ipſe Turcarũ ſæpius in anno etiam ſanitatis tempore aſſumit. Datur pueris contra vermes & in febribus malignis, quod & Montanus & Amatus ſuis ſcriptis tradidere. Dicunt præterea quod morbis ferè omnibus & præſertim venenoſis auxilietur. Nos vero Sacratiſſ. Cæſareæ Maieſtatis iuſſu quatuor experimẽta ſui hucuſq; vidimus, in duobus nempe reis lege ſupplicio damnatis, quibus venenũ ſtudio oblatũ eſt, & in duobus pręterea aulę Maieſtatis ſuæ nobilibus vehementiore morbo afflictis. E quibus primus Dominus Scander ſeſe nobis offert, qui cũ longa & graui ægritudine cum ingenti omnium membrorũ & pulſus imbecillitate Oeniponte decumberet, nauſeabundus ac in ventriculo & pręcordijs vehementer dolens, annum agens 75. oblata ſibi lapidis Bezoartici grana quinq; in cochleari vini fuere. Nulla illo die ſubſequuta eſt alteratio nullaque immutatio. Noctu tamen melius quieuit. Sequẽti die attollebat brachia, & crura ad ſeſe contrahe-

bat,

bat, quod antea haud quaquã facere potuerat. Tribus postea elapsis diebus vomitũ quidem biliosum habuit, qui præcordiorũ & stomachi dolores finiuit, ac licet longo adhuc tempore decubuerit, credo nihilominus suæ salutis fundamenta Bezoar extitisse. Laborauerat postea D.D. Staphylus sedecim cõtinuis diebus acuta febre, maligna & sopita ab affectu renum suum sumente initium, abhorrebatq; ab omni ciborum genere, nauseabundus, de capite sæpius queritans: nihil nisi de morte loquebatur, delinquebatq; frequenter animo. Habebat sedes colliquatiuas cum ani exitu doloroso. Vrina erat turbida, cruda & ferè subiugalis. Articuli & præsertim genua dolebant, lassitudo ingens, facies Hippocratica, oculi in dormiẽdo aperti, & ob vehementem viriũ imbecillitatem corporis ad pedes delapsus. His ita se habentibus, cũ de vita illius ab omnibus minus speraretur, motu proprio clementię Cæsaris septem grana huius pretiosissimi medicamenti sibi in vini cochleari fuere oblata. Nõ tamen erat stomacho tunc omnino ieiuno Staphylus: siquidem mediũ oui vitellũ per semihorã ante sumpserat, biberatq; ali-

quid. Porro hora à bezoartica assumtione elapsa bonū haustū seri caprilli calidi cū zuccaro ebibit, & intra semihorā adhuc etiam. Subsequutę istos sex vel amplius sedes cholericę & fætidæ sunt, cum quadam tñ faciliori tolerãtia solito. Possūq; vere affirmare illū intra hosce quindecim ægritudinis dies, in totū quantum medietas cruciati panis sit minimè comedisse. Cum nocte illius diei cænæ suę vna cū D.D. Stepha. interessem paropsidem hordei in iusculo cocti plenā tãto appetitu comedit, vt nos illud intuētes letalem quandā auiditatē potius q̃ famē esse crederemus. Et dū inter edēdū nos ambo ipsū ad strenue edendū si seruari cuperet cohortaremur, ac laudarem⁹, respōdit, se ideo comedere q; cib⁹ sibi placeret alioq̃ inaniter nos nostra iactaturos verba. Fuit nocte illa R. Pat. Canys. in ijsdem ædib⁹, veritus ne Staphyli obitus sequentē lucē prçueniret. Quieuit nihilominus ita placide noster infirmus, vt potuerit seruitio corporis & cōsolatione simul animę carere. Mane cū recta ascēdere dubitarē fit mihi P. Canys. obuiā, spē meliorē salutis de infirmo afferēs, & ex illa hora res in melius statim & cōtinuata serie sūt ꝓgressę.

Primus ex reis cui bezoar post venenum oblatum est, fuit ante biennium Pragæ, qui cum per aliquot dies in carcere detentus solo pane & aqua fuisset vsus atq; præcedenti nocte prorsus incænatus drachma pulueris napelli fuit oblata. Erat corpus prędecedente diæta valde pręparatum, venę inanitę, & meatus omnes aperti, ex quo facilimè veneni vis ad extrema quoq; mẽbra distribui illis potuit. Superuenere accidentia nempe angustia pectoris, dolor stomachi, oculorum obtenebratio vertiginosa, pulsus immutatus. Cum vero infirmus assereret ni statim subueniretur, se penitus deficere, oblata illi quinque grana remedij in pauco vino sunt, continuo alleuiatus est. Paullò post non sine angustia tamen euomuit & benè sperabat. Nihilominus sciebat materiam circa stomachum aggregari. Pars posterior capitis & collũ dolebant, inde cæpit delirare, & canebat alte in folio quodam lacero. Præteriit deliriũ, recurreruntq; alia Symptomata, dolores scilicet stomachi, capitis, maxillarum, pectoris, modo vnius modo alterius iuncturæ. Verum septem horarum spacio omnes
dolucre

doluere, venter intumuit quaſi hydropicus eſſet. Erant præcordia cum dolore & duritie tenſa, ſenſit punctionem in renibus, vrina fuit ſuppreſſa, itē eſt vno brachio & præterea crure reſolutus. Pulſus ſæpè fuit interceptus, & febriculoſus. Vomuit illo die aliquoties, habuitq; ſedes ſed perpetuo de duritie quadam frigida ac ſi lapis quidam in ſtomacho foret, nobis eſt conqueſtus. Vltimo vero de quo aſtātes omnes mirati ſunt maxime, ophthalmia quędam lippitudinoſa illi ſuperuenit, adeo dolorifica & horrida, vt patiens ipſe mori potius quā paullo magis cum tali dolore perſeuerare cuperet. A veneni aſſumtione per horas quinq; ne guttam quidem ſumſit, vt eo certius procederet experimentū. Conquieuère ſpacio 8. horarū hæc omnia, noctu cum voluptate cænitauit, quieteq; dormiuit. Mane erat ſaniſſimus, neq; membrorū læſio vlla eſt ſubſequuta. Prout ego quinq; vel ſex menſium ſpacio ſum percunctatus. Factus eſt liber & etiam à S.C.M. liberaliter donatus.

Altera etiā experientia fuit, decima proximi menſis Decembris hic Viennæ ce-

lebrata in quodã adoleſcẽte nondũ vigeſimũ attingente annũ. Habitus corporis erat rarus & quoquo pacto cacheticus & à carcere tabefactus. Præceſſerat etiã in ipſo tenuis diæta, neq; nocte præterita dormierat. Exhibita eſt illi Arſenici puluerifati drach. ß. cũ zuc. Hinc ad horã grana x. bezoartici lapid. in aqua borraginis sũt ſibi potui data. Sciſcitatus poſteà qualis ſtatus ante remedij aſſumtionẽ in eo fuiſſet, dicebat ſe prius magnũ ſtomachi cũ eroſione ſenſiſſe incendiũ, fauces ardore quodã detentas, oculos cũ vertigine fuiſſe obtenebratos, nõ intellexiſſe loquentes, néque nouiſſe homines. Epoto vero medicamẽto ſtomachũ fuiſſe illico refrigeratũ, oculos apertos, inquietudines & anguſtias multas, quas pri⁹ vniuerſo corpore ſenſerat, ſublatas. Percontatus, an genua dolerent, id aſſeruit & cum punctione, quod venenorum fere omnium proprium eſſe credo. Paullo poſt ſecutus eſt dolor ſtomachi, ardor gutturis, & ſputum ſalſum, cui vomitus phlegmatis veneno permixti ſucceſſit: alleuiatus eſt parum, neque diu moratus, conqueſtus eſt de ventris dolore, quare ferreis vinculis

lis è pedibus remotis vnã habuit fere naturalẽ sedẽ,ex qua ventris dolor quieuit. Recurrit vero intra semihorã stomachi dolor nauseatiuus, expuit amarũ, extremitates sunt refrigeratę. Dicebat se quasi conuolutũ filũ aut linum in ore stomachi & æsophago sentire, quę phlegmatis crassi & vitrei per vomitũ excretio est subsequuta. Inde à vexãtibus symptomatibus alleuiatus, iterũ inquietior factus doluit venter, caput & genua, hypochondria tensa sunt & vna cũ stomacho intumuerunt, & aliam tunc habuit ventris excretionem. Iterum sensit dolorem ventris cum corporis inquietudine, aluus tertio materiã nigram, liquidam & in transeundo comburentem excreuit: adhuc vomitus facilis & exiguus fuit. Duodecima audita (cum circa septimã venenum accepisset) curaui sibi iusculum carnis afferri, de quo ad tria sumsit cochlearia, ægerriméq; tunc temporis odorem carnis decoctæ ferebat. Elapsa hora dum sitiret obtuli panem in vino lymphato infusum, non potuit comedere parum tamen bibit. Verũ iam spem meliorem de salute concipiebat, de qua prorsus antea desperauerat

rauerat, omnia pedetentim in trãquilliorē ſtatū ſunt redacta. Cænauit nocte cōmodè, & benę dormiuit: mane cum hominem quo pacto ſe haberet interrogaſſem reſpōdit *gantz wol*, quaſi diceret, omnino benè, licet hypochōdria tenſa adhuc & renitentia tactui apparerēt, quod ſymptoma abſque alia medicamentorum ope omnino quieuit.

Mihi vt verè quod ſentio ſemel dicam videtur Bezoar medicamentū eſſe regiū, facile, placidū, omni periculo çarens, & vt Aëtij verbis vtar, pueris, mulieribus, ſenibus, tutiſſime datųr hæc medicina vel ſub ipſo canis feruore, quo præcipuè tēpore reliqua medicamenta omnia ſuſpecta ſunt, quandoquidē corpus nullo alio pacto alterat, debilitatue. Sed maximè roborat. Hęc cum mihi de viribus & efficacia pręſtantiſſimi lapidis Bezoar comperta eſſent, adnimaduerterēq; D. V. R. non niſi libenti animo perlecturā, illa ſibi animoq; & obſequio omni meo offerre volui. Ita faxit De⁹, vt quo cumul⁹ ſuarū virtutū heroicarū pſonā ſuā Illuſtriſ. dirigit fauſto feliciqúe curſu percurrere poſſit.

S:R.D. *deditiſſimus.*

CLAVDIVS RICHARDVS.

LECTORI.

NE consilio auxilioue destitueremus eos qui medici ex professo nō sunt, eoq; ampla volumina percurrere, minima quæq; rimari peruestigareq; nec possunt, neque volunt, attamen vitæ defensio illis cordi est, nec ad manum præsentes semper habent medicos, quibus salutem suam committere poßint, pestilentibus morbis agros quoque integros colonis exhaurientibus: cum inquam ipsi quoque securos recessus ne dicam tuta quærant medici latibula: adijcere visum fuit tria pestis propulsandæ documenta. Vbi etiam empiricis euporista sunt permixta, quibus summatim comprehenduntur auxilia minimè fallacis euentus, plebeis, idiotis, locupletibus & egenis lectu & confectu perfacilia. Alienis igitur frui per me licebit, quos compendiosa delectant, aut morbi momentanea propè periodus, longioris lectionis vsuram minimè largita fuerit. Sat est hoc consilij mihi ab initio propositum fuisse, vt omnibus quam maxime prodessem.



*E scripto Gallico Rondeletij. Præ-
seruatio à peste.*

PRimum omnium semel in hebdomada vnam, duas vel tres pillulas in lecti egressu mane capiat iuxta formulam sequentem: quæ etiamsi vix prætérquam vna vice aluum exonerarint, satis erit aëre pestifero, quo interdicta est humorũ in corpore nimia exagitatio. ℞ Rhabarbari electi ʒ. j. ß. cort. Myrab. citrini & Chebuli an. ℈. j. mirrhæ, croci an. ℈. ß. cinamomi ℈. ij. aloës lotæ aqua apsinthij & cicoreæ ℥. ß. cum succo rosarum fiăt pillulæ VI. pro drachma, capiat pillulã j. vel ij. vel iij. mane ante prandium. Postridie eius diei quo sumserit pillulas, capiat theriacæ bonę drachmã, quinq; aut sex horis ante pastum. Nunquam quicquam Theriacæ sumat, nisi prius pillulis fuerit vacuatus, aut mediocri abstinentia cibi potusq; se præparauerit, aut consuetis vacuatus fuerit vacuationibus. Pridie quã sumturus est vel pillulas vel theriacã frugali sit contentus cæna. Reliquis diebus accipiat auellanæ nucis magnitudine de cordiali opiata cuius attexitur descriptio superbibendo nõnihil aquarum cordialium,

Pillulæ.

liũ, puta apſinthij, acetoſæ, bugloſſæ, quibus aliquot guttæ vini albi permixtę fuerint, aut ſi merũ hauriet indifferens eſto. Si maluerit alternatim modo de opiata quantitatem aſſignatam, modo de pulue re aſcripto cochlearis magnitudine aſſumere ſuo ſtabit arbitrio, quod ita accipiatur, vt vna die opiatam, altera puluerem per vices aſſumat. Opiata. ℞ Conſeruæ roſarum & acetoſæ an. ℥.j. conſeruæ foliorũ cicoreæ ℥.ß. corticis citri cum zuccaro cõditi ℥,ij. Myrobalarũ emblicorũ cõditorũ ñ.ij. raſurę eboris & cornu cerui an. ʒ.iiij. coralli rubri ʒ.ij. ſeminis bõbacis & ſeminis citri an. ʒ. j. ſp. diamarg. frig. ʒ.ij. fragmentorum lapidum pretioſorũ, & margaritarũ nõ perforat. an. ʒ.ß. cũ ſyrupo de acetoſitate citri. fiat opiata de qua capiat ąd quãtitatẽ auellanę, ſuper bibẽdo parũ vini diluti aqua acetoſæ vel bugloſ. Puluis. ℞ magarit. nõ perforatarũ, raſu. eboris ã. ʒ.j. corn. cerui. ʒ.ij. boli Arm. præpar. ʒ. iij. roſar. rub. ʒ.j. zedoa. ʒ. ß. cinã. ʒ. j. ß. zuc. roſati tabulati quãtũ ſufficit, fiat puluis, capiat ante paſtũ ea die qua nõ comedit de opiata. Eadẽ remedia vſui eſſe poſſunt ad curationẽ modo

Opiata.

Puluis.

adhibeantur tempore debito & hoc post vacuationem per vomitũ, vel per medicamentũ lenissimũ, vt postea dicetur, ne fiat eo tẽpore agitatio humorũ. Si quis amicorum peste correptus fuerit consultissimũ fuerit morbũ statim prodere, vt si sanguine abundauerit intra 24. horas vena tundatur, aut vomitu stomachus exoneretur, aut clysteribus leniq; pharmaco illi succurri tẽpestiue possit. Lenitiuum.

Lenitiuum.

℞ Trypheræ persicæ ʒ.vj. vel Catholici ℥.ß. vel syrupi rosati solutiui. ℥.j.ß. dissoluãtur in aqua hordei, vel aquis cordialib. capiat mane. Si emensis 24. horis quispiã dictis remedijs vti ausus fuerit, puta venę sectione, vomitu, vel purgatione p aluũ, maximũ crimen cõmiserit. Etenim retrahit venenum introrsum, quod natura conabatur extrorsum protrudere ad emunctoria, aut alia membra in ijs excitato anthrace, cuius retractionem mors sequitur. Metam igitur hanc vbi transilierim⁹, ad potiones cordiales cõfugiendum erit, quibus ad minimum semel quotidie vtẽdum. Parabũtur ex opiata cordiali supra descripta, si drachma opiatæ sufficienti quãtitate aquarum cordialium dissolũta

fuerit. Epithemata huiusmodi fient quouis tempore applicanda pro cordis defensione etiã paulo post purgationem circa cordis regionem, addito vsus tempore pauco vino albo sæpe agitetur, & pãni eo imbuãtur. Epithema. ℞ Trochisci de caphura ʒ.ß. diamarg. frigidi & de gẽmis ã. ʒ.ij. aquæ rosarũ & Buglossi. an. ℥.iiij. quibus addatur parũ vini tẽpore applicationis. Vbi quatuor aut quinq; præterierint dies dissoluatur opiata cordialis aqua acetosæ & cardui benedicti, & apposito epithemate cogatur ad sudorẽ ægrotus. Si aluꝰ officiũ nõ fecerit adhibeatur clysma è decocto hordei cum melle rosaceo aut violaceo tantũ. Hę enim ægritudines admodũ plenæ timoris, & periculi, si alui fluor eas corripuerit. Si in aliquo emunctorio tumor prodeat signũ materiã iam extrema petere. Carbunculus itaq; scarificetur circum circa, & multũ sanguinis extrahatur. Deinde applicetur digestiuũ sequens. ℞ Vitelli ouorũ fortiter agitatorum & dissolutorũ in oleo scorpionis & succo scabiosę quantũ sufficit, quib. adde salis. ʒ.j. pro ℥.j. vitellorum, & misceatur, & fiat digestiuũ qđ applicetur supra carbunculum.

Epithema.

Carbunculi cura.

Cauteria Multi cõſulunt vtendũ cauterijs actualibus & potẽtialibus ſupra carbũculos, aut alijs trochiſcis cauſticis, ꝙ mihi minimè probatur, quia cortex durus generatur, qui lõgiore tẽpore quã æquũ eſſet mordicus adhęrẽdo tardiꝰ decidit, & quaſi ſupprimit venenũ, quo minus exhalare poſſit, ꝙ periculo nõ vacat. Satius eſt ſcalpello incidere quia plꝰ profluet vulnere hiãte ſanguinis. Expeditius eſt maturationẽ promouere cataplaſmate è caricis & paſſulis cõfecto, ꝙ vtiliſſimũ fuerit. Neq; placet vſus defenſiuorũ nimis aſtringentiũ, quia repellẽdo materiã venenoſam, impediunt eiuſdem per halitũ reſolutionẽ. Emũctorio tumenti appone medicamẽta relaxantia, vt regreſſum materię cohibeas. Prę omnibus mihi vehementer laudatur oleũ ſcorpionũ, liliorũ alborũ, camomelinum; vel cataplaſma cõſtans farinis digerentibus, puta hordei, fabarũ, cũ dictis oleis, & oui luteis. Cũ anthrax corticẽ amiſerit, tumor ſuppuratus vel reſolutus fuerit, febris remiſerit nõnihil, ſunt in tuto collocati. Ægro præcipiendũ ne ſit loco algido, neq; aër plus ſatis calefiat arte: verum ſtragulis bene tectus calide

cubet, aëre vsus mediocri inter frigidum & calidũ. Vino abstineat, aqua inter edẽdũ cõtentus: intermedio tẽpore sitis extinguendæ gratia conseruã rosarũ dissoluat aqua simplici vel eidẽ syrupũ de limonibus permisceat. Iusculis vtatur capi, pullorũ gallinaceorũ elixatorũ aqua acetosę. Quibuscũq; cordi est sese præseruare ab hoc periculo supra omnia studeãt cauere omnes tã corporis agitationes quã animi perturbationes, lenem habeant aluum, fugiant cruditates, id est, quę in stomacho contingunt ciborum corruptelas. Hilarem vitam ducant, commercia hominum quantum possunt vitent.

Regimen pestis è Germanico scripto.

Electuarium contra prauum aërem. ℞ Radicis scrophulariæ ʒ. vj. radic. pimpinellæ, angelicæ, seminis sinapis, an. ℥. ß. scordij manipulũ. j. Cõminuatur in puluerẽ, cui adiice theriacę pręstãtissimę ℥. iij. ß. Misce omnia & formato quasi morsulos, è quibus manè pro pręseruatione ieiunus accipiat ʒ. ß. dissolutã optimo

aceto

aceto. Iunioribus & pueris sufficit duorũ pisorum magnitudine exhibere. Si vero infectus iam fuerit, detur drachma integra, & lecto traditus sudorẽ irritet. Aqua prunellę perpetui gargarismatis loco creberrime vtatur. Accipe granorum alkakengi, caricarum pinguium an. ℥.ij. contundantur optime vt fiat ceu massa in formã Emplastri redacta, appone cuti quocunq; volueris, illuc extrahet venenatũ tumorem. Bibat sequentem potionem. Accipe foliorũ mali cotoneæ. m̃. ij. aquæ fontanæ gelidissimæ duas mensuras (pinthas) cum dimidia. Decoquatur ad dimidias. Ex ea bibat quotiescunq; siti torquebitur: antequam prius absumtum fuerit aliud coquatur, vt semper sit in promtu. Vtere etiam emplastro hoc. Cape potentillæ quantum reperies vel volueris, tundito donec succum prolicias, soleis nudis pedum alligato, deambulando mane & vesperi aliquantulũ. Calorem pręternaturalem exterminat, & recreat vires. Si infectus quispiam fuerit. Cape Chelidonię herbę cum radice m̃. j. radicis Lapathi, corticis fraxini singulorum ℥.ß. aceti sextariũ cum dimidio. Decoquatur

quatuor ad dimidias. Da peste correpto duas partes exhauriendas vna vice, cubitum eat, ſudet. Elapſis duabus horis reſiduũ præbeto ebibendum. Securus erit.

Regimen peſtis.

POſt exactiſſimã purgationem ædium, emendetur ſemel in die habitatio. Si dies eſſet clara, aperiendo feneſtras, & oſtia ex aduerſa parte regionis vnde aër infeſtus ſpirat. Suffumigetur domus Iunipero hyeme, æſtate vero aceto roſato optimo. Vtatur cinamomo in cibis hyeme, refrigerãtibus vero & acidis in æſtate. Omni tempore vitare debet ſuperfluitatem, pręſertim carnium, piſcium, lacticiniorum. Pro familia infundantur grana Iuniperi matura per 24. horas in acetǫ bono roſaceo: deinde eximantur & ponãtur ad aërem & exiccentur in vmbra non ſub ſole, neq; à vento. Seruentur & ſingulo mane comedãtur grana ſeptem aut decem ieiuno ſtomacho. In æſtate bibat mane, & ſero ante cibum tria cochlearia ſucci acetoſæ, aut comedat panẽ ſucco infuſum. Huc cõfert etiam ſuccus cytoniorum & berberis. Item comedat mane caricam pinguem, nucem Italicam, &

parum

parũ rutæ cũ modico ſalis. Egeni bibant hauſtũ bonum lixiuij barbitonſorũ clari omni mane,aut ſuccum ceparũ mixtũ cũ aceto,ſed primus modus eſt melior iſto. Aut ſumatur ſuccus de pomo Aurantio acetoſo vel medij ſaporis & adde tria cochlearia aquę roſaceæ,vnum vini malua tici, & tantundem croci, quod cum cuſpide cultelli comprehendere poteris. Permiſceatur & bibatur. Ante cænã poteſt addi bolus Armenus præparatus, in hyeme conuenienter additur aqua Meliſſę vel Roſmarini. Alternatis diebus ſumantur pillulæ mane quæ Ruphi vocantur, vel peſtilẽtiales de myrrha, croco,& aloë, aut ſumatur Aloës roſatum. Poteſt quoque ſumi puluis radicis tormentillæ medio cochleari,æſtate in aqua acetoſæ, hyeme cum vino odorifico. Aut ſuccum Chelidonij decoquę & clarifica cũ zuccaro: eſt mirabilis operationis. Nota remedium excellẽtiſſimum. Deſtillentur cortices virides nucum exteriores & de ea aqua ſumantur mane & veſperi quatuor cochlearia. Eſt res experta & admo dũ ſingularis. Epithema. Sumat mediũ ſcyphum aquæ roſarum, cui addę tria co

chlearia

chlearia aceti rosacei, vnũ vero vini mal uatici, pulueris caryophyllorũ ad drachmam vnã, croci parum, tepefiat & intingantur petiæ & cordi applicentur. Nota conditum contra pestem & omne venenum. ℞ stercoris galli puluerisati drachmam vnam, misce cum vino Maluatico. Regimen infectorũ. Sume oleum scorpionis & cum eo distemperetur theriaca optima, & fiat in modum linimenti, cum quo inungãtur loca intrinseca omnium iuncturarũ, & pulsuũ, & emunctoria omnia. Mox deinde propinetur de sequenti electuario ad magnitudinẽ duarũ auellanarum, aut ad pondus drachmæ vnius sic in bolo, vel distemperetur cum vino & sudet.

Electuarium. ℞ theriacæ optimæ ℥. j. camphoræ, ℈. ß. myrrhæ sulphuris an. ℈. ij. Misce, fiat elctuarium. Si autem apostema apparet, contundatur scabiosa, & cum melle aut succo ceparũ applicetur. Aliud. Lentes decoquantur & in forma cataplasmatis applicentur. Nota. Quando apparet apostema sumatur rotula raphani, ligetur sub apostema, spacio latitudinis trium aut quatuor digitorum,

vt

vt tangat carnem nudam,& sic demittatis tam diu quousq; videbitis descendere apostema, ad rotulam raphani, tunc depone & sume recentem rotulam raphani, quā pari modo ligabis prout alteram, & sic continuabis donec apostema vsq; ad extremum vnguem pedis vel manus sit protractum. Item apostemati apponantur vel applicentur ventosæ, deinde scarificetur, & denuo applicetur ventosa, & cum vltro deponitur, habeas gallum qui circa anum sit deplumatus, & mox sic gallum deplumato ano innitentem superponas apostemati. Statim ad se trahit venenum: quod probatum est.

THOMAE IOR DANI MEDICI

Responsio

AD

CL. V. D. LAVRENTII IOVBERTI MEDICI MONSPESSVLANI

Paradoxon VII, Decadis II.

ἔλεγχ' ἐλέγχου: λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
ἄνδρας φιλοσόφους ὥσπερ ἀρτοπώλιδας



Typographus beneuolo Lectori S.

REM me tibi gratißimam facturum fuisse, si Paradoxon D. Iouberti VII. decadis II. tractatui sequenti, quo ad illud respondetur, hic statim subiecissem: dubitare nõ possum. Eundem enim multo plenius meliusq; intelligere potuisses. Quandoquidem vero plurimis in locis cùm propinquis tùm temporis & viæ interuallo disiunctioribus diligenter inuestigauerim, sed reperire non potuerim, expectationi tuæ satis me facere non potuisse vides. Quare non vereor quin id quod in præsentia tecum cõmunico, boni sis consulturus, meq; si vnquam aliàs mihi bene volueris, amare perrecturus: præsertim, cum ex ipsomet hoc sequente scripto illius paradoxi, vere nimirum sincereq; citati, sensum quoq; non adeo difficulter poßis perspicere.

PRA-

PRAGAM, Boiemorum regiam, vbi conuentus Procerum Cæſar agitabat, nuper excurrendum mihi fuit, illic tabernas, vt fit, librarias dũ perluſtro, pręter opiniōem, in tuum Iouberte Clariſſime, paradoxorum incidi librum. Hic, non tam nouitate, curioſorũ eſca, quàm nominis tui celebritate, vt emerem, me allexit, imo, lõga ſui expectatione, quod tam diu latuiſſet moroſiorẽ redditũ, inopinato ſui conſpectu, mirum quam exhilararit. Primam Decuriã tuo munere apud me extantem præteriens, ſecũdam vbi peruoluere cœpi, ſeptimũ mihi à te dicatum vidi παράδοξον. Quod duplici nomine gratum habui, & quia recentem adhuc mei memoriam apud te aſſeruari animaduerti, & quia non de lana qđ aiunt, caprina, certamen motum mihi aſcribis, ſed de quęſtiōe, ἐν τῇ φυσιολογικῇ vt cuiuis obuia, etiam prima frõte, & trita admodum, ita neq; dum, meo quidem iudicio, dextrè, proq; merito elucubrata. Ne me ſin, ſi obticuiſſem veritus, vulgatam opinionem, ne vindice deſtituta, illã auxiliatricem acciret, defendendam aduer

ſus te ſuſcepi: mearũ partium arbitratus eſſe, meo nomine promulgatũ, calculo meo approbare, vel repudiare. Impune id me facturũ, mihi perſuaſi ipſe, cum q̃a probabilibus tantum te niti aſſeras, tum quia nulla prorſus violentia vſus argumẽtis reſpõderi potius, quàm pedibus quenquã in tuam cogas ire ſentẽtiam. Animũ candor & integritas tua mihi addiderũt, qui cum tuo contubernio & communi menſa frueremur, ſecundis menſis, opſoniorum loco, ceu pomum ἔριδος, gryphos, nũc è paradoxis, modo γελασίνους tuos libros obijciebas noſtrum cuilibet, ampla eorũ ſub incudem reuocandorum, facta poteſtate. Tanta quoq; erga nos vſus facilitate, vt balbutientes, ſępe puerilia in mediũ afferentes, ceu muſcas elephantem oppugnantes, minime ſperneres, verum ſolita εὐτραπελίᾳ blando inquã, vultu, omnia excipiendo, obiectiões miro ingenij acumine, magnaq; ſolertia dilueres, eaq; ratione quotidionas dapes dulciſſimo exornares diſputationũ mangonio. Tu quoq; docere nos conſueueras, non carceribus ſiue clauſtris, ingenia liberalia coercẽda, neq; ceu loris, mancipia, herili nutui aſſuefa-

ſuefacienda eſſe. Ea propter, quam tibi ar rogas, in veterũ, & recentiorum inuentis examinandis auctoritatem, in tuis enucleandis ne inuideas poteſtatem, nõ den te Theonino arrodentibus, ſed ceu ſecũda e naufragio tabula, priſtino nitori longa temporis præſcriptione, ſuffragante fortaſſis etiam veritate, reſtituere vetera conantibus, ſimile quid aggrediũdi. Cum enim, vt recte inquis τοῦ εἰδέναι deſiderium, natura inſitum circumgeſtemus, illius autem ſubiectum, Proteo ſit magis varium, ne dicam incomprehenſibile, circa ea exerceri animum quid vetat? potiſſimũ vbi non de alieno luditur corio, quod in actiua fit medicina, vt ceu e ſilicũ colliſione, ignẽ abſtruſum elicimus, ita mutua ſententiarum collatione, tanquam attritu aliquid reuocare in lucem, quod quàm proxime veritati accedat, tentemus.

Cupedijs præſes anima, q̃ & Vegetatrix, Nutriente, augente, & generante inſigni tur facultatibus, quarum hęc dicitur eſſe motus, quo id, quod non erat, eſſentiam adipiſcitur: illa mente Ariſtot. 2. de Gen. An. cap. 4. præbet eſſentiam toti & partibus. Media acceſſiõem magnitudini ad-

iungit. Cum enim indiuiduum numero conseruari ob ἐναντίωσιν sublunaribus propriam nõ potuisset, sagax natura, per species ꝑpetuitatẽ quodãmodo exprimere molita, iacturam sarciendã, propagatiõe similis speciei censuit. Generanti hæc incumbit prouincia. Indiuiduũ, continentibus, contentis, & impetum facientibus conflatum, intestinum circũgestat calorem depascẽtem, etiam iniurijs externis obnoxium, vt aliquandiu sarctũ tectum custodiretur, alimentum poposcit, quod quia prima fronte dissimile, subactionẽ quandã, cuius auxilio familiaritatem sibi conciliet, postulat. Hę sunt nutriẽtis partes. Demum, cum omnibus animalibus exit⁹ sit magnitudinis, omniaq; certo augendi termino circũscribantur, Gygantеam natura exosa molem, nõ vt Mathematici lineam in infinitum producat, peculiarẽ vim instituit, quæ vndiquaq; corpus extendat, & diducat, ea tenus, donec statum attigerit incrementi punctũ. Auctrici huic nomen. Nutrix itaq;, coercendæ dissipatiõi triplicis substantiæ destinata, cum absq; restitutiõe depasti id facere nequeat, surrogare cogitur quid ἀνάλογον
quod

quod alimentũ, illiusq́; facultatis materia circa quam operetur, veluti obiectum dicitur. Illud poteſtate prius, quaſi nutriẽs, actu poſtmodum, calore coctionem vrgente, tale redditur, nimirum cum in ſubſtantiam nutriti cõuertitur, illiusq́; quaſi idæam ſuſcipit. Vnde ὁμοίωσις τοῦ τρέφοντος τῷ τρεφομένῳ Galeno, eiusq́; actio nutritio, finis aſſimilatio perfecta dicitur, q̃ alimento roris modo ab exilibus venis diffuſo, ſolidis membris aſperſo, adhæreſcẽte, extremum aſſimilato, relicta parte nutrita, ceu opere actioni reſiduo perficitur, ope facultatum miniſtrãtium, attractrice, retentrice, coctrice, & expultrice. Proinde cum vſus eius vniuerſo vitę curriculo neceſſarius ſit, neq; facultas iners iacet, ſed perpetuo operi inuigilat ad extremã rerũ lineam, interitum. Secus in auctrice, quæ limites fixos habet, vſu venit. Non enim in naturalibus, abſtractas quãtitates, à materia conſideramus, verũ cum cuiuis formæ mixti, peculiaris ſit magnitudo, neq; quæuis materia, cuiuſlibet formæ ſit receptatrix vel (vt aduerſus Anaxagoram diuinus præceptor diſſerit) non quælibet, materia, eãdem formam retinere, & ſub

quantacunq; magnitudine cōſiſtere poſſit,id faſtigium vbi attigerit, quieſcendū illi porro eſt. Præfinitam itaq; omni animantium generi à natura metam accretionis,a primo vitę exordio,ad vigorē progreſſu facto, auctricis facultatis pręſidio, conſequimur.cum illius munus ſit, quaquauerſum,omnes iuxta dimenſiōes,noui corporis acceſſione,eo quod increſcit minime corrupto,ſed ſpecietenus,in ante & poſt incrementū,permanente, corpus obſeruata eadem continuitate,& ſpecie augere. Eapropter præſentis magnitudinis incrementū vel ſolidarum in longum,latū,profundumq; amplificatiō Medicis dicitur. Verſatur etiam hæc circa alimentum, non quatenus hoc aliquid, id eſt ſubſtantia,ſed vt quātum, cum quantitatis ratiōe, vndiquaq; augeat. Neceſſe eſt enim,nutrimentū,idæam membri nutriendi ante ſuſcipere, quam acceſſoria auctrix, quantitatem diducat, cum nihil quod non nutritur, crementū ſuſcipiat. Abſoluet opus ſuum,cum iuſtam expleuerit menſuram, aut cuiuis corpori conuenientem ſuppeditauerit magnitudinē, e copioſiore alimento, quam ad ſolā ſat

fuiſſet

fuiſſet nutritionem, quæ quantum perijt reſtaurat, illa ad accretionē nonnihil ſupplementi, ad vacuorũ ſpaciorum è didu-ctiōne hiantium, repletionem exigit. Mi niſtra æternitatis Generãs, ſubinde cum indiuiduo, tam alente quàm augente peſſum euntibus, diuinioris quid præ ſe fert, cum prognatæ rei vim ſimilis producendi, artificib⁹ inimitabile (ſtatuæ ſculptor effingendi ſimilem largiri nequit poteſtatem) indens, genus humanũ, & brutorum, ſpecietenus conſeruat. Eam ob prærogatiuam, cum à fine, nomenclaturæ in naturalibus ſint accerſendę: finis vero animantis, in ſimilis productione conſtituatur, iure ſuo, Vegetantem ab hac tanquã potiore denominãdã ſãxit Philoſophus. Quod in quauis, idem in humana generatione vſu venit. Nouę ſubſtantię productio, prioris ſublatiōem requirit, quia vnius generatio eſt alterius corruptio, & e contra: neq; duæ formæ in vna materia quia ex duobus entibus per ſe nõ poteſt vnum ens per ſe fieri. Seminis forma exuta euaneſcit, materia ſuperſtite, quæ iam immutata & perfectionem adepta, aliis formam cum cæteris additamentis, figu-

ræ ſocijs, induit, neq; tamen materia, vel forma, ſed compoſitum generatur. Quapropter eius, quæ ad nouam ſubſtantiam perducit facultatis actio, ſubiecti cõmutatione, accidentibus, lineas, ſuperficies, figuram demum ipſam exornantibus (horſum loci poſitus, totaq; ſtructuræ ſeries, referenda) abſoluitur. Quis autem hic ſit opifex, qui tam ſolerti induſtria, materia cõmutata, aptam, cõcinnamq; omnibus membris impertiuerit cum figura & vſu cõpagem, in explicando, & varij & inter ſeſe multũ differentes priſci fuerunt. Platonis Academia animam mundi, alij animam materię ſtolidam. Aphrodiſęus cor ac ſi imperfectũ poſſit perfectius ſeipſo generare, ſtatuunt. Verius tamen conueniũt, cum Hippocrate, Ariſtoteles & Galenus, quod ſit ſpiritus, cum calore, in ſemine, reſpõdens proportione elemento ſtellarum: qui è ſemine in vterũ recepto bullas inflat, tubos canalesue pforat, ceu cuniculos agit, ſolida ſiccando indurat, cõcamerationes inſtituit: partu vero effi cto, aut tenues euaneſcit in auras, vel re bene geſta, ceu rude donata, vis plaſtica, fine, ob quem amplius opus vrgeat, deſtituta,

tuta, vt etiã auctrix, ſpacio emenſo, veluti iugo ſuperato, ceu potentiæ ſolę latent: neq; materiæ inopia, obſcuris illarũ actionibus p̃texenda, medico præſertim artifici ſenſato, qui non conſpicua actiõe, opificem vilipendit. Conuenit inter has facultates nõnihil, licet pluribus etiam diſcrepantes reperiantur. Tam alens quàm augens, circa alimentũ verſantur, illa vt ſubſtantiam, hæc idem, vt quantũ ſibi ſubijcit: illa, ſcopũ habet aſſimilationem, hæc certę menſurę expletionẽ. Generans, nutrienti ſimilima videtur, cũ vtrobiq; materiæ permutatione pręgreſſa, aliqua forma producatur, emergitq́; particula, alioqui nec perfecta vnio nutriti, cum nutrimento, neque ex ſemine os, neruus, fieret. Diſparitatem tamen perſpicue Ariſtoteles 2. de Gener. Animal. 4. oſtẽdit. Nutrientem aſſerens eſſentiam præbere toti & partibus. Ergo prius erant, totum, cum ſuis partibus, quę in ſua eſſentia conſeruantur, diſſipati reſtitutione. At generans, ei quod non erat, eſſentiam tradit. E ſanguine fit os, ſed nouum quiddam, prius nullam exiſtentiam oſſis habẽs, de integro producitur. Procreans circa

ſe-

ſemen, alens circa alimentum ſeſe exercent: illi finis propoſitus, ſpeciei propagatio, huic, indiuidui tutela demandata. In rebus autem naturalibus, quæ ſine diſſentiunt, inter ſe quoq; diſſentire neceſſum, licet vtraq; vegetanti ceu ſpecies ſubalternæ generi ſuo ſubijciuntur. His ceu velitaribus p̃miſſis phalãges tuas adoriemur.

1 Dentium gratia, incolumem permanſiſſe Formatricem, etſi vulgo ita ſit perſuaſum, vero non admodum ſimile. Cum ij, rudimenta quædã prima ſunt adepti conformatione, quæ alueolis recondita, per epiphyſes primum prorumpunt, quibus extruſis, nõ pari omnibus tẽpore, calore oſſa obfirmante, duriores redditi, ſeptis diſruptis, cum dolore emergunt. Baroni Zerotino 24. anno genuini proruperũt. Octoageſimo anno prodijſſe non abſque dolore, auctor eſt Ariſtoteles. Quibus q̃ſo latebris plaſtica interim latuit? tãtæ ne precium erat operæ, ſuperſtitem illã hũc ob finem conſeruari? cum ſi id temporis vel auricularis digiti, minimus articulus, foret abſciſſus, pari, aut maiore fortaſſis vſu, eũ ſi ſpectes, neq; copioſiore materia indigens, nõ fuiſſet reſtitutus. Longe verius,

rius,cũ & a natura ossiũ(quippe sarcopha
go nullũ est in eos imperium, vt neq; vo-
raci flãmæ)non parũ dissideãt, dixerim⁹
ꝓtrudi, vnguiũ instar,& muco mãdibu-
larum φατνίοις incluso,continuationem sor
tiri,vt tota vitæ periodo, vsu postulante,
attriti,redintegrentur, neq; cum in con-
spectũ veniũt,primum effecti asserantur.
Assimilantẽ vero, cum procreante in se- 2
mine,eandem(in quo disputationis car-
do voluitur) eoq; singulis vitæ momẽtis,
creationi incumbere, quid aliud q̃ innu-
meras quotidie fingere μεταμορφώσεις.
Neq; assimilatrix,famula nutricis,sed re- 5
uera nutrix, vt assimilatio nõ ministeriũ,
sed scopus illius,& finis,per attrahẽtẽ,re-
tinentẽ, coquentẽ & expellentẽ ãncillas
acquisitus. Tum .n. perfecta nutritio cũ
exacta assimilatio, cætera solũ sunt præ-
ludia huc tendentia.
Nec,nisi περιφραστικῶς,nutritio, est particula
ris procreatio, alioqui amissi per alimẽta 4
recuperatio, definitione statuitur.
Præterea in cõformatione, similares pri 5
mum,post dissimiles,è semine cõduntur
partes, & ex eo,quod erat semẽ, emergit
neruus,musculus,os,facies,crus, brachi-
um,

um,educta forma,e potestate in actũ. Extra vterũ cũ nulla inedia, im̃pbis laboribus,aut extrinseca ambiẽtis violẽtia,pars & penitus pereat,nullã de integro substitutiõẽ flagitat,modo qđ hisdecessit,similis adiunctiõe cõpensetur. Atq;,alimenta forinsecus,nullã aliã formã superficietenus adipiscũtur: verũ mẽbro addita,pristinã tutantur figurã partis, veluti lãpadi affusum oleũ,nihil de ellichnij mutat substãtia,soli flãmę nutriendæ opitulatur. Si mortis naturalis causam,humidi primigenij exhaustionẽ,qđ sarciri alimenti interiectione q̃dem potest,illi tñ lõge absimili, quo primo vitæ exordio imbutæ fuerãt solidę partes,assignam⁹,ei ne alimẽto, ossis formãdi trademus potestatẽ, qđ ne humidũ quidẽ substãtificũ restituere potest. Vis ergo formatrix sedẽ habebit,perinde in sanguine vt in semine? quod e semine in vtero,hic e sãguine substrato effinget, ꝑq; arbitrio modo ꝑcreãs,post assimilãs, nouæ formæ introductiõe, vel potestate in actũ reducta nominabitur. Minime vero, sed vt priscis distinctũ est philosophis & medicis. In vteri officina,elucescit,formatoris spirit⁹ fabrica: e semine potestate homine,actu,suis cõstans partib.,& mẽbris, q̃ pri⁹ nõ erat, fit homo: hîc semp e-

tat alimẽtũ, licet primo diſſimile, q̃ cocti one diſcrepantia tollitur vt actu tale euadat: neq; ex pane muſcul⁹ editur, verũ, q̃ in vtero ꝓduct⁹ fuerat, in ſuo vigore, forma, magnitudine, ſitu, coagmẽtatiõe (q̃b⁹ cõtinuo effluuio periculũ immineret, niſi oportune ſubuentũ eſſet) vt forma actionib⁹ obeũdis capax ſit, aſſidui alimẽti appoſitiõe, cõſeruatur: nõ atq; in acie militib. cæſis legiões ſupplementariæ ſurrogantur, cũ naturaliter integra pars perire nequeat, quę nouã creationẽ poſtulet. Et à vocis Etymo ꝓmto teſtimonio, creare, cũ in inſtãti, à virtute infinita, è nihilo ſit aliqd ꝓducere, ad fœtus in vtero cui⁹ architect⁹ necdũ exquiſite cognit⁹, quoad molẽ ab exigua ſeminis portiõe, ſat breui tẽporis decurſu, formationẽ, aptius quadrauit q̃ ad aſſimilationẽ, cuius cauſæ materia, oẽs deniq; circũſtãtiæ notiores habẽtur. Procreatiõis vocabulũ. Tãtũq; ab eſt hoc a Galeni mẽte, vt loco citato, nõ e luce fumũ, ſed e fumo lucẽ dare conetur, & diſtinctiſ. vocabulis vſus, cũ Generati onẽ minime ſimplicẽ naturę vim, ſed ex alteratiõe, & cõformatiõe cõpoſitã docu iſſet, ſubijcit. Etenĩ ſi os, neru⁹, vena, aut quippiã his ſimile generari debet, alterari 6

necessario subiectam substantiam è qua animal proditurũ est oportet. Vt autem figuram concinnam, positum, cauitates, appendices consequantur, substantiam (quam & materiam animalis, vt triremis ligna, ceram imaginis, absque piaculo dixeris) formari oportet. Ne quis vero in vocabulorum ἀμφιβολίᾳ impingeret, cùm tam nutrimento, quam semini alterationem competere sciret, perspicuitatis gratia, tollendæque ambiguitatis, generanti illam, nutrienti assimilationem tribuit.
7 Ne alter quidem locus aduersariæ sententiæ suffragatur, cum nulla ratione elici hinc possit, alteratricem vim quæ eas particulas generauit, ventris, gulæ, intestinorum, arteriarumq; tunicis inesse. Quot enim simplices, seu elementares partes, in quouis animãtium genere, ab alteratrice productæ sunt, totidem a parte denominatione sumta, pro arbitrio effictis vocabulis alteratricis institui posse differentias edocturus. Alterantem neruificam, ossicondam, cartilagicream (manibus Tullij illæsis nomina fingere fas esto) sic de reliquis similaribus instrumentorum elementis dicendum ratus,

subiungit.

ſubiungit. Senſui obuium eſt elementũ, ſimilaris pars ſimplex, & incompoſita. Quippe ſi venas, neruos, arteriaſque è liene, renibus, pulmone, corde, cerebro, vẽtre, ſtomacho, inteſtiniſq; ſuſtuleris, cuiuſuis inſtrumentorũ ſubſtantia ſimplex, & quoad ſenſum, elementaris erit. Quod ſi nonnulla inſtrumenta, duabus conſtiterint tunicis, inter ſe diſcrepantibus, altera ſimplice, ijs tunicæ ſunt elementa quemadmodum ventris. Stomachi, inteſtinorum & arteriarũ, iuxta alterutrãuis tunicarum alteratricem virtutẽ, quæ ex mẽſtruo ab vtero prodeunte genuit, partem nuncupare licebit. Prȩterea, quȩ in vno conueniunt, qua neceſſitate ſimilia, vel eadẽ dicentur. Altrix, & creatrix, ſubiecti requirunt immutationem, inſignis tamẽ & in actione, & opere, depræhenditur diuerſitas. Hȩc, ſemine opificis & materiæ partes obeũte, in bullulas eleuato, cruſta obducto, calore intrinſeco, lineamenta formare incipit ſimilariũ, vnde inſtrumenta, exactoq; curriculo viuũ fȩtum in lucem productum, poſtliminio nutrici cuſtodiendum exhibet, vt architectus nauim pelago committit. Alimo-
 nia,

nia, merè passiua, variè immutatur, extremum recipitur, in inania spacia, neq; partium figuram, vel quantitatem, alienę introductione, peruertit, neq; nouam sibi acquirit, sed mutuis traditis operis, à formatrice, in vtero acceptam, sarctam, tectamque conseruat. Si assimilari, & procreare, conuertibilia sunt, in seminis, & lactis generatione, cum ambo è sanguine oriantur, testibus, mammarumque adenibus sanguinem sibi assimilantibus, lac procreari, & semen dicemus, qua obsecro confusione? cum πλαστική, soli virtuti formatrici, in semine vtero concluso, & actu, vim suam exercente, genuino significato tribui debeat. Destitutam materia falcem in alienam messem mittere, qua nixi auctoritate nec potius egregiè suo munere perfunctam, partu edito, secedere dicemus? Amabo, si pręsto fuerit, cum luxatio sit vitium in situ, & figura, huic vero tutandæ figurę, sit assignata prouincia, cur suo Marte, membrum, loco pristino non includit, cum huic operationi, nullam subijci materiam oporteat, quapropter, etiam minoris videatur negocij. Suppeditata materia, otiosam non futuram,

ram, incerti, per æquè incertum eſt probatio, cum nemini id conſtet, niſi monſtri quid omnibus circa fætum rite peractis, producendum eſſet.

Similitudinem vtramq; ſibi proponere 7
dicitur. Ac procreatrix, artifex induſtria, imo lõgo interuallo omnem artem ſuperans, vt quæ certũ ob finem & vſum, omnia nihil iners, ſuperuacaneum, & quod melius aliter habere ſe poſſit, conſtituẽs, è ſemine faciem, tot vultus quot hominum differentiæ obtinentem, oculos, Veneris & charitum ſedem tot coloribus diſtinctos, nares, labra, aures, pectus, brachia, crura, tanta producit ſolertia, vt non modo imagines parentum in ſobole, ſed etiam næui, & vitia interdum ſint conſpicua, ac ſi tranſlata fuiſſent, vbi, etiam imaginatrix, potiores obtinet partes. Nutrix, vt quam proximè annona reſpondeat nutriendæ parti, quam ſarcire ſtudet, laborat, quæ in lineamentis corporis, non ponitur ſimilitudo, cum hæc accidat inſtrumentis, quæ vt eiuſmodi, non aluntur, quod proprium eſt ſimilaribus. Sic differt a figmẽto, ſarctura. Si quæ in ſemine creatrix olim, rediuiua nunc

ſit in ſanguine, cur ex eo non varios fingit Pygmæos: at ſi ſedes non habet in ſanguine, nec per carnes ſolidaq; membra eſt diffuſa, vbi nam conſtituetur? Materiam ineptã ſi culpaueris, cum materiã, fine, ſedeq; deſtituatur, quorſum vana ſimilitudinis opinione decepti, pręſentem pertinaciter aſſerimus?

8 Primam cõformationem, ſubſequentes alias minuere, in categorijs aliter docetur, cum prius ordine ſucceſſionem requirat, tempore nõ item. Vide fallaciam. Ante hanc, nulla conformatio, ergo poſt hanc erit, nulla niti conſequentia. Prima dicimus principia, ante quæ nulla, neq; poſt, cum elementa, & partes ſimilares, ὁμωνύμως, ſic dicantur. Prima mundi creatio. Ergo poſtea innumeræ. Quam vim habeant circumſtantię locorum & temporum in tõpicis eluceſcit.

9 Locus autem perſpicuitatis gratia explicatur, cum conformationẽ in vtero perfici tradimus. Sat erat ad diſtinctionem inſiti, dicere. Calor influens, ſi addideris, à corde, ſcaturiginis locum aſſignas, licet à iecore, & teſtibus, aliquem corpori ſuppeditari calorẽ, doceat Galenus, qui

tamen

tamen influentis denominatione non potitur. A connexis argumenta plus ponderis apud Rhetores quam Logicos poſſident.

Cur autem, in materiæ, formato fætu, abſumtæ, inopiam culpa ſit coniicienda, quominus nouæ ſubinde exoriantur particulæ,non video.Cum aſſimilatur oſſi,vel neruo nutrimentũ,non modo proportione ſemini reſpondet, ſed illius eſt rudimentum,quod deciſum à ſolidorum nutritione, à vaſis ſeminarijs attrahitur, & vlteriore ſubactione, à teſtibus vi genitali aſſumta, in prolificum vertitur ſemẽ. Quapropter acute Hippocrates, ſemen ab omnibus corporis particulis decidere,quia omnium particularum nutritioni,ceu benignum ſupereſt excremẽtum, cenſuit. Adeſt igitur competens materia nutritioni reſidua,quam,ſi ſolidis inſideret virtus formatiua,perfecta aſſimilatione,ſuum in vſum conuerteret,neq; abripi à venis ſeminalibus pateretur. 10

Quantitatem eius ſufficientem eſſe, vel ex eo patet,ſuffragante Galeni auctoritate, quod venæ ſectæ in Melancholia correptis, vbi latum vulnus infligimus, coa- 11

lescunt. Cur transuersim sectæ maiores, coire non credātur, copię sanguinis, quo corpus distentum est, imputabitur. Hic, è vestigio affluens, carnem producit, quę locum opplet, cauū seu intercapedinem illam inter colla hiantia scissam, prius quam vere vena possit consolidari, offarcit, prohibita continuitate. Arteria, sextuplo penè vena crassior, plus temporis, plus seminalis materię, ad coitionem flagitat. Interea temporis accurrit sanguis, qui illic densatus, coagulatus, carnosam materiam osculis arteriarum impingit, continuitatis productricem. Ne ossa quidem destituuntur eo beneficio, licet siccissimæ, & durissimę corporis partes. Ossi enim fracto callus, media inter carnem & os constans natura, intercrescit, qui tophus carneus πῶρος σαρκωειδὴς Græcis dicitur. Auaram ne, iniquam aut improbam accusabimus naturam, quę animantibus deciduis cornibus, amplam quotannis nouorū regignendorū subministret materiā? Nō modo serpētes exuuias (quę illis secundarū instar) pigrāq; senectā exuere, verūetiā asellos, quos millepedes dicim⁹ versipelles vidi, In ostracodermatū genere,

nere, gammaris, chelę renaſcuntur, lapilli pro oculis habiti, non quouis anni tempore reperiuntur: ſpoliantur ſtatis temporibus cruſta. Exciſa arbor, ſalua radice, è caudice, illitu cohibita madoris primigenij exiccatione, recreſcit: arbuſcularum plurimæ, ſola ſurculorum inſitione, prodeunt. In his dicis remanſiſſe vim generantem, in homine vero minime: aut materia hic caruiſſe, locupletem illic abundaſſe. Etſi nobiliora iudicarētur cum ſtirpibus bruta, illud potius quam hoc aſſerere mallem. Quis enim eius vſus obiecti carentia? Si cum Philoſopho cornua, ab excremento prodire dixeris, num formatrix circa excrementum operabitur? Sanè in perfectis animantibus circa ſemen. Ergo & hic abeſt. Subulones caſtrati, cornua non emittunt. Si quæ rudimenta protuberarint, ea retinent abſque incremento vlteriore. Num materia in pinguedinem abijt, quæ prius in cornua diſpenſabatur? ob id pinguiora, vel exectis teſtibus è medio ſublata procreatrix? Caloris eſt protrudere, qui circa excrementa verſari poteſt, vt in volucrum pennis, & inſectis è putredine natis: eo teſtibus

ademtis ſublato, reliqua cornuum ſpecimina hirſuta, turgēti ſucco ceu ſanie ſcatent, neq; duritiē, neq; proceritatem indipiſcuntur vt in Nameſthiano apparet.

12 Φιλαυτίαν membrorū agnoſcimus, vt quælibet primario ſibi conſulat, quę non impedit quin ventriculus exaturatus κ϶' συμβιϐηκὸς annonam alijs præparatā, ceu præmanſum cibum obtrudat. Ea ratione, neque vlcus cauum carne replebitur, niſi vicinæ partes, plus alimoniæ attraxerint, quam pro ſua ſat eſſet nutritione. Imo ꝙ ipſis ſupereſt, vlceris lateribus, vndiquaque confectum apponitur, pedetentim repleto ſpacio, cui non minus quam propriæ conſeruationi inſudant, cum continuas & integras eſſe omnes particulas, ex vſu publico, & priuato ſit. Imò cum abſceſſus, nouæ carnis ſuccretione complanatur, non tam alienæ, quam proprię ſtudetur vtilitati, ſiquidem partis integritas & perfectio, perinde in continuitatis obſeruatione, ac temperie, & ſymmetria collocatur. Intereſt igitur particulis vnionē inculpatam conſtare. In vniuerſum abſciſſa pars, & à corpore viuente ſublata, vita & anima caret, eoque non nutritur

nec

nec redintegraſcit, cum pridem loco ceſſerit procreatrix.

A Mechanicis ad naturalia exemplũ non inficiabimur. Eiuſdem quippe caloris innati, vel animæ, vel naturæ munus eſt, & nutrire & procreare. Is è ſubiecta, ſpiritu vſus formatore, qualitate, quantitateq; idonea materia, in vtero fætum abſoluit, naturalẽ illius corruptelam, inſidijs ambientium rerum, & caloris proprij immi nentem, nutrici ſarciendam conceſſit, colophone iam impoſito, cum ipſi ſpiritui, nihil formandum eſſet, ſolum vertit. Neque nutritio, niſi caloris adminiculo, præſtatur. Si ſubinde, amputata membra repararentur, quæ futura eſſet hominis cõditio, cũ & natura ab infinito abhorreat? Productum in lucem animal ad ſtatum tempus nutrici conſeruandum traditur, huic incumbit onus, præcipiti lapſu ad ruinam properantis ædificij, fulcimentũ. Aut lege talionis ſimilitudo ſimilitudine penſetur. Vt idem artifex, diuerſis vſus inſtrumentis, exurgentem molem conſtruit, ſic anima, calore innato ad alendum, ſpiritu formatore ad effingẽdum, vt ſerra, ſecuri, terebro, dolabra faber vti-

 tur.

tur. Atqui, tam calor, quam ſpiritus, animæ ſunt inſtrumenta, cuilibet peculiaris, & ab alio diſtinctus vſus, vt fabrilibus machinis. Neque leuiuſcula errata, artificis ſemper correctricem poſtulant manum, quæ, & patrisfamilias, nullis artis præceptis imbuti, ſolerti cura, priſtino poſſunt nitori reſtitui. Tum demum à ſimili argumenta (quod oratorum potius) pondus habent, cum earum partium ſit collatio, quę congruunt, aut ſpecies ſub eodem genere compręhenſæ comparantur. Sutoria & fabrilis artes cum Nutrice & procreatrice quid habeat commune aliorum eſto iudicium.

14 Figuram aſſimilatricis opus ex eo ſtatuere, quod in ægrotis, ſenibus, leproſis, aſsimilatrice vitiata, etiam figura pereat, ac ſi genitori vi illata, noxæ expers non ſit ſoboles. Sanè

Cõpreſſæ nares, naſi primoris acumẽ
Tenuè, cauati oculi, caua tẽpora, frigida pellis.
Duraq; in ore iacẽs, rectũ frons tẽta meabat

a Lucretio vultus depictus Hippocraticus, non tam facultatis, quæ ἀπαθὴς eſt, quam inſtrumenti, vel materiæ, vitio, euenit, vt in febribus liquantibus, alui proluuie

luuie longa,& perniciosa,curis, solicitudinib⁹ anxijs,amore, nimio Veneris vsu. Vbi licet subtrahatur nutrimentum, aut alias ineptũ reddatur,instrumenta eneruia flaccescãt, iunce⁹ reddatur & elũbis, corporis habitus:nihilo secius lineamẽta remanent, vetus figura, à formatrice impressa superstes, etiãsi carnibus absumtis,sanguine retrogresso,pristinum faciei decorẽ,oris venustatẽ, ossa protuberãtia deformitate introducta, immutasse videãtur.Expletis spacijs inanib⁹, pelle carne suffulta,sanguine recurrente,in cõualescẽtibus,& viuidus color,& faciei splẽdor,reduces aduolãt, neq; priore forma extincta,ab assimilatrice, noua tũ inuehitur.Rugas cõtrahũnt senes, exhausto humido glabritiei auctore,leprosis facies satyrica totũ corpus tuber,adeo deprauato humore corporis alimẽtario, vt nulla arte reparari posit, vel Æginetæ testimonio.Proinde,q̃uis cõcesũ fuerit,in detur pãdã faciẽ,alimẽta aliquod imperiũ obtinere,vt extrinsecus vulnerãtia,& morbificę causę,structurã & tẽperiẽ corrũpere posũt:in nouę formę instauratiõe aliq̃d iuris posidere,tergiuersamur,cũ bonitas

alimenti

alimenti aſſimilati, conſeruet auitam, at informem à quacunque oborta fuerit cauſa, innouare potis non ſit, cum procreatrix in vtero id effecerit. Alioqui, quam primum in lucem ventum eſt, ad adultam & decrepitã vſque ætatem, longis difficillimisque emenſis peregrinationibus reuerſi, ſolibus exuſti, quoties non ſolam faciem mutamus, ſed vniuerſam pellem vertimus, ſemper priore obliterata, aſſimilatricem, pharmacis Medeæ, nouam introduxiſſe dicẽdum erit? Tutandæ figuræ prouinciam, aſſimilatrici competere, eſto ſanè, vt ſtatuarius exſculpta ſtatua tradit alteri, ab externis iniurijs vindicandam, qui theca idonea, reconditam aſſeruat: ita acceptam ex vtero figuram, per alimenti conſeruat adiectionem, nihil ipſi addendo vel detrahendo. Si aſſimilatrici, dotes figuratricis tribuimus, cum figura in plano, ſiue extima ſuperficie conſideretur, cur vulnere carne expleto, cicatricem relinquit, neq; eam emendat cutis æqualitate, quod lõge minus operoſum fuerat.

Si dixerimus, procreatricem in ſpermaticis, materia deficiente feriari, in ſanguineis,

neis, iugem esse operatricem, perinde est,ac si, assimilationẽ,duplici in theatro persona indutam, circa seminales esse κῶφον πρόσωπον, in sanguineis partes suas in scena obire sentias. At cum per se Assimi latrix,non mutuato procreatricis nomine,cauum vlcus explere posśit,quatenus assimilatrix,quid opus erat,illi, procreatricis nomen vsurpare, cum nihil esset operatura circa seminales, etsi vtraq; decoraretur appellatione? Assimilantẽ suo Marte id posse præstare exemplo allato apposite elucescet. Vlcus ad continui diuisionem spectat, si præterea cauum sit, figuræ quoq; deturpatio sequitur. Quicquid vnitatem restituit, è consequenti næuum illum,siue cutis vitium,corrigit. Dum igitur sarcoticis natura adiuta,carnem in barathro generat, plus accersunt nutrimẽti particulę, quam pro sua duntaxat indigentia attraxissent. Argumẽto est pus,cuius origo, etiamsi ad particularum imbecillitatem,attractum pabulum integrè conficere nequeuntium, referri possit,exuberãtia tamen alimenti, quam integris viribus maior, postulante restitu tionis necesśitate, saniei materiam suppe-

dıtat.

ditat. Alienũ tum partes vicinæ non ſuſci-piunt in ſe laborem: ſed cum earundem integritas, & vigor in temperie ſymmetria, & vnione collocetur, ſibimet exceſſum locum replendo vacant. Expletioni neceſſario ſuperuenit figura, nullo figuratricis auxilio acceſſorio. Nõ nouus generatur muſculus, neque emendatur figura, tãtum, è cauo redditur planum vlcus, exorta cicatrice defædationem cuti impingente, vt in vulnere, quæ, à figuratrice, ſi adeſſet, corrigi debuerat. Plus autẽ attrahere, quam egeant partes, caui vlceris ſupplementum docet, vnde alioqui caro illa educeretur? In ſpermaticis idem oſtendemûs. Gallus oſſibus fractis interpoſitus, vnde nam originem deducet, ſi inuidiæ ſtimulis agitatæ, ſibimet duntaxat partes indulſerint? Ipſe vero, nondum generatus, vt attrahet, niſi à vicinorum ſuperfluo materiam acceperit? Varicibus ſciſſis, carnem, venarum oſculis accreſcere dices. Sanè τυλλῶδες quippiã carne durius viſitur. Carotidibus arterijs in vertiginoſis diſſectis, vtrinque nõ carneum, ſed eo lõge durius calloſum quiddã adnaſcitur, quod nec ad muſculi, neque

que παρεγχύματος naturā referri poteſt, ſed videtur quiddam mixtum, è ſanguinea, & ſeminali materiebus, maioremq; cum callo quam carne habet cognationem. Seminalem vero materiā, ſolidarum nutritioni deſtinatā, eoq; procreationi ineptā eſſe, cū dicimus, rurſum naturā auaritiæ inſimulabimus, aut iniquitatis quę vni, plus, quā alteri tribuat. Si carnis productioni idonea eſt materia, cur nō oſſis perinde? Si procreās in ſanguineis operatur, cur nō in ſpermaticis quoq;? An hæc, nō vt illæ, reſtitutione indigebāt? Si nutritio, eſt particularis quędā procreatio, & per nutritionē, nouæ particulæ, corpori adijciūtur, in ſpermaticis, tantū ſeminis erit, quantū particulę adijciendū. Ergo illic nō minus operabitur, ac in ſanguine. Semen, illic, materię vicē ſubibit, vt hic ſanguis. Demū, ſi ꝙ olim erat procreatrix, nūc ſit Aſſimilatrix, perinde, vt olim agebat, modo operabitur. In vtero, ſemē alterādo pręparabat, formationi idoneū, hic, potuiſſe elaborare materiā, (ſit ſanguis aut ſemen) vt non aſſimilationi ſolum, congrua reddatur, ſed vt ex ea, formari poſſint particulæ; inficias ibimus? Aderit itaque materia ſufficiens

optime elaborata, quia eadem, vtrobiq; causa adest elaborans, nunc, quæ pridem neq; ceu e penu promenda est materia, spermaticarũ nutritioni apta, vt neq; carnosarum, cum particulæ appositæ, subin de alia concrescere possit, donec itidem reparetur (nisi sanguinem in venis dixeris, ego mucum, ossium poris contentum eo reponam) pariq; ratiõe, sanguis in carnem abiturus, elaboratione indiget, ac seminalis materia, in cartilaginem degeneratura, eidemq; elaborationis onus incũbet, in nutriẽdo & formando. Extremũ si cum procreatrice assimilãs eadem est, æquum fuerit communem vtriq; materiam subijci, cum vnius rei vnũ sit agens, & vna materia, & quæ hic idonea fuerat, illic quoq; minime ineptã esse, vel si nutritioni spermaticarũ potuit idoneã reddere, cum idem sit opifex, maiorem ob vsum cur generationi non aptam redderet? Suppetit igitur materia seminalis, idonea, & sufficiens, verum, quia formator abest spiritus, deintegro membrum reparari nequit.

Auctionis quoq; priuilegio, solida, post adolescentiam materiæ penuria priuabimus,

mus, carnibus in immenſum eo abundā tibus. Nobis vero perſuaſum eſt, naturā æqua lance, cuiuis, pro neceſſitate, donā impertitam eſſe. Solidorum propriū eſt, extendi,& diduci,ratione cuius, in molē aſſurgere corpus videmus, ad ſtatum vni cuiq; animantium incrementi terminū, quod exemplo Ionum puellorum,turgidas ſuum veſicas inflantium, appoſitiſſimo declaratur exemplo . In habitiorib⁹, & excarnibus, illis quidem pulpamento, luxuriantis alimenti beneficio,addito, in amplum diducitur muſculus, his vero in̄ anguſtum coguntur copiæ, longitudine (quod ſpaſmo neruis affectis accidit) manente,vel aliquantiſper decurtata. Membranula cingens muſculum,diſtenta,extenuatur,collapſa,corrugatur, longitudi I
ne fibrarum incolumi. Si adipi augmentum concedimus,pari ratione, aquæ vaſtus in̄ corpore gurges, ad auctricem recidet,cum pinguis aqualiculus,non minus afferat impedimenti, actionibus obeundis,atq; abdomen aqua diſtentum.Deinde,vter,ventris loco,etiam appoſitā continuamq́ue corporis formam vitiat, qua ratione, etiam non naturalis habebitur.

Ratione causæ efficientis, in obęsis, aruina à frigido (vt nonnullis visum) tam gressui, quàm diaphragmatis oppressione, respirationi, incommodum affert, ideoq; inter causas morbificas reponi potest, haud secus ac tubera præter naturam ob orientia. In conualescentibus, exuctæ partes, auidissime inanitionem compensare student, ideo, copiosius alimentum attrahunt, quàm conficere possint: hoc interdum in adipem cedit, sępe recidiuas parit. Tabe consumtis, flaccescunt musculi, humido suffarciente orbati, solidioribus nihil quicquam perpessis. Quæ omnia ad nutricis ingenitum robur, aut detrimentum, non auctricis integritatem aut debilitatem sunt referenda. Plātę soli pinguioris beneficio, turgidiores succo & mole quoq; insigniores euadūt, adeo vt ex herbis, frutices, ex his arbores, vberiore humo, & artis excrescant māgonio. Non hoc est auctricis, quia vbiq; idæam suam conseruaret, sed nutrientis, materiam suppeditantis, quæ sterili solo, suo defraudatur genio. Trifolium Asphaltites, passim apud vos pullulat, pumilum serpit in Hippolyti Saluiani viridario, Romę vi

di

di, fruticis naturam induisse, bicubitalem exuperasse altitudinem. Hoc, si plantis concessum, cur perfectioribus animantibus, alimenti accursu, magnitudinis mutandæ facultas abrogabitur? vel augenti potius, quam nutrienti, eæ partes obeundæ demandabuntur? De appellatione, cuiuis liberum esto: modo de re cõstet, λογομαχίαι facessant. Quid si adipem vaporoso sanguine membranę frigiditate concreto oriri, hoc perinde esse, ac lapillos in riuulis crusta crustæ superiecta crescere dixerimus, num genuino significato augmentum hoc dicetur? Nihil augetur, quod nõ nutritur, inquies. Neq; adipem nutriri, rectè dixeris, cum è particularum catalogo extorris, vita destituatur. Ergo neque augebitur.
Quod præteruectis adolescentiã, obscuriores reddantur Auctricis operationes, ob exoletas alteratricis in subiecto aridiore vires, eoq; pẽsando effluuio paris substitutione dũtaxat inuigilet, nihil aliud est, ac si dicas, Auctricẽ, abdicato magistratu, nutriẽti, suas delegasse fũctiones. Nemo inficias ibit, plus, auctricis esse epithetõ, tãtundẽ vero, nutricis. Attamẽ nõ

abs re fuerat, neceſſitatis naturæ legem, & finem afferre, quæ ſuo ordine ita inſtituit, vt ad conſiſtentiæ metam vſq;, tam pro nutriendo, quàm augendo, materia abundans, ſuppeditetur: ſublato vno, alteri vacetur. Addenda etiamum fuerat cauſa cur in carneis conſpicuæ, ſolidioribus obſcuriores ſint, tam alẽtis, quàm augentis, operationes. An quia illa humidiora, molliora, quapropter εὐπαθέστερα facilius exhauriantur, eoq; promtius reparãtur: Hæ vero, ſiccitate duritieq; aduerſantibus, non tam facile reſoluuntur, vt in macilentis & excarnibus intacta propemodum eorum appareat ſubſtantia. Culpari altrix iure non poterit, quæ, æque in medium conſulit, ſed ſolidior maſſa, quæ depopulationi, & inſtaurationi pariter aduerſatur. Dentiũ incrementum, fortaſſis auctricis permanentiæ robur addebat, qui quotidiano vſu attriti reparantur. Videre eſt, in ijs, qui æmulo, vel aduerſario dente deſtituũtur, vt qui communem tactum declinantes, mutuo attritu non deteruntur, vt alij qui Ariſtotelis 2. de Generatione Al. 4. teſtimonio, niſi ſubinde repararentur, breuiſſimo temporis inter

val-

uallo consumerentur. Quo loci id, cuius gratia videlicet, vt fungi officio possint, accrescere ait dentes: vsu sublato, miminime accreturos innuens. Nos tamen, superius, eandemcum vnguibus aleam dentes subire, tradidimus. Vel plebeculæ opinio, auctricis permanentiæ suffragium feret, quæ noctu, staturæ quod accedit, diurnis obambulationibus atteri, eoque perpetuo nos crescere persuasum habet.

Quod facultates animæ sint ὁμουσίαι eoq; à 3
proprij natura, cum sint ipsius animę proprietates, inseparabiles censendæ, aduersarium adducemus Philosophum, qui semini animalium, fœcunditatem pręberc ait, calorem vocatum, non quod re vera sit, nec igneus, nec quippiam eiusmodi, sed spiritus, in semine, spumosoq; corpore contentus, cui insidet natura, proportione elemento stellarum respõdens. Subiungit paullo post. In semine, dissimiles esse partes, alteram quæ disiũgi, alteram quæ separari minime possit. Mentem separabilem esse, in qua diuina pars, & forma comprehenditur, aliam vtpote humidam & aqueam, in spiritum conuersam,

 difflu

diffluere,& euanescere. Hæc vehiculum est spiritus formatoris, qui telam nòn orsus, verum etiam absoluta ea, erumpit, & migrat, cum ex agente, & materia nunquam fiat vnum: neq; cum Auicenna dicamus, spiritus corporis humani, ex eo effingi. Cur autem in flatum conuersus, crepitus, dolores, tumores. neq;, tormina pariat, qui vniuersum corpus εὔῤῥοον καὶ εὔπνοον statuit, mirum cur sciscitetur, vel à quo, Colchodea, motore, dirigatur, num ab intelligentia, non errante, vt αὐτοματὰ. Tantas componere lites, non opis est nostræ, vt nec huius loci, neque instituti, sat est ostendisse philosophorum antesignanum, seminis spumosam partem, qua cõtinebatur architectus ille, siue formator spiritus, corpore excedere, tradidisse. Ceteroqui cum in natura, nihil sit temere & frustra conditum, vbi non est actio, in animante, illic animæ virtus non extat. Anima siquidem est actus & motio. Ergo vbi nuspiam vlla apparet agitatio, & motus, neq; anima præsens statuenda.

4 Quibus suffusione acies oculi perstringitur, auditorij meatus obturati sunt, pariter

ter ſenes, exempli gratia huc neutiquam accerſendi, cum incolumia hic ponam⁹ inſtrumenta. Oſſa ſalua ſunt, temperiem naturalem aſſequuta, non pōdere, vt magnes ferrum auctricem ſuperant. Deinceps, cum actus agentium, fiat in ſubiecto diſpoſito, & natura agentis poſtulet, ſiquidem paſſum in ſuam conuertere velit naturam, potentius eſſe paſſo, alioqui formæ non ſequeretur introductio: hic validius ferrum Magnete ſtatuatur, ſane attrahentis cauſæ munus, Magnes ſubire nequit. Maior accerſitus, cum in maiori quanto, maior virtus, vtiq; quod minor non præſtitiſſet, efficiet. At facultates, ſecundum ſubiecta non augentur, vel minuuntur, vt magnetis ferri attractoria vis.

Soliditatem, naturę vſibus conueniẽtē, adepta ſunt oſſa, neq; in eis indurādis, na tura, auctrici oculos intētos habuit, vtrū, repugnātia illi, poſt hac ſua ſoliditate eſſent futura: ſed fulcimenta, corporis molem ſuſtinentia, cum ſint, inſigni duritie, cæteris membris anteire oportuit. 6

Teneriora dū eſſent, circūcirca diduci,

 & di-

& dilatari potuerunt, nunc, præfixum adepta terminum, ne monstrosa, ex perpetua succretiõe, oriretur statura, receptui canitur. Si subiecti soliditate, feriatur auctrix, materia carentia, procreatrix, quid impediet, quin animam, & in cadauere latitare, etiamsi ob instrumenti corruptionem, suas non edat operationes, dicamus? Callum tamẽ interdum ossi nõ multum duritie cedentem, in eam molem attolli, vt deprimendus, & ceu dolabro auferendus sit, ob pedes plus iusto elongatos, vel abbreuiatos, in crure fracto, chirurgi docent: imo denuo rumpi tibiam, si præter intentum, callus crassior, aut eleuatior fuerit, aliamq; ad fugiendam corporis deformitatem, generari, produciq; iubent. Verum nutrici, calli origo superius acceptum relata, non auctrici, videre tamen est, & duriora, mole augeri, quàm caro sola est, neq; adeo soliditatem reluctari, vt auctiõis operas retardare possit.

6 Ocio indulgere, si dixerimus, ea, quæ cũ agere possint, & debeant, non agunt, in ijs quæ κατὰ προαίρεσιν agũt, nemo inficiabitur. Musicus, cum debet, fidibus canere, potest, attamẽ relaxat interdũ animum.

In

In naturalibus vero, vbi potiſſima eſt finis cõſideratio, aliter argumentamur. Debet, non facit, debet, præſupponit poſſibilitatem. Ergo quicquid non debet, nõ poteſt. Corpus deductum eſt ad ſummum faſtigium. Ergo nullus augmenti erit deinceps vſus, & ex conſequenti nulla poſſibilitas, quia receſſit id, cuius vſus erat ſuperuacaneus, natura exceſſiuas moles, vt alia monſtra, abhorrente, cum neceſſario in infinitum progreſſus concedendus fuiſſet. Si igitur, non debet, de poſſibilitate ſuperflua eſt quæſtio. In mente operãtis, eſt propoſitus finis. Et in naturalibus valet argumentum. Deeſt vſus, & materia. Ergo & efficiens, quia nihil temere natura facit, neq; niſi e ſubiecta materia, quia ex nihilo nihil fit. Corpus, conſtitutum ſtatus apicem præterire non debet. Ergo nullus auctoris uſus: Non plus, quàm nutriendo corpori ſufficiat, alimenti ſuppetit, ergo non poteſt, quia deſtituitur materia. Conſequitur igitur, neq; augenti facultati, locũ tribuẽdum eſſe præſentem.

Abſurdi introductio, nullius eſt momen 7
ti, quod hac ratione demonſtrabitur. Procreatrix, in vtero, integrè effinxit fœtum,

omnibus partibus, numeriſque abſolutum, edidit, teſtibus,illic, ſeminis prolifici conficiendi, vim inſeuit, vt pubertatis annos, quamprimum attigerint, illis ſemen parare,fas, & integrum ſit. Quod cum ἀρχὴ, καὶ ποιητικὸν τοῦ ἐξ ἑαυτοῦ, definiatur, habet inſitam vim, ſimilis animalis producendi. Pariter,adhuc in vtero, membris ſolidis, ad iuſtam quantitatem creſcendi, copiam fecit. His perfunctam procreatricem, cum nihil agendum requireretur, nec ſupereſſet, ſublato illius vſu,opere nempe expleto,receſſiſſe quis negauerit? genitrice & auctrice facultatibus, ceu condito teſtamento, ſolidis partibus,& teſtibus,legatis. Ideo ſemen, non eas modo vires poſſidet, quæ genitori actu inſidebant, ab eoque actu exercebantur,id temporis, cum deciditur ſemē verum etiam,quæ olim inerant, & exercitæ fuerant.

Quandoquidem,in genitore,ratione ſui indiuidui,iam non apparet,vt in teſtibus ſeminis, in ſemine poteſtas alterius producendi latet (nec productio, abſque prægreſſa formatione, neque formatio, abſque nutritione, & quadam accretione) cor

ne) corpori, vnde abſtrahitur ſemen, tam auctrix, quàm generans vires inutiles redditæ, ceu earum minine indigenti. Itaque dicendum, receſsiſſe quidem è generantis corpore, vim genitricem, reſpectu ſui corporis, ſuperſtes tamen perſeuerat facultas, in teſtibus, & ſemine, quod quã primum, in vterum traiectum fuerit, acceſsione menſtrui ſanguinis, calor exuſcitatur, tum ſopita formatrix, vt etiam aliæ facultates, criſtas erigunt, eoque pacto potentia in actum, ad noui partus, iiſdem facultatibus inſigniti, figmentum producitur. Habet igitur generans, vel parens, vim procreandi, non ſui ipſius, vtpote abſoluti, & conſummati, ſed alterius, quia formatrix diſcedens, non membris, vt illinc haurienda eſſet, ſed ſolis teſtibus (alioqui ὁμωνύμως ita dicerentur) vt ſemen alterius generationi competens, pararent, vim impertiuit. Secernimus & ipſi quidẽ σπερματοποιητικὴν ἀπὸ τῆς γεννητικῆς ἢ διαπλαστικῆς δυνάμεως illam teſtibus inſitam, has, in vtero propalari minime inficiamur. Recteq; Fernelius, ſeminis prolifici generationem, procreatoris nõ decorat elogio, niſi tum,

cum

cum ſemen vtero comprehenſum, operi ſeſe accingit, neque tamen, ſemini incluſam vim formantem, licet, vt alias facultates, inconſpicuam tergiuerſabitur. Vnde nam ſemen, vim auctricem & generantē adipiſcitur, cum à genitore dudum exceſſerit, inquies? Temperamentum à prima origine teſtium eſt, vt ſeminis fęcundi, & prolifici generationi incumbant, vt ventriculi cibi in chylum tranſmutatio. Quod coctionis munus ventriculo, pulſantē vim arterijs tribuit, idem teſtibus ſeminis cōficiendi imponit prouinciam & ſi iam ſedes liquerit priſtinas. Teſtes itaque dum ſemen elaborant, quiddam edunt, in quo vis eſt formatrix, quę in vtero demum, ſuo loco cōgruo, exerit vires prius occultatas. Quid obſecro vim prolificam teſtium imaginabimur, niſi ſeminis conficiendi poteſtatem, & quidem eiuſmodi ſeminis ἀνομοιομερῦς, in quo recōdita, & abſtruſa vis eſt, noui fætus fingendi, formandi, augendi, & nutriendi, vt in ſemine, hæc, non alibi, iure ſint quærenda. Exemplo à plantis mutuato, hæc illuſtriora euadent. E ſemine oritur planta, verſus ſuam properat altitudinem, cuius

merito

merito ſtirpes in herbas, ſuffrutices, frutices, & arbores ſubdiuiduntur. Quā primum perfectiſsimæ, in ſuo genere, plantæ, faſtigium conſequutum fuerit, ſemen è flore, aut fructu, producit, pulpa, pericarpioue munit, eo quaſi in thecam & inuolucrum recondit, ac ceu in cuneum cogit quicquid ſparſim, in vniuerſa planta, virium prius complectebatur. Vſque adeo, vt ſui minus quàm ante curioſa plāta, marceſcat, flàcceſcat, & tandem penitus intereat, ſaluo ſemine, quod potentia fibras, radices, folia, corticem, flores, lanuginem, & omnes inſitas habeat partes, quibus adulta, & perfecta, exornata fuerat planta. Nec ab alijs plantæ partibus, aliquid mutuari, vbi ſemen terrę creditū fuerit, neceſſarium erit, ſiquidem totum quod prius in ſe continebat, ſemini legauerit. Nec ſemē producit, antequam accretionis attigerit metam. Ceſſauit itaq; auctrix, cum generante, quādoquidem, planta ſuam eſt adepta perfectionem, ſuperſtite, adhuc alimentaria, etiā diu poſt ſeminis productionem. Potuit igitur fæcundum gignere ſemen, etiam abſentibus generante, & augente facultatibus,

eo

eo ſolo vſa adminiculo, quod ſterilis in ſuo genere non haberetur planta, ſed ſuâ origine fructuoſa exiſtens, ſemen quoq; eiuſmodi prodücere debuit. Eadem ratione homine, in vtero perfecto, procreatrix, teſtibus delegat prouinciã, ſeminis prolifici conficiendi, cui impertitur, omnes facultates, quæ in generante habebãtur, vt illic, potentia lateant, ad tempus, illius proiectionis, in vterum. Vt ſuperuacaneum ſit, vim augentem, & generantem, à membris vel aliunde precario cõſequi, & ſemini confecto, aſpergi, vt demum vires generatiuas, & auctrices acquirat. Quas ſi ſuperſtites eſſe contenderimus, ardua emergit ſpeculatio: Inueſtigandum erit, num integra ſublata à parente, vel per partes, ſolum, fętui communicetur: quorũ neutrũ, quin in inextricabiles ſalebras tecõijcias, aſſerere poteris.

Diremtam prius oportuit, quæ Peripatheticæ ſcholæ, cum medicorũ aſſeclis agitatur, controuerſiam, num ſemen materialem cauſam conceptui exhibeat, tũ facilior huius dubij eſſet ſequuta enodatio. Argumentorum robore victus, niſi medicis nomen dediſſem, ſtatione deſer

ta

ta in illorum caſtra tranſire, animus eſſet. Memor tamen officij, arietes tuos pro virili expugnabo.

Etſi inſitum,atq; genuinum,ex prima cõ formatione,ſeminariæ partes, ſunt ſortitæ calorẽ, qua cõſequentia carneas calore exuperabũt? Dicantur calidæ natura, non calidiores,comparatiuè. Calidũ natura,non calidius. Siquidem,ad gradum caloris,nihil refert,an ſit aſcititius, vel peculiaris. Proprium habere calorem,vel aliunde acquiſito potiri, nihil facit ad caloris exuperantiam,niſi ipſe ex ſeſe intenſior,vel remiſſior fuerit. Quid ſi inſitum ne quidẽ caloris denominatione dignabimur, cum mera ſit poteſtas, non actus? Torpens enim illius calor, ab influentis feruore, exſuſcitatur,& quod erat potentia tale, actu tale redditur. Influentẽ (cui comes ſpiritus mutuo iuncti contubernio) feruentiorem eſſe, ſomni, metus, & febrium inuaſiones teſtatum faciunt, hoc nimirum ad penitiora retracto,illo membris quæ nunquam deſerere poteſt,adhæreſcente. Proinde eſto,caro calida, merito ſanguinis, hic vero caleat, caloris à corde manantis beneficio, 1

nequaquam

nequaquam hinc elicueris, ſeminaria membra, carneis calidiora, ſed illa quidem, proprio tepore calere. Etenim, cũ de caloris gradu, quæſtio oborta eſt, nemo inficias iuerit, ſanguineas calidiores eſſe partes, & ad ſenſum inſtituto iudicio, vndecunq; eam adeptæ fuerint caliditatem. Denique ſi calidiores ſeminarias dixeris, quia proprium à ſemine ſint adeptæ, carneæ, nullum ex ſe poſſideant calorem, ne ſic quidẽ quadrabit ſermo, cum collatio, inter duo conſtituatur æqualia, & comparatiuus requirat poſitiuum, nec quod carneæ nihil habent ex ſe, illæ vero multum, ob id ſunt dicendæ calidiores, ſed rectius ſpermaticas natura calidas, non calidiores, has natura frigidas, dixeris. Ad rationes. Superet ſemen, calore, ſanguinem, vt pote igni, & aëri collatum, hic vero, aquæ, & terrę: ſi nullum è ſemine oritur membrum, ſicut neque ſuccus coagulans, vlla pars eſt coaguli, neque artifex cum materia vniri poteſt, è ſanguine omnia prodibunt, ſin minus, cum lupis vlulandum, neque tamen origini, riuulos ſemper reſpondere, conſpicimus. E tam exigua ſeminis portiuncula,

cula,tot oſſa,neruos, venas, cartilagines, arterias, tendones,mẽbranas, ligamenta, vincula, creari, veriſimile non eſt. Si ſanguis acceſſerit, vt materia, vel nutrimentum, ergo ſeminis calor intendetur, tanquam ab agente validiore. Itaque nõ a ſeipſo,iam,ſed aliunde, etiam ſemẽ erit calidius:ſi muliebre ſemen dilutum illud aquoſum,liquidum, nihil craſſamenti habens,eoque frigidius, concurrerit,vt nutrimentum ; vel materia virilis ſeminis, obtundet virilis calorem, cum remiſſum remittat , in qualitatibus , intenſum. Vtrumuis dixeris, non poſſunt membra, è ſemine prognata, calidiora eſſe, cum calor ſeminis, obtuſus ſit, à terreſtri,& aquea ſanguinis, vel mulieribris ſeminis temperati,portione. Referentq; ſeminales temperamẽtum illud, quod vtraque ſemina commixta habuerunt, ab auito longe diuerſum , vt nec ſeminis primo neque influenti caloribus poſſint comparari. Semen muliebre, vel vterinum ſanguinem,nutrimenti, aut materiæ vicem ſubeuntiá , alterare virile non poſſe inquies, cum vtrobique patiãtur, nihil huc facit, cum & agentia,agẽdo rurſum quid

perpetiantur à patiente. Præterea, cũ semen adeo feruidum statuatur, quî fit, quod ossa siccissimæ corporis partes, & terræ maximè, imò saxis (vt occipitium, calx, os sacrum) conferendæ, ex igne & aëre solis prodeāt? num calor materiam ita exussit, & arefecit, vt tam horridum quid, & durum emergeret? Statuenda tamen fuerat, materia crassior, & solidior, quam aër, cuius partes tenuiores, in halitum resolutæ, feculentæ, residentiæ incrassandæ, & obdurādæ, reliquum quid facerēt. Viceuersa carnes humidas, molles, tangentibus experimur, quod nō leuem mouet suspicionem, à liquido, tenuiq; potius, quam à sanguine, crasso, & sicco, emersisse.

2 Demum etiamsi sanguinis calidiores, & humidiores partes, trāsierint in adipem, frigiditatem tamen à membrana adipiscuntur, quantumuis ortu suo calidus extiterit, tamen incrassatur, vt in destillationibus vapor alembici capitellum tangēs cogitur, crassescit, in aquam vertitur, vt in media aëris regione, meteora apparere docent, naturæ periti. Non igitur conformia semper sunt principijs subsequētia

tia,præſertim remoris interiectis. Adge- 3
nerationē maris, non ſufficit ſemen fer-
uidius, quia ſi in ſiniſtrum latus vteri eia-
culatū fuerit,fæminę,aut viragines gene
rabūtur, vt non ſola materia verū etiam
locus dexter, caloris dominio præditus,
eoq; calorē ſeminis multiplicans,in con-
ſideratione maſculi fætus, ſit adhibēdus.
Hinc cōmēta eſt vetuſtas,cellulas in vte-
ro, quæ imaginariæ, aut in animalibus
πλειοτόκοις, potius,quā homine,conſpiciun
tur.Perperam,præcipuo muſculorū poſt 4
habito fine,accidētarius affertur. Muſcu
lo trāſuerſum ſecto motus cui muſculus
erat deſtinatus,perit.Ergo nō ſolū,tutelę
cauſa, formatus eſt, cū ſit primariū, mo-
tus inſtrumentū:ſeptū trāſuerſum muſcu
lus pſoas, gulæ, laryngis interiores, qui-
bus ſunt ſeminarijs additi partibus,vt ea-
rum calorem conſeruent, cum ſpiratio-
ni, femori mouendo,cibi deglutitioni,
ſermoni formando , à natura inſtituti
videantur? Fibris proprie,motus compe
tit,quibus, carnes interiectæ,ne rumpe-
rentur, & vacua explerentur ſpacia, vt
glādulas,circa venarū diuiſiones, obſer-
uamus. Si externa intimorum fouent

calorem,pellem corpus amicientem, dixeris omnium calidissimam, cum quam maxime sit exposita aëri, nihilominus, temperata medicis habetur. Interiorem occuparunt ossa locum,quia fulcri id postulabat natura,quod pulpa obduci oportuit, cui reliqua corporis, appendi innitique debuerunt:eoque dorsi spinam,carinæ totam nauim sustinēti, comparauit Philosophus, vt ossa sint tanquam ædificij fulcimēta. Cumq; in alium vsum sint deputati musculi, calor solidorum humido primigenio fouetur,& custoditur,huius depopulatio, alimenti substitutione continua,compensatur,is etiam,à calore influēte,veterno discusso,in arenam deducitur,vt mutuis traditis operis,actiōes omnes naturales, perficiantur. Quapropter,si carnes,aqueas & terrestres portiones influens calefacere potis fuerit,quanto magis natiuo aliquid addet, symboli beneficio, quod inter calorem, & calorem, maius est, quam inter calorem, & sanguinem. Carnes quia calidiores, facilius aëris algores sustinent: solida pertinacissimè calorem retinent, quia calor in subiecto solidiore hæsit, vt idem ignis
in

in ſtipula,& ferro candente, hoc illą magis vrit,diutius in ferro conſeruatur,non ſui ratione, ſed ſubiecti, in carnibus ,& ſpiritu,facile exoluitur, & reparatur.

E cordis, cerebri, iecoriſque tēperamento, totius corporis concludimus temperiem,quę ſolidorum titulo,minimè proſtituimus,niſi Hippocratem,qui ſub cōtentis ea locat, ſequamur, neque à ſolidis,quod ſciam, medicis in more eſt poſitum, metiri temperamenta humana, cū communi voce,frigidas,& ſiccas, pręceteris membris communi conſenſu, pronunctient. Cutim,temperatiſſimam, ex eo,quod tanquam amuſſis ſit, vel, quod ab intemperatis, nihil patiatur,affirmāt, cui ſuccedit,caro muſculorū,quia,quantum recepit caloris, à ſanguine, tantundem frigoris, à villis quantum humoris ab illo, tantum ſiccitatis ab iſtis. Reliquę partes, cōſequutione quadam, quo plus ſanguinis,& ſpirituum continent, eo calidiores habētur, qua ratione, etiam cor, calidiſſimum cenſemus,quia officina ſpirituum,& ſanguinis lacuna, in dextro vētriculo exiſtit, quo loci, curioſorum eſt determinare,num ſpiritus,corde priores

 fuerint

fuerint vel econtra, vt etiam num gallina, prior ouo, vtrum ab altero, calorem concipiat. Sat est membris insito calori, formam accedere, per influentem, qui spiritu, & sanguine, vehiculis vtitur. Quocirca, quæ partes abundauerint, hoc calore, cum medicus, saluas operationes, sibi proponat, hæ autem ab influente excitētur, vbi plus sanguinis conspexerit, illic, caloris abundantiam statuet. Carne calidius iecur, vt hoc, cor, ob relatas causas, frigidissima ossa, & contribules partes, cū illic, nullus conspiciatur sanguis.

6 Imtemperatis igitur seminalibus membris constitutis, in eam regulā incurrent, quæ omnia intemperata, contrariorum moderato vsu oblectari, similium vero, molestia affici, tradit. Eam ob causam, à frigore patiuntur, quia ipsæ frigidæ, nihil sanguinis reliquum habent. A simili, conseruari, ratione alimenti à contrario moderato foueri, eodem excedente, corrūpi quæuis membra, tam certum, quam quod certissimum. Si seminales sunt calidiores, ergo similibus calidis nutrientur, mucus siue pituita ossibus neruisque adhærens, calida dicenda; in acetabulo

coxen

coxendicis, mucus, & vnguini, & nutritioni, materiam præbens, calidus statuetur, cum illic, à frigore dolores acerbissimi. Imo si calidæ essent, resisterent frigidis causis. At carus, apoplexia, attonitus morbus, conuulsiones, vertigo, comata, paralyses, neruosi generis affectus, frigidi censentur: Aggregata nimirum, eo loci materia frigida, vel partium frigiditate, congelata. Cur cerebrum, æstiuo meridiano calore, calidius, promtissimè aëris frigidi appulsu, nigredinem contrahit: in terebrata, calua, acus puncturam non sentit, aëris accessum, perhorrescit æger. Vidi Rondeletio vestro commonstratore. Aut igitur, seminales partes sunt temperatę, eoque à potentioribus extremis vtrisque promte læduntur, cum temperati sit bene operari, & ex æquo, omnibus resistere causis morbificis, non vehementioribus (Id cuti iā ante attributū) aut intemperatæ, quorū est mediocri contrariorū vsu vt dictū, iuuari, similium vero lædi. Ergo frigidæ, quia læduntur à frigido aëre, veluti dentes eius accessu, non secus, atque ex acerbis fructibus stuporem

contrahunt, limam autem ſpernunt, cui ſanè frigori, ſi palmam caloris excedentis obtinuiſſent, minimo negocio reluctarentur. Calidis, vtilior, vel ex aphoriſmi mente, aſtipulante etiã experientia vſus, qui ſi in ſummis gradibus fuerit, ęquè illis noxam afferet, ac frigus nimium.

7 Omentum prolapſum putreſcit, vt ſanguis, conceptaculo egreſſus, deſtitutus communi vita & nutritione. Tum ſi ab externo corrumpatur, non protinus, à frigido, cum calor externus, natiuum euocet, itaque putredini, obnoxium faciat. E calore alieno, putredo, ea ne latius ſerpat, abdomine reponẽdum cenſent medici omentum.

8 Cordis calor cum ſpiritu, inuolucro diſcerpto, vt flamma ocyſſimè euolat, & ob ſubiectum craſſius, in alijs membris diutius perſeuerat, quod medicarum cucurbitularum, & vaporariorum exemplo; loco citato demonſtratur, vbi igne, licet ſuffocato, vel extincto, cucurbitula, aliquid caloris, & hypocauſta detinent, vt non tam in calorem, quam illius ſubiectum, culpa ſit conijcienda. Spiritui cum aëre magna affinitas, ideo etiam τοῖς

-ὁμολογούσαις ἑτοίμη βλαβή. Lite de tactilibus qualitatibus exorta, cum à ſenſu petitur principium demonſtrationis, iudicem ne tactum repudiabimus? Recens iugulatæ pecudis cordi, ſi manum adieceris, retrahenda ob feruorem ilico erit: naris apicem, vel aurem, ſi tetigeris, tantum ne illic deprehēdes caloris, vt circa pectus, abdomen, podicem, vel ſuras? Noſti diuinum præceptorem in toto animantiū orbe ſanguineis exanguia frigidiora, ſtatuere. Pręſagiunt agazones, iumētorum perniciem, è frigore aurium, medici extrema contrectant oſſibus conſtituta. Vulgus narium pinnas algentes, mortis augurium ægris portendere, perſuaſum habet. Atqui ſeminales ſunt hę partes, eo que plurimum caloris poſſediſſe oportuiſſet. Nobis, quia exangues frigidiores habentur, & refrigeratæ, in acutis morbis, penuriam caloris à corde, eo nō peruolitantis, & ex conſequenti, internecionem, cum inſitus naturæ earum conueniens, licet affuerit, deſtitutus motore illo agere nequeat, ideo neque vitam diutius ſuperſtitem, arguit. Carnoſę vtroque turgētes, frigidorum occurſantium,

 minas

minas, non exhorrescunt, eoque longe calidiores censentur. Calculi generatio cum toto genere fit præter naturam, huius instituto minimè prouenit, vitiumq; in numero, actiones lædẽs, parit, nec qua ratione, spermaticæ partis opus dici possit, capio. Nec solus calor cogit, cum metalla, abstrusis terræ visceribus, frigore concrescant: calore etenim liquantur. Lapis in vesica, crustatim noui accessione muci, argillosęque pituitę, tandem induratur, vt niuis portiunculam compactam, si circumagas, in immensam molẽ eueches. Lotio is circumactus, crassamenta adhærentia excipit, ita mole augetur, spacium amplum, & capax, magnitudini suppetias ferente. Hinc consequetur, lapides in folliculo fellis, & intestinis prognatos, non tam materiæ, quam partis spermaticæ culpa, fieri.

9 Equidem vesicæ, quam renum, teneriores assolent esse calculi: calor quoq; ruber, caloris dominium, præ albo, & luteo astruit, vt asperitas, quæ à siccitate calori iũcta. Calottus vester, è nobili sene mortuo, lapidem cuniculis actis, rene iam cõsumto, corallo necdum læuigato, tam so liditate

liditate, quam ramulis similē, omnibus quos vnquam vidi, vesicæ calculis compactiorem, exsecuit, quem ab eo, si in viuis est, adhuc asseruari, arbitror. Calida sunt, λίθους θρίπτοντα pharmaca, vel tenuium partium. Vnde à morbo sumta indicatione, à contrario originem traxisse, consentaneum est. Nonne gypsæum, in arthriticorū articulis, in tophū degenerans à frigore cōgelatur, & lapidescit? etiamsi diaphoreticis interdū medicamentis producatur: Sanatio, mollientibus, leniter calidis, permixtis, instituitur: frigidis appositis, crassescūt, indurātur, & doloribus cumulātur ægri. Vētriculus, vt talis nō quatenus mēbrana, vel spermatica pars, proprio tēperamēto, adiacentiū opitulatrice calore adiutus, operosissima quęq; subigit. Similariū nō sunt actiones, quę solis cōpetunt instrumentis. Attamē Tridēti, & Romę, cum cusiles, argenteas, æreasq; monetas, struthiocamelis obijceremus experiundi gratia, hic, auiario præfecti, scuticam vix effugimus, qui graues, ex earum deglutitione, incurrere morbos, volucres asserebat. Eadem ratione,

toti

toti cordis ſubſtantiæ, non ſolis villis, qui à muſculorum, aut membranarũ fibris, exiguam ſortiuntur diſparitatem, ſpirituum vitalium conficiendorum, vitæq; propinandæ, prærogatiuam tribuimus, vt nec ſanguinis ebullitionem, ei viſceri peculiarem, aut illic, plus quam alibi cõſpicuam, cum & caro illius, tam à muſculorum, quam parenchymatum carne, diſcrepet, tam cerebri, quam lienis, & reliquorum. Interea non ignari, celebres extitiſſe viros, qui palmam tribuerunt ſpiritibus, non carni, neq; fibris cordis, eamque potiſſimum ſubſtantiam, a qua actiones emergunt, ſtatuerunt. Quos inter, celebris controuerſiarũ medicarũ Conciliator Diff. 94. ait. Spiritum innatum, complantatum, eſſe cordis partem principaliorem, radicem, & veluti formam, & factorem. Veroq; magis cõſonum eſt, eurypum cordis, agili, mobiliq; corpori, quam fibris ſolidioribus, tribuere. Si cor, fibrarum beneficio caleſcit, idem de ſanguine docebitur, ex Philoſopho, qui caprearum, ceruorum, hinnulorum, damarum ſanguinem, quia fibris careat, liquidiorem, frigidiorem, minimeq; congelabilem

bilem tradit. Ergo ſanguini calor, à proprijs fibris,& nõ à corde:fibræ hæ à ſemiue:Ergo vt cor, ita etiam ſanguis incaleſcet, pariterq; natura inſitum habebunt calorem,ſanguis,& cor, neq; ſpermaticæ ſanguineis erunt calidiores,quia ſanguis ad tactum longe calidior,& eundem adeptus eſt, à fibris, quæ ſunt ſeminariæ, ac cor, vel oſſa, quæ eadem ſubiecta materia,emerſerunt. De veſtimentis,corpus 12
amicientibus, vt omnis caloris expertia ſunt, ita aſſerere nequimus, carnes, vel viſcera in vniuerſum, eo deſtitui, cum à ſanguine, illis abunde ſuppeditetur. Et ſimilitudine cõceſſa,ſequeretur,etiã pulpam, villis interiectam, ab his calorem ſuſcipere, cum tamen antea, carnibus, à ſanguine calorem tribui, decretum fuerit,non à rebus,quas inuoluunt. Nec Parenchymatis, princeps vſus eſt,fibrarum fomentum,ſed viſceris potior pars, cum ſit,non niſi fibrarum interuentu, cohærere potuit.

Hæc ſolutiore animo,inter lauandum Thermis, Carelo IIII. Cæſ. Aug. cognominibus,animaduerſa,accipito. Abortiuus eſt fœtus, quem lambendo effingere

pro libito non potui. Alioqui tantum ſuperesse ocij, à quo ex S. C. Morauorũ in Prouinciæ Medicum adlectus ſum, à medicationibus, minimè tibi perſuaſeris. De peſte, ante biennium, Lucubrationes tuas vidi, vbi examini ſunt ſubiecta à me nonnulla, potiſſimum, vbi de cadauerum peſtilentium contagio diſputas. Eorum quoq; his niſi Camerinam mouero, legendorum, aliquando tibi copiã faciam. Tu interea vale, Remq; publicam medicam, ſtrenuè exornandam, ingenij monumẽtis, pergito. Ea ſiquidem via ſupereſt, qua apud exteros, immortalem gloriam comparare, famamq; perpetuam ſummo iure tuo tibi vendicare queas.

Calend. Auguſt. Anno 1570.

IN LIBRVM THOMÆ IORDANI MEDICI DE PESTIS PHAENOMENIS INDEX, RES præcipuè notatu dignas complectens.

A

Ablutio pedum. 539.
Abominatio ciborum 289.
Abſceſſus articulorũ in morbis Chronicis. 396
Abſceſſus intrinſeci ſint ne in ephemeris peſtilentibus. 373
Abſoluta ſymptomatum ſeries. 244
Accidentia complurium peſte correptorum nõ ſunt eadem. 90
Accidentia peſtis iam non ſunt ſic horrenda vt olim. 337
Accidentia ratione diſpoſitionis corporis etiam variant. 329
Accidentia ſenſibus obuia quorſum referenda. 315
Acetum aromaticum. 505
Acida ſalſis conducibiliora. 427
Aconitum nihil ſalubre obtinuit. 574
Acron Agrigentinus. 443
Actio prior tum membrum actioni deſtinatũ. 110
Actiones cordis. 281
Actiones diuerſæ a diuerſis temperamentis. 110
Adhibita in peſte. 504
Admota in peſte. 619
Adoleſcentes vitijs peſtilentibus obnoxij 95
Æger & in principio & augmento morbi moritur. 391.
Aer ad vitam tranſigendam magnum prorſus habet momentum. 52
Aer aeriq́ue ſimilia vehunt contagium. 196
Aer animantia promptiſſimè peruolitat. 51
Aer calidus quo pacto emẽdetur. 409
Aer calidus temperandus. 467.
Aer cauſæ rationem, peſtis a[illegible]m morbi ſubit 31
Ae[illegible]ceptas qualitates corpori communicat. 51
Aer conſtans boni iudicij mobos affert. 20

Aer

17o6

Aêr contagia traducit. 120
Aer degenerans. 405
Aer dupliciter inuehit corporibus putredinem. 49
Aer editis locis agitatur. 60
Aer & aqua putrescunt. 54
Aer, etiam cælitus iuxta substantiã permutatur. 119.
Aer etiam putris non semper inuehit putredinem. 124
Aer haustus inter simplissima corpora minimè collocandus. 55
Aer in peste secundum substantiam corrũpitur. 23
Aer in vernaculo morbo producẽdo efficacior est victu. 24
Aer nonfacile permeat solidiora, quantumuis sit tenuissimus. 50
Aer noxius arterijs exceptus, quo pacto virus cor di communicet. 129
Aer odoribus est corrigendus. 467
Aer per locum intelligitur. 457
Aer peste obsessorum. 465
Aer pro sua dispositione diuersimodè res afficit. 56
Aer purissimus etiã cõtagia inflicta sæpè excutit. 25
Aer putris corporibus inuehit putredinem. 60
Aer qualitatibus conspicuis vitiatus, putredinem accelerare non potest. 126
Aer quanam virtute immutet corpora. 53
Aer qua ratione febrem pestilentem producat. 61
Aer sit ne putredini obnoxius. 53
Aer solidissima quæque immutat. 50
Aer specietenus omnibus communis. 17
Aer victu generalior. 16
Aeris calidioris incommoda. 58
Aeris impuri noxæ. 52
Aeris, secundum quatuor anni partium rationẽ constitutio. 235
Aeris temperati dotes. 52
Æstas intempestiua gignendæ putredini idonea. 358
Affectus animi. 440
Affectus animi corpus perturbant. 189
Affectus animi melancholici. 181
Affectus haud omnes à melancholia prodeunt. 190
Affectus thoracis in peste coincidunt. 309
Affinitas oris ventriculi cum corde. 156
Agens tametsi voto frustretur, tamen hoc conatur quod agere natũ est. 133
Agitatio humorum melancholiæ minimè imputanda. 192
Agricolæ facilimè corripiũtur peste 99

Alexite

Alexiteria mediæ naturæ esse oportet inter venenum & corpus humanum. 572
Alexipharmaca primum locum sibi vendicant inter pestis curationes. 500
Alimenta à cerealibus petita 420
Alimenta alia aliis minus humectantia dantur. 428
Alimenta cur dicantur esse sicca. 429
Alimēta ex animalibus quæ alia aliis præferenda. 423
Alimenta medicamentosa. 429
Alimenta respectiuè bona vel praua. 113
Alimenti dissimilitudo. 286
Alimētorum ea non est correptio, in corpore, quæ fœtorem afferat. 470
Alopecia morbi gallici. 147
Alterandum in peste & vacuandum. 453
Alui deiectio. 371
Alui lenitio in peste curanda secundo loco adhibenda. 500
An alimentum exiccans detur, cùm omnia nutrimēta humectare debeant. 428
Analogia inter corpora quæ contagio sunt obnoxia. 80
Analogia siue proportio in quo spectanda. 81
Angerius Ferrerius librum scripsit de morbo gallico 576
Anhelitus fœtidus confirmatam in corde putredinē arguit. 385
Animal graueolens. 309
Animal lapidem Bezoar gignens. 587
Animali vita carente nulla coctio, nullaq; expulsio. 198
Animalia domestica, virus facile communicant hominibus. 331
Animalia nec non insecta stercore viuentia. 112
Animalia nō omnia salubri aere indigent. 111
Animalia robusta pesti sese fortius opponunt. 118
Animalia temperamentu, dissimilimi & eiusdē speciei indiuidua. 332
Animi defectio. 249
Animus hilaris, iugè comuiuium. 191
Annus irregularis. 21
Anthrax ab atro sanguine 180
Antidoti compositæ. 612
Antidotorum pestilentium dosis. 514
Antidotus. 228
Antidotus contra pestem plebeia. 430
Antidotus è boleto ceruino. 606
Antidotus ex vua versa. 615
Antidotus Germanica. 617
Antidotus Nicomedis. 615
Antidotus Scaligeri. 615

Antimonium album. 612
A putredine reuersus conceditur. 54
Applicatio indicationum ad febrem pestilentem. 450.
Applicatio remediorum pestilentium. 513
Aqua ad diluendas antidotos. 517
Aqua Bezahartica. 231
Aqua palustris perenni fluẽte citius corrumpitur. 56
Aqua solis. 519
Aqua stillatitia Caponum inutilis. 473
Aquæ putres. 24
Aquæ stillatæ. 505
Aquilonis dotes. 365
Argẽterius exiccationem in peste superfluã putat. 333
Argillę non est, cur atram bilem crassiorẽ efficiãt. 193
Argumẽta venæ sectionem dissuadentia. 541. ex his primum est, quod debilitas impediat. 542. secundum, quod Galenus improbet. ibid. tertium quod fluxus alui non concedat. ibid. quartum quod reuocet naturam sanguinis missio. quintum, quod tumores nonnulli euanescant. ibid. sextum, quod pharmacum purgans potius conueniat. 544. septimum quod in bubone gallico sectio venæ sit prohibita. ibid.
Ariditas linguæ. 518
Aristoteles duos bene agendi scopos ostendit. 446
Arsenicum Adriano P. M. gestatum. 578
Arsenicum ægre intra corpus appositum penetrat. 549
Arsenicum qua ratione arceat pestem. 580
Arteria aorta. 149
Arteriam attolli prohibet debilitas. 152
Artifex eligit materiam. 92
Aspectus & coniunctiones planetarum, 407
Asperitas cutis. 322
Assumpta in peste, 504
Assumptio ciborum in peste conducit. 289
Athenienses. 252
Atra bilis aduersatur putredini. 184
Atra bilis vniuersum sanguinem inficit. 182
Attractio renum duplex statui non potest. 143
Auctoritas Auicennæ & Galeni. 124
Auctoritas Galeni. 29
Auctoritati Auicennæ respondetur. 144
Auctoritatibus respondetur 127
Auenatũ Germanorũ. 475
Auernus Campaniæ. 116
Augurium plebis de peste. 331
Auicenna. 115
Auicennæ pestis auguria. 364

364
Auicennas vrinam laudatam letale signum esse cõtendit. 137
Aurum an agat in calorem nostrum. 609
Aurum stillatis quid conferat. 484
Austri & Aquilones quo modo corpora immutent. 21
Austri incommoda. 365
Balnea & venus eneruant. 99
Balnea moderata tempore pestis concessa. 443
Balnea publica tempore pestis interdicta. 442
Balnei facultates. 257
Balnei in peste incommoda. 258
Bellum æstiuo tempore in Græcia. 245
Belluæ non omnes pariter peste corripiuntur, sed mo do hoc modo illud genus. 115
Biscotti. 478
Bocatius Florentinus pestẽ describit. 215
Bolus Armena. 595
Bolus nihil prodest. 333
Bolus Pannonia. 596
Bolus si astrictione agat, quę nam sequãtur incongrua. 599.
Bolus specifica forma agit. 600
Bolus venenum vomitu excludit. 601
Bruta pestem portendunt putredine orta. 367
Cacochymi securiores censentur. 328
Cacochymia sensui non obuia. 403
Cadauera minus exhalant, quam viua corpora. 199
Cadauera peste pereũtium liuida. 103
Cadauera plus exhalant, quam supellex infecta peste. 207
Calor blandus foris. 247
Calor carnis ad malignum morbum producendum nihil facit. 234
Calor contumax an in pestilente quoque hectica. 358
Calor epialarum & lipiriarum. 356
Calor euocandus. 190
Calor febris ardentis. 355
Calor febrium ab atra bile & pituita. 355
Calor hecticorum communis pestilentium circa præcordia latitans. 177
Calor humidum depascitur. 197
Calor in ardenti & pestilenti quomodo differat. 186
Calor in ephemeris potius dissipatur quam suffocatur. 170
Calor momentaneus & per seuerans

seuerans. 37
Calor omnisque pestifera vis homine mortuo extinguitur. 209
Calor pestilentium à Galeno descriptus. 357
Calor pestis pephygod. 37
Calor seu ignis artificialis confertur calori animantium. 354
Calor synochæ blandus & vaporosus. 354
Calore absente nulla actuatio. 209
Calorem tactus obiectum ægri non sentiunt. 263
Calorum pestilentis & hectice comparatio, 165
Cannibales noui. 216
Canones cibandi iidem qui in aliis febribus conueniunt. 462
Capitis & stomachi dolor in Hungarico morbo. 221
Carbunculi vnde generentur. 188
Carbunculis, vicinæ carnes putres deciderunt. 336
Carbũculus à sanguine exusto. 167
Cardanus monocerotẽ describit. 589
Cardialgia. 294
Caritas annonæ. 235
Carnes præparatæ gratiam palato conciliant. 472
Carnes, recens mactatæ, noxiæ. 232
Carniuora abstinuerunt à cadauerib. 248
Caro asseruata friabilior. 233
Cataplasma de nido hirundinis. 560
Causa cælestis contagiosas reddit pestilentes. 86
Causa colliquationis alui. 313
Causa communis effectui communi assignanda. 16
Causa differentium accidentium in pestilentibus. 95
Causa discriminis particularium sudorum. 307
Causa eadem diuersos effectus producit. 266
Causa æqualitatis pulsus in pestilentibus. 158
Causa Epidemiorum pestilentium cælestis. 22
Causa inappetentiæ. 290
Causa morborum sporadicorum. 18
Causa non morbus à substantia. 330
Causa pestis brutorum alia quam assignatur. 330
Causæ pestis extrinsecæ. 413
Causa pestis in aeris vitium non est transferenda. 106
Causa præseruationem requirit, morbus, curationem. 404
Causa pulsuum moderatorum in pestilentibus vera e Galeno depromta. 153
Causa putris, putredinem inducit. 134

Causa quare pestilentes calorem suum non sentiant, assignatur. 263
Causa respondet effectui. 125
Causa sitis. 292
Causæ cœlestes vim suam aeri impingunt. 119
Causæ caloris circa præcordia. 781
Causæ morborum latentes. 403
Causæ mortis à Cicerone descriptæ. 170
Causæ pestis manifestæ. 404
Causæ ratiocinatione inquiruntur. 352
Causæ sudoris frigidi. 304
Causæ supernaturales medijs agunt. 23
Causæ terrestres etiam labẽ aeri impertiuntur. 119
Causarum diuisio. 361
Causus cordis. 227
Causus intermittit vel remittit 186
Cautio in prædicendo. 382
Cautio in symptomatum pestilentium curatione quænam sit adhibenda. 539
Celsus inediam in peste improbat. 598
Cephalalgia. 227
Cereuisia. 427
Certitudo signorum vnde petenda. 341
Chirurgi coniuges, mortui: soluti impune ægros visebant. 183
Cristophorus Phrysiæ comes extinctus. 214
Cibis calidis abstinendum. 461
Cibus & potus. 419
Circuitus in febribus fallaces. 358
Citius raro corpore quam dẽso pestis expellitur. 102
Claretum Hippocraticum. 487
Clysma in peste. 522
Clysma lenienti præferendum. 524
Clismata in fluxu alui immodico. 534
Cognatio inter symptomata & signa. 354
Coitiones siderum veneficæ pestem producunt. 108
Colliquationes. 312
Collutio oris. 228
Collutio oris in peste. 508
Color ater ab adustione. 313
Color cutis fœdus. 315
Color excremẽtorum. 319
Color corporis mutatus. 315
Colores macularum alii aliis benigniores. 87
Commercia ob contagium inhibenda. 417
Cõmoda crebræ cibi assumtionis in peste. 463
Commoda rari corporis. 100
Commoda venæ sectionis. 545
Comparatio tumorum gallicorum

712

licorum cum pestilentib. 551.
Compositio siue structura. 345.
Cōpositio Theriacalis. 517.
Concitatio gregaria. 100
Conditiones sudoris frigidi 304.
Condimenta mutant pisciū temperamenta. 425
Condita cōtra pestem. 506.
Cōfectio Alkermes ab Altimaro impugnata. 617.
Confectio Mithridatica Manardi. 614
Confectio Theriacalis. 518
Cōfirmati morbi venerei in lotio extant indicia. 147.
Coniectura vulgi de morbi ortu. 232
Coniunctiones Planetarum noxiæ pestē inducūt. 118
Coniunctiones planetarum pestem producentes. 362
Conseruæ in peste. 505.
Constituentia theriacam, nihil habent occulti. 334.
Constitutiones pestilentes quomodo cognoscendæ. 362.
Constitutio aeris & corporū dosin contra pestem sumendam mutat, veluti sexus & ætas, etiam. 514.
Consumptio corporum ab aere ambiente. 197.
Contagia prouidentiam postulant. 405.
Contagia putredinem inducunt. 67.
Contagia viscida, contumaciora. 73.
Contagij fomes. 73.
Contagio res etiam remotę læduntur. 71.
Contagium calore communicatur. 208.
Contagium eget actuatiōe. 208.
Contagium hærens. 71.
Contagium in putri exhalatione, Ergo omnes putridæ febres contagiosæ. 82
Contagium in quo consistat 69.
Contagium neque per vrentes, neque per algētes spiritus fieri solet. 79
Contagium non antè dicendum, quàm nostrum corpus affecerit. 211.
Contagium quomodo communicet è suppellectili. 207.
Contagium secunda causa pestis effectrix 68.
Contagium serpens. 245.
Contagium similitndinem poscit. 71.
Contactus duplex. 195.
Contra æstum in febrę. 529
Contra vigilias. 538.
Contusum è carnibus. 472.
Copia æquè ac vitium ciborum fugienda. 419.
Copulatiōes qualitatū aptiores pesti ꝓducēdæ. 408
Cor est fons affectuū. 189.
Cor etiam insigniores ferre potest intemperaturas. 176

Cor ex ortu calidum. 155.
Cor Marchionis torrefactũ 175.
Cor potiorem ſentit noxã. 243.
Cor quibus conſtet. 176.
Cornu Monocerotis. 589.
Cornu monocerotis quanta ſit virtus & efficacia. 593.
Cornu Romanorum pontificum. 592.
Cornu Venetorum. 592.
Cornu Sandyoniſianum. 591
Corpus vniuerſum cordi laboranti cõſentit. 242.
Corpora ad excipiendum cõtagium diſpoſita. 92.
Corpus denſum eiuſdemque dotes. 98.
Corpus denſum externis reſiſtit, interna non facile profligat. 100.
Corpus denſum obuium putredini. 101
Corpus denſum refragatur externis. 98.
Corpus patiens muniendum. 406.
Corpus rarum externa facile arripit, ſed interna excutit. 100.
Corpus ſanum nunquam ſudat. 303.
Correctio aëris humidi in hyeme. 410.
Corruptio, qualemcũque caloris natiui ſequitur extinctionem. 210.
Corui ſe à cadaueribus obe- orum virus abſtinentes. 212
Corus peſtilens. 365.
Criſis tertianarum per aphthas oris. 317.
Criſis exitialis. 225.
Criſis laudatæ conditionis. 394.
Criſis per aluum. 248.
Criſis per ſomnum in pueris. 397.
Criſis præſens prohibet ſcarificationem. 556.
Crito apud Hippocratẽ peſte laborauit. 391.
Crocus. 412.
Crudelitas peſtis. 22.
Cruſtacea animalia tempore peſtis quænam ſint eligenda. 425.
Cur ad ceruicem ſudemus plurimum. 307.
Cura abſceſſuum peſtilentium. 564.
Cura parotidum ſimilis anginæ. 559.
Curæ triſtes peſtilentibus noxiæ. 190.
Curatio carbunculi. 565.
Curatio peſtis compendioſa. 334.
Curatio tumorum peſtilentium à reliquorum curatione diuerſa. 558.
Debilitas in peſte ſtatim ab initio, ſed in alijs febribus in ſtatu vel incremento. 359.
Decubitus materię ad aures 224

224.
Deleteria & spiritus & humores conficiunt. 391
Deliria & dolor capitis in peste. 535.
Deliria in Hungarico morbo suauia. 222
Deriuatio riuulorum ex amnibus stagnantes aquas perpurgat. 377
Deturpationes cutis simul & morbi & symptomata possunt esse. 317.
Deus precibus inuocandus. 406.
Definitio contagij. 69
Definitio famis. 288,
Definitio Medicinæ apud Hippocratẽm. 447.
Definitio morbi sporadici. 4.
Dfinitio pestis. 28.
Definitio pestis ex Iouberto 30.
Definitio sitis. 292.
Demonstratio incipit à sensu. 167.
Demõstratiõi maior quàm auctoritatibus fides. 135.
Descriptio Bezoar ex Aponitano. 585.
Descriptio vera lapidis Bezoar. 586.
Desperatio. 249.
Desperatio in peste extrema. 283.
Diæta atrum succum generans. 181.
Diæta calefaciens feruidos morbos parit. 18.
Dieta dissimili vtuntur hectici & pestilentes. 163.
Diæta humorum diuersorũ generatrix. 325.
Diæta plena reprobatur. 464.
Diæta quid sit. 460
Diæta sordida humorũ prauorũ sentinã introducit. 60.
Diæta tenuis hoc seculo explosa. 469.
Diæta tenuis non est laudabilis. 464
Differentia febrium pestilentium putredinis & vulgaris in tribus comprehensa. 44.
Differentia febrium pestilentium statuitur vt in lynochis, pro difflatione aut putredinis incremẽto. 40
Differentiæ à suis characteribus. 40
Differentiæ caloris manui tangẽtis sese offerẽtis. 36.
Differentiæ calorum febrilium. 354
Differentiæ febrium pestilentium, à ratione causarum efficientium propinquarum. 41.
Differentiæ feb. pestilentiũ ab accidẽtibus petitę. 40
Differentiæ feb. pestilentiũ ab efficientibus remotis. 41
Differentiæ pro ratione subiecti & loci. 40
Diligentia requisita. 400
Dion & Xiphlinus Romanã pestem describũt. 217
Discrimina pestilentiũ exhalationum morbidarũ ra-

tione statuuntur. 87.
Dispositio corporis contagio reluctans. 93.
Dispositio temporum anni mala. 366.
Disputationes curandi Methodo præmissæ. 400
Distinctio signorũ symptomatumque non tam realis quàm rationalis. 340.
Diuersitas temperiei in animantibus. 109
Diuisio qualitatum iuxta sensus. 314.
Diuisio venenorum & remediorum. 570.
Dolor capitis. 262.
Dolor mitigandus. 558.
Dolor tactus symptoma. 262.
Dosis boli. 601.
Dosis Syrupi matutini contra pestem. 510.
Doses requisitæ à Cardano. 582.
Dubium an extet monoceros. 591
Duæ causi species. 179
Duo præcautiõis scopi. 406
Dysenteria & tinesmi. 313.
EBur fossile. 593.
Effectus. 361
Effluuium triplicis substantiæ. 198
Egestio vrinæ 433
Eiectiones sanguinis. 296.
Electuarij cor roborantis vtendi modus & occasio. 526
Electuarium de ouo. 515.
Electuarium de Zedoaria. 231.
Electuarium roborans cor. 526.
Elementa cætera igni pabulum suppeditant. 55
Embrochæ contra pestẽ. 511
Emendatio aeris. 409.
Empedocles cauit aerem pestiferum. 377.
Emplastrum Esaiæ prophetæ. 561.
Emplastrum suppurans. 561
Emulsio margaritarũ. 526.
Emulsio seminis melonum. 509.
Emulsiones è seminib. 509
E'næorémata. 311
Endimi morbi quales. 7.
Endimi, ob leue contagium epidemijs accensendi nõ sunt. 26
Endimi vicinis regionibus communicari possunt. 25
Endimus domesticos potius quàm exteros affligit. 25.
Ephemera pestilens Aponẽsi statuitur. 160.
Ephemera pestilens statuitur. 168.
Ephemera pestilens quomodo iuguletægros. 169.
Ephemera pestilens vnde dicta. 372.
Ephemera præ pestilentib. alijs omnibus maxime funesta. 168.
Ephemeræ pestilẽtis ortus. 169

Ephemeræ pestilentis pulsus. 168
Ephemeræ pestilentis signa. 372
Ephemeræ pestilentis symptomata. 168
Epidemij simplices à vitijs aeris iuxta qualitates immutati oriuntur. 20
Epidemij sub morbis communibus collocandi. 19
Epidemij vulgares & populares morbi. 6
Epidemius perniciosissimus est pestis. 7
Epilepsia venenosa frigida. 75
Epithema pro corde. 526
Epithemata ex aquis contra pestem. 510
Epithemata in peste. 507
Epithemata pro iecore. 530
Erisypelata genarum. 317
Errores circa victũ sparsas conciliant ægritudines. 19
Essentia definitioque morbi. 448
Essentia febris vnde petenda. 35
Essentia febrium in calore consistit. 35
Essentia febrium pestilentiũ prorsus eadem cum putribus. 42, 43.
Essentia pestis in calore acri & tamẽ clanculario. 37
Essentia pestis in calore præternaturali consistit. 37
Essentia quomodo accipienda. 345
Etymon contagij. 70
Etymõ lapidis Bezoar. 584
Etymon signi. 342
Etymon sporadicorũ morborum. 3
Excrementa alui. 312
Excrementa quibus modis peccent. 297
Excrementa quomodo cognoscantur. 297
Excretio p aluũ critica. 395
Excretio sanguinis nũquam naturalis. 298
Excretio vrinæ. 310
Excretiones arguunt partis affectionem. 345
Excretiones coërcitæ mala inuehunt. 432
Excretiones copiosæ maciem afferunt. 173
Excretiones corporis liberę sunt omnes. 493
Excretiones detẽto corporis spiritu cõspicuæ fiũt. 302
Excretiões colliquãtes. 370
Excretiones sanguinis. 296
Excretiones symptomaticæ possunt iuuari. 556
Excretiones vtiles. 432
Exempla endimorum morborum. 7
Exemplum à simili, ad illustrandã melancholiã. 182
Exercitia vitaturo pestẽ. 435
Exhalationes putres, manẽt è putribus febribus. 83
Exhibitio cibi repetẽda 489
Expositio sententiæ Hippocraticæ. 458
Expositio verborum Gale-

 212

ni. 33
Extractio radicis Carolinæ 610
Exundatio aquarum. 235
FActurus medicinam in ignoto loco, quæ per pendere debeat. 21
Fabulæ, monocerotes vniversali diluuio periisse 591
Facies Hippocratica. 323
Facultas naturalis differt ab animali & vitali. 286.
Facultas odoratus læsa. 262
Facultas vitalis an eadem cũ nutritiua. 276
Facultas vitalis statuenda, quod è pestilente febre probatur. 278
Facultates signorum medico exploratæ sunt habendæ. 159
Falloppius. 551
Falsa temperies pulsus. 157
Fames auri sacra. 609
Fames naturalis. 287
Familiaritas boli cum corde 600
Familiaritas & dissidium è naturalibus non excludenda. 44
Familiaritas & dissidium En dimorũ epidemiorumq; morborũ inter sese. 26
Febres cum maculis. 87
Febres cum morbillis & variolis. 88
Febres malignæ & prauæ à pestilentibus distinguendæ. 32
Febres pestilentes absque peste dantur. 29
Febres pestilentes malig. 29
Febris est cordis affect. 176
Febris expurgatur per lotium. 395
Febris papulas consequens maligna potius quam pestilens dicenda. 89
Febris pestilẽs debet multis esse communis & exitialis quam maxime. 34
Febris pestilens putribus est accensenda. 42
Febris pestilẽs qua ratiõe ab omnib. aliis differat. 34
Febris pestilẽs tumorib. insignita pestis demũ dicetur 32
Febris pestilẽtis efficiens est alia à reliquarum putriũ causa. 48
Febris pestilẽs nunquã absq; aeris corruptione accidit. 32
Febris tactu cognosc. 36, 354
Febrium pestilentium vulgariumq; differentia. 305
Febrium vulgariũ putrium generatio. 48
Fernelii Galli encomiũ. 105
Fernelius solis euentis pestẽ cognosci dicit. 376
Fernelius vrinã exquisitã omniũ corporis partiũ disposi tionẽ indicare cõtẽdit. 142
Feruor immẽsus. 321
Figura situsue membri. 450
Finis Medici, est morbi extirpatio, 447
Flores tempore pestis salutares. 422

Fluxus

Fluxus sanguinis intempesti uus quæ mala secum adue hat. 298
Fætor à pestibus putrescentibus. 415
Fætor absterret, etiam crudiuora à cadauerum esu. 213
Fætor cadaueris nutrimenti viuentis animalis prauitatem denotat. 213
Fætor pestilentium cadauerum, à simplicium cadauerum fætore nihil differt. 206
Fætor putredinis character. 200.
Fætores spiritibus infesti. 212.
Fons signorum primus est ab actione læsa. 344
Fons signorum quintus ab exeuntibus. 348
Fons signorum secundus ab essentiæ proprietate. 345
Fons, signorum septimus à specie & positu doloris. 349
Fons signorum sextus à proprijs accidentibus. 349
Fontes signorum apud medicos. 344
Forma maligna nihil exprimit. 329
Frigus accessionum principio 257
Frigus extremorum in syncopa. 281
Frigus in principio accessionum. 187
Frigus neruis ruptis teneriores reddit carnes. 233
Frigus reluctatur putredini. 65
Frigida iecori tutò non applicantur. 530
Frigida ore tenus oblata. 454
Frigidis admotis interdictũ. 454
Frigidũ generationi aduersarium. 78
Frontalia in peste. 536
Fructus aridi. 478
Fructus fugaces. 481
Fructus fugaces prima mensa eduntur. 576
Fructus pestis tempore quinam salubres. 422
Fructus somni. 438
Fructuum copia. 236
Functio membri 449
Fungi locum habẽt inter tubera. 606
Fungi membrana cerebri læsa. 348
Fungus ceruinus 605
GAleni de bona vrina iudicium. 389
Galenus à Fernelio dissentit. 142
Galenus & sanguinem misit, & purgans pharmacũ exhibuit in exanthematis. 552.
Galenus explicat Hippocratem. 15
Galenus Homerum & Damocratem poetas testes citat. 244

Galenus in definitione putredinis conſentit cum Ariſtotele. 65
Galenus in exhibitione Theriacæ ſcrupuloſus. 514
Galenus meminit contagij. 69
Galenus Thucydidi conſentit. 254
Gangræna fætens. 320
Gargariſmata. 533
Garzias medicus Luſitanus. 590
Gaudium quid pariat. 440
Gelatina alba. 477
Gemmæ quomodo corpori proſint. 608
Genera exercitiorum tempore peſtis adhibēdorum. 436
Generatio fungorum in vulnere membranarum cerebri. 348
Generatio peſtilentis hecticæ. 128
Geographis inſulæ ſporades. 3
Geſnerus Polyhiſtor, Plinius germanicus. 617
Gradus putredinis in viuo maior. 201
Gradus temperamentorum in plantis. 332
Gradus nauſeæ plures à Galeno inſtituti. 288
Gradus putredinis in peſtilentibus, cæteriſque putribus non idem. 84
Habitus athletarum ſuſpectus. 403
Hallucinatio oculorum vnde. 258
Hectica, niſi ſit putris nō eſt peſtilens. 131
Hectica peſtilens. 128
Hectica peſtilens an dari poſſit. 162, 172
Hectica peſtilens vel ab aere externo vel vapore inteſtino. 128
Hectica poſt Ephemeram peſtilentem maxime letalis. 175
Hectica pro marcore quouis impropriè ſumta. 172
Hectica raro abſque putri febri. 132
Hectica ſimplex ab hectica peſtilenti differt. 163
Hectica ſimplex quid ſit. 177
Hectica nullas habet criſes, quarum peſtilens habet plurimas. 165
Hecticæ & peſtilenti in curatione nihil commune. 162
Hecticæ parum ſimilitudinis cum putri. 134
Hecticæ peſtilentiſque caloris ratione diſcrimen. 178
Hecticis, quam peſtilentibus calor eſt longè diuerſus. 164
Herbæ calidæ humi ſtratæ. 411
Herbæ frigidæ ad aerem calidiorem emendandū ſunt humi ſternendæ, eædemq; ſunt aceto irrorandæ. 409

Herbæ

Herbæ mēbris corporis peculiariter attributæ, 577
Herbæ sibi simile poscunt nutrimentum. 111
Herodianus. 443
Herpetes. 317
Hilaritas ægris imperanda. 495
Hippocrates aeris cōstitutionū diligens obseruator. 363
Hippocrates & Galen⁹ quos medendę pestis scopos instituant. 454
Hippocrates perperam expositus. 12
Hippocrati statua locata ob pestem auersam. 377
Hippocraticæ sententiæ genuinus sensus & interpretatio. 12
Hircus olidus. 580
Historia de hydrargyro 575
Historia studiosi Monspeliensis. 275
Homines eiusdem temperamenti duos inuenire difficile. 332
Homo microcosmos. 92
Horæ septem sommo tributæ. 439
Hordeati parandi modus alter. 474. tertius 475
Hordeatum, & quo pacto fiat. 473
Humor putrescens num peculiaris pesti sit assignandus. 166
Humores diuersi caloris accensi differentias pariunt. 36
Humores diuersi caloris accensos parere differētias, accensorum lignorum probatur exemplo. 36
Humores diuersi in corpore diuersorum symptomatū causæ effectrices. 266
Humores omnes & per se quilibet putrescentes pestilētem parere possunt. 166
Humores solidorum secundarii fortè imaginarii. 174
Humores tenues motioni aptiores. 193
Humida alimenta actu vel potestate. 460
Humida materia, calor effector putredinē inducunt. 65
Humida substantifica nō excrementitia in peste requiruntur, 465
Hydrargyrū actu frigidum. 581
Hydrargyrum congelat. 584
Hydrargyrū gestatum contra veneficia. 583
Hydrargyrum loco Amuleti. 585
Hydropici ab ardente febre immunes. 328
Hypocausta Borealium insalubria. 467
IAcobus Hollerius. 520
Idaith Aga orator Turcicus. 590
Ignes publicis in locis tēpore pestis succedēdi. 415
Ignes succensi præseruationi conducunt non curationi. 466

Ignis ferus omnium domitor. 54.
Iis quæ vehementer purgant abstinendum. 501.
Imaginariũ est corpus purum, in quo aër putredinem non possit conciliare. 132
In omni motu & actione quæ requirantur. 90.
Incolentes plana sunt vitæ breuioris montium accolis. 60.
Incõmoda profundi somni. 439.
Incommoda vitæ desidis & exercitiorum nimiorum. 435.
Indicatio à parte affecta. 449.
Indicationes à causa morbi. 452.
Indicationes curatoriæ re petitæ. 496
Indicationes diętæ constituendæ. 418.
Indicationes diffidentes. 497.
Indicationes febris pestilentis. 447.
Indicationes febris pestilentis à morbo & membro lęso. 451.
Indicatio prima à morbo 448. secunda, à subiecto morbi. 449. tertia à causa morbi. 449
Indicationes vnde promendæ. 448.
In[illegible]cia profutura rhinorragiæ. 196.
Indicia morbi Gallici nulla sunt in vrinis. 146.
Indicatiõum quænam primas teneat. 496.
Indicia coctionis ex vrina. 136.
Instrumenta cõtra pestem medica. 453.
Instrumēta nutriētis. 287.
Insulæ Cranonis situs. 58.
Intemperies aëris venenũ in corpore minime gignit. 127.
Intemperies in corde potest esse contraria. 154.
Interitus apoplecticorum 170.
Inuestigatio essentiæ pestis ardua. 35.
Inunctiones cordis an penetrent. 581.
Ioubertus causam pro morbo ponit. 31.
Ira breuis furor. 440
Iulebi in peste. 505.
Iulius Cæsar Scaliger lachrymam cerui descripsit. 602
Ius acidum. 480
Iuuantia & lædentia. 350.
Iuuenes senibus citius inficiuntur. 327
Labra liuentia. 317.
Lachryma cerui à Scribonio Largo describitur. 602
Languor sensui conspicuus in peste. 359
Lapis Bezoar. 584. 335.

Lapis è corde cerui. 604
Lapis Bezoar in equi ventriculo repertus. 588
Lapis Bezoar Persis inquilinus. 585
Laurentius Ioubertus Medicus Monspeliensis dubia quædam ex Galeno obiecta soluit. 30,194.
Legumina in peste releganda. 421
Legumina non modo atrũ succum gignunt. 189
Lenitiuum in peste. 523
Lingua atra scabraq; 318
Linimenta ad aurium tumorem. 559
Liquamenta alui, an omni pesti conueniant. 312
Loca regionesque aliæ aliis salubriores. 112
Locus Auincennæ explicatur. 463
Locus cucurbitatum appositionis. 557
Locus non indicat. 456
Lotia febrientium. 136
Lotia sicuti quoque pulsus in peste fallacia sunt signa 153
Lotio pulsuiq; soli in pestilentibus non est nimis fadendum, 159
Lucretius poeta pestem accuratè describit. 243
Lues communicatur, 196
Lues è spiritu citius in spiritum, quam vaporem, aerem & deinceps in hominem ducitur. 200
Lues gallica ab exustionibus quibusdam. 148
Lues Gallica nunc mitior quam olim. 337
Lues venerea calorem corporis immutat. 146
Lues venerea contagiosa. 80
Lues Vngarica contagiosa. 220
Lues Vngarica toti Europæ communicata. 121
Lutũ an siccitate agat. 599
MAcies extrema corporis in quibusdam pestilentibus. 322
Maculæ. 371
Maculæ atræ. 180
Maculæ quando appareant 556
Magna nostri seculi intemperantia. 338
Magnitudo proprium fontem non largitur. 346
Maius periculum ab aere pulmonibus recepto quã arteriis imminet. 104
Malignæ febres æquiuocè quoque pestilentes appellantur. 33
Malignitas aeris in quo consistat, 125
Malignitas putredinis pestilentis in quo sita sit. 44
Mangiarblanco Hispanorum. 477
Manifestum quid obscuri producere potest, & e contra. 126
Manus diu pectori appo-

ta, quemuis calorem febrilem superat. 356.
Manus pestilenti diutius adhibita auget calorẽ. 357.
Margaritæ & lapides præciosi. 608.
Marinæ beluæ in littora eiectæ pestem afferunt. 415.
Materia calidarum aeris impressionum. 364.
Materia ignis humida & sicca flammæ diuersitatem parit. 353.
Materia mota, quiescente peior. 182.
Materia pestilens raro sopore discussa 397.
Materia tumorum pestilẽtium venenata. 552.
Materię dispositio aeris vitia excipit. 59.
Matthiolus descripsit bolum. 595.
Medela pestis a deo eius auctore petenda est. 23.
Media inter mortem & exquisitam valetudinem constitutio. 386.
Medicamenta fallacia vel ignaua. 249.
Medicãenta nonnulla quare putrefacientia dicãtur. 76.
Medicamẽta siccantia præseruationi competunt. 430.
Medicamina alimento permista siccitatẽ augent. 429.
Medicatio vlcerum. 565
Medici Romani pestilentes impune visitabant. 94
Medico præstat obuia sensui perlustrare. 121
Medicus præseruans curante nobilior. 401
Medicus prudens. 358
Medicus tanquam gymnasta. 381
Medium excipiens & prouehens vim alteratricem. 195
Melancholia ægrè concipit flammam. 185
Melancholicus humor putrescens pestilentem ascendit. 179
Membranosa aluo egesta. 347
Membris abscissis venari vitam. 386
Memoria amissa abolitio abolitionem priorum facultatũ supponit. 275
Mercibus fomes pestilens latet. 120
Methodus à medicis rationalibus in curando obseruata. 230
Migratio volucrum pestẽ innuit. 368.
Ministræ nutrientis. 286
Missio sanguinis in peste verenda. 300
Missio sanguinis in quo gallico tumore prosit. 552
Modus excretionum. 4 3
Modus vtendi Antidoti s. 520.

modus vtendi lachryma cerui. 603
Modus putredinis à contagio inuecti. 67
Modus salubris terminationis. 393
Modus terminationis morborum. 380
Montanus excusatur. 15
Morbi acuti à calore oriuntur. 58
Morbi alii partium vitalium, alii membrorum naturalium. 277
Morbi capitis reliqua mẽbra ferè intacta relinquunt & econtra. 278
Morbi communes, 26
Morbi diuturni quãdo terminentur. 380
Morbi endimi partim ab aere, partim à victu emergunt. 24
Morbi epidemii pestilentes. 26
Morbi epidemii simplices. 26
Morbi exitiales dies criticos non obseruant. 392
Morbi indiuiduorũ ratione vehementiores aut mitiores fiunt. 336
Morbi peracuti quãdo terminentur. 380
Morbi perniciosi tempora non obseruant. 392
Morbi praui paribus diebus mouẽtur. 392
Morbi, sporadici. 26
Morbi vernaculi. 27
Morbus à pituita putrescente. 237
Morbillorum variolarũq; discrimen. 88
Morborum publicorum auctore Montano distinctio. 12
Morbus ab aeris corrupte la pestilens febris esse dicitur. 32
Morbus communis quis. 2
Morbus communis vnde nomen sit sortitus. 2
Morbus febri pestilẽti maculis conspicuæ cognatus, 238
Morbus Gallicus. 220
Morbus naturæ contrarius. 447
Morbus quare dictus sit sporadicus. 2
Morbus subiectum poscit. 448
Motricis facultatis symptomata. 267
Motu omnia conseruantur. 490
Motus aeris putredini resistit, sed non vehemẽti. 56
Motus cordis à quouis animali differt. 277
Motus cordis non est arbitrarius. 277
Motus efficiens, materia, tẽpus, eaque statuarii sculptoris exemplo declarata. 91
Motus humorum. 96
Motus in declinatione. 491
Motus naturæ obseruandu 521

525
Motus perennis arcet putredinem. 60
Munditiei tẽpore pestis studendum. 415
Mus Moysis vel musca Napelli. 607
Muscardini. 479
Mustazzuoli. 479
Mutatio coloris in tertianis arguit coctionem. 137
Mutatio qualitatum aeris morbos funestos non parit. 22
Myrobalani. 523
NApellus Moysis an sit Anthera. 607
Natura ad viliora membra propellit. 396
Natura antidotorum à Galeno descripta. 571
Natura cibos subigit & aduers⁹ morbũ pugnat. 139
Natura consternata vitæ cõsulit, nõ extirpationi morbi. 138
Natura & proprietas endimorum morborum. 8
Natura in ægris alimẽto destituta morbo vacat. 141
Natura morborum epidemiorum. 6
Natura non consultò, vel ex deliberatione agit. 139
Natura non nisi lacessita, morbificã causam aggreditur. 140
Natura putredinis. 83
Natura sese per tumores expurgat. 540
Nausea fami contraria. 288
Necessitas nutritionis. 460
Nemo in declinatione moritur. 392
Nigredo à calore. 318
Nihil in orbe inferiore reperitur, quod halitum non edat. 297
Nodus in peste. 528
Nomen & officium medici. 400
Nomen hecticæ, veluti quoque tabis apud medicos est æquiuocum. 172
Non eadem febris pestilentis norma. 326
Non omnia indifferenter omnibus salubria. 109
Non repercutiendum. 529
Nonnulli e peste euadunt. 383
Nox somno competit. 439
Noxę vigiliarum. 437
Nulla in spiritibus putredo. 169
Num veram Lemniam aut bolum habeamus. 596
Nutrimenta animalium varia. 111
OBiecta ex Galeno dubia. 29
Oblatio alimenti, in morborum vigore prohibita. 141
Obliuio. 274
Oculorum ardor. 256
Oculus qua ratione duplicia pro simplicibus intueatur. 259
Odoramenta calida. 411

Odores boni virus non deducunt ad cerebrum. 444.
Odorésne substantiam aeris corruptam corrigere valeant. 413.
Officium arteriarum. 149.
Olea contra pestem. 507.
Olera tempore pestis vtilia. 421.
Olera vermes non generant. 471.
Oleũ Calcanthi 612, 619.
Oleum Carauitæ. 583.
Oleum minærale Cardani. 582.
Oleum salis. 611.
Omnem pestem à putredine oriri Massa negat. 122.
Omnes haud corripiuntur peste. 89.
Omnes vires in peste afflictæ. 243.
Omnia in corpore qualitatum mistione constant. 125.
Omnia præter ignem putredini subijciuntur ab Aristotele. 3
Omnis pestilens non est simul putris & hectica. 176.
Omnis putredo sese propagat. 83.
Operatio, cataplasmatis de nido hirundinis. 560.
Opes victus differentiam instituunt. 17.
Ophthalmia contagiosa 5.
Opiatæ in peste. 506.
Opinio Cardani de lapide Bezoar. 585.
Opinio Fernelij examinata. 176.
Opinio vulgi de peste. 27
Oracula sunt vt cothurni. 253.
Oraculũ eiusq; ambigua interpretatio. 252
Orbiculi. 525.
Ordo in remediorum contra pestem adhibendorũ recitatione quisnam sit obseruatus. 501.
Ordo secundi tractatus. 244.
Origo morborum à victu & spiritu. 16.
Origo pestis 245
Ortus pestis, illius iudicat differentias. 118
Os cordis ceruini vstum. 605.
Os de corde cerui. 603.
Ossa Balænarum pro cornibus monocerotis supponuntur. 593
Ossa in corde cerui reperiuntur. 604
Oua suffocata. 480
Oxyrrhodina in peste. 507
Oxyrrhodinum. 536.

P

Palpitationes cordis. 282
Panatella. 469
Panes dulciarij. 478
Panis. 420
Panis lotus. 469
Pannonicæ luis origo. 220.
Paralysis linguæ. 252

Parotides à pituita. 188.
Pars Medicinæ præstantissima. 445
passibilitas subiecti requiritur. 49
Passim vagantia Archigenis fons. 350
Pastilli. 481
Pecudes primum sentiũt pestem è terra manantẽ. 115.
Pepsis circa alimẽta, pepasmus circa morbi materiam coctiones dicuntur. 140
Periodus morbi breuis in peste. 393
Persolatio cutim asperam & atram reddit. 318
Pertractatio signorum necessaria. 354.
perturbationes animi. 283
pestem in spiritibus esse, quomodo colligatur 171.
pestes animalibus peculiares. 329
pestes animalium singulorum priuatæ. 107
pestes frequentes. 184
pestes vniuersales. 107
pestilens ab hectica terminationis modo differt. 165.
pestilens cum quartana continua commune nihil habet. 193
pestilens ephemera non est. 148.
pestilens febris ab aere cõtagioque generatur. 49
pestilens feb. hectica. 48
pestilens hectica in rore. 174.
pestilens in continuo vigore perseuerat. 187
pestilens quid sit. 177
pestilens siquidem putris existat, in vrina signa putredinis apparebunt. 137.
pestilens spirituosa nõ diariá. 162
Pestilens videtur hectica securior. 177
Pestilentẽ causum esse probatur. 179
Pestilentes alia via curandę quàm vulgares putres.
Pestilentes febres esse putres, auctoritate Galeni conuincitur. 42
Pestilentes initio hecticas probatu difficiles. 174
Pestilentes paribus diebus mouentur. 193
Pestilentes quoque differunt inter se. 86
Pestilentes tertii generis quæ & malignæ. 87
Pestilenti cum quartana cõtinua cognatio. 180
Pestilenti putredini certa qualitas assignanda. 63
Pestilenti sedes ab ardentis sede diuersa. 186
Pestilentibus sudores vniuersales esse debent. 307
Pestilentium putriumque febrium symptomata similia

milia, ideoque similis cu ratio. 43
pestilentium reliquarumque partium triplex discrimen. 84.
pestilitas, anima migrante subiectum cui possit insidere, non habet. 210.
pestis ægrè senes inuadit. 95.
pestis causa non occulta. 131
pestis crudelitas eludebat artem medicam. 245.
pestis datur absq; eo quod humores putrescāt. 122
pestis diuinitus inflicta. 118
pestis eundem bis non corripit. 290.
pestis & fames Hierosolymitana. 59
pestis in humoribus. 62
pestis in humoribus dissimilia gignit accidentia 96.
pestis in laudati succi corporibus gignitur absq; putredine. 123.
pestis in pituita, bile flaua & atra. 96
pestis in sanguine. 96
pestis morbus planus. 131.
pestis in spiritibus quæ pariat symptomata. 95.
pestis nō omnes æque mulctat. 327.
pestis nostra videtur à veterum peste differre, cū vlcera non apparent. 326.
Pestis nunquam absque febre. 28.
Pestis omnia morbi tempora non obseruat. 390.
Pestis omnibus animantibus non est communis. 107.
pestis præuideri potest. 378
Pestis Romana Galeni seculo, eiu[illegible]mq; causa. 59.
Pestis to[illegible] genere letalis. 382.
Petechiæ Italis familiares. 235.
Petrus Pena Medicus. 608
Petrus de Abano. 66.
Pharmaca leuia arthriticis conducunt. 501.
Philtra. 571.
Phthisis contagiosa. 81.
Pilæ collo appensæ. 444.
Pillulæ pestilētiales Ruphi 430.
Pisanus ager à Florentiæ duce emendatus. 414.
Pisces marini tempore pestis vtiles. 424.
Pisces non conueniunt. 481.
Pituita sanguini mixta. 237.
pituitæ collectio. 236.
Planetæ Melancholici. 181
Plantæ fœtentes similibus nutriuntur, velut e contra odoratæ. 111.

Plantæ manifestis agunt qualitatib. 334.
plantæ venenatæ momento fere necant. 391
plantæ venenosæ. 570.
platina. 420
plus piscium quàm carniũ. 236.
plus spiritu quàm arteriis aeris recipitur. 103
popellus rudis febris in peste nullam rationem habet. 27.
potio soporifera. 539
potiones medicamentosæ 485.
potus aluum sistens. 535.
potus cõueniens peste præhensis. 481.
prædictiò diuini quid præ se fert. 374.
præparatio Vitrioli. 619.
præsagia pestis aduentantis, cur octauo capite sint recensita. 375
præseruatio curationi misceetur. 467.
præseruatio in peste necessaria. 401
præseruatio vulgatis febribus non adhibetur 402.
præseruatiua pars curatricis. 400
præseruatiua pars Medicinæ quænam. 401
principium febris vnde sit æstimandum. 173
probatio vulgaris cornu monocerotis. 594.
profluuia alui pestilentia. 312
profluuies alui arcenda. 534.
profluuium sanguinis criticum vindicat à peste. 394
prognostica pestis quæ ægrum iam occupauit, 376.
prognostica primas obtinent. 343.
propertius de Symeonibus, Medicus Vtinensis, 553.
proportio inter somnum & vigilias, 439.
proportionata prius alterationem recipiunt, à quibus ad dissimilia progressus. 126.
prouentus excrementorũ necessarius. 431
prouidentia cur in peste sit necessaria. 402.
prouidentia in causæ ablatione consistit. 405.
ptissana eiusque significatio apud priscos & modernos. 473.
ptissana Lutetiensium. 482.
ptissana potulenta. 482.
pulmones cordi compatiuntur. 156.
puls ex amylo & farre. 477
pulsatio. 281
pulsui & lotio fides integra non

non est adhibenda. 389.
Pulsus ardentium febriũ. 158.
Pulsus cordis affectus certo indicat. 149
Pulsus frequens. 285.
Pulsus intemperiei frigidæ. 155.
Pulsus interceptus desperatorum. 285.
Pulsus melancholicorum. 158.
Pulsus naturali facultati tribui minime potest. 277
Pulsus pestilentiũ frequentiores. 152.
Pulsus pestilentium non semper sanos referunt. 158.
Pulsus putridarum febriũ. 150.
Pulsus putrium. 155
Pulsus quoque peste detentorum sanorum pulsui æqualis. 148.
Pulsus Synochi sanguineæ 158.
Pulsus viriũ indices. 284.
Pulueres contra pestem. 506.
Pulueres duplices. 512.
Pulueres secundi generis longe à cibo sunt exhibendi. 513.
Puluilli in peste. 529.
Puluis Cæsaris. 515.
Puluis Cæsaris secundus. 515.
Pultes tempore pestis. 421
Purgatio an in peste cõueniat. 497.
Purgatio in podagra suspecta. 498.
Pustulæ peste liberarũt ægros. 389
Putredinis Aristotelica definitio. 64
Putredo communis est omnibus cadaueribus. 205.
Putredo contagiosa remanet in suppellectili. 204.
Putredo corruptionem omnimodam non innuit 54.
Putredo esse potest absque maligna qualitate. 45.
Putredo febrium pestilentium causa. 42
Putredo febrium pestilentium differt à putrediue vulgari. 44.
Putredo in cacochymis e vestigio generatur. 124
Putredo in corpore vix absque febre. 74.
Putredo incrementa & decrementa admittit. 117
Putredo in humoribus manifestiora sui præbet indicia. 171
Putredo in pestilenti quibusdam negatur. 167.
Putredo in lotijs animaduertitur. 135
Putredo non nisi abscissione sublata. 321
Putredo pesti adsignanda. 131.

putredo pestilens à putredine cadaueris diuersa. 204
putredo pestilens, anima è corpore egressa, euanescit. 205.
putredo pestilenti assignatur a primis qualitatibus. 67
putredo pestilentis ad manifestas qualitates reducẽda. 66.
putredo quo pacto calorem accendat. 45.
putredo, ratione quanti, nõ qualis, in cadauere, maior. 201.
putredo vt introducatur quænam requirantur. 64
putres gregariæ febres curationem facile admittunt. 45.
putrescentia quomodo tandem prorsus intereant. 66.
putredo pestilens nulli animali præbet generationem. 205

Quæ constituãt febrem pestilentem. 33.
quæ contagio debent infici subalterna esse oportet. 70.
quæ corpora pesti sint obnoxia. 98.
quæ corpus rarefaciunt, nisi vires sternant, muniunt aduersus pestem. 104.
quæ perpendenda in venæ sectione. 546.
quænam declinanti pesti conueniant. 540
quæ sint in prognosticis obseruanda. 379.
quæuis animantia aerem sibi conuenientem hauriunt 113.
qualitas ex aeris malitia impressa nullam producit putredinem. 123.
qualitas putredinis pestilentis. 44
qualitas venenata nihil innuit. 132.
qualitatem malignã Massa non describit. 124
qualitates aëris summæ pestem non producũt. 407.
qualitates ceu corporis accidentia. 314.
qualitates manifestæ pesti sunt tribuendæ. 131
qualitates primæ sunt tactus obiecta. 35.
qualitates tactiles male affectæ. 321.
quantitas cibi vnde petenda. 488.
quantitas potus aquarum in peste. 461. 510.
quantitas sanguinis. 546.
qui pestem euaserint Galeni seculo. 388.
quidam morbi sporadici sunt contagiosi. 4.
quies in peste qualis amplectenda. 435
Quinam morbi, pestilentes non sint appellandi. 34.

Radices pesti aduersantes. 502
Radices tempore pestis vtiles. ibid.
Radix Carolinæ. 610.
Ranarum & insectorũ copia pestem minatur. 367.
Rarum denso præferendũ 100.
Rarum iniurijs exterioribus peruium. 99
Ratio Gelatinarum conficiendarum. 476.
Ratio miscendarum conseruarũ contra pestem. 511.
Ratio puluerum contra pestem vsurpandorum. 512.
Ratio soporis discutiendi. 539.
Recidiuæ crebræ in peste ex erratis. 394.
Reductio symptomatum ad pituitam. 237.
Referti quouis humore peste periclitantur. 186.
Regulę de bonitate alimẽti ab animalibus sũpti. 423
Reiterata tussis. 270
Remedia ad cauendam pestem facilia. 430
Remedia composita pestilentia officinis venalia. 504.
Remedia delirij. 537.
Remedia diuersa hecticis & pestilentibus. 162.
Remedia Empirica. 228.
Remedia facilia. 231
Remedia Hungarorũ. 229
Remedia non sat efficacia in peste. 383.
Remedia pestilentia cunctis nota. 33.
Remedia pestilentia exiccant omnia. 334
Remedia suppurantia cuius qualitatis. 46
Remedijs calidis æstate abstinendum. 431
Remedium contra sitim empiricum. 431. 532.
Remedium ex nitro feruoris extinctioni congruum. 530
Remotio causarum procatarcticarum. 414.
Renitentia passi obtundit, sed non extinguit agentis actiuam vim. 134.
Renitentia subiecti passuri in victu consistit. 417.
Repellentibus interdictũ. 558.
Repetitio doctrinæ de prę seruatione. 443.
Repetitio causarum pestẽ producentium. 405.
Res contra naturam tres. 449.
Retentio profusioq; in excernẽdo fugienda. 434
Rhinorragia in peste. 298
Rigor & frigus in Hungarico morbo. 221
Robur corporis, pestis iniurias propulsat.
Rondeletius pestilent

causi tertiam speciem cõstituit. 179
Rore infecto, cæteri humores secundarii non erunt extra noxam. 174
Ruina spirituum vires populatur. 281
Ruphi testimonium. 242

SAcculi contra pestem. 507
sacculus ad palpitationem cordis. 527
sacra profanaque confusa. 250
sales è plantis. 611
saliua linguæ. 302
salubre collocatur inter relatiua. 113
salubre vni, non necessario etiam alteri. 112
salutares morbi longius requirunt tempus. 393
sanguis animalium. 614
sanguis & spiritus in arteriis facilius afficitur, ipso corpore arteriæ. 129.
sanguis exiccatus inutilis 614
sanguis exordio morbi mittendus. 547
sanguis in anthrace ad lipothymiam vsque. 566
sanguis in peste mittendus. 544
sanguis pestilentium qualis. 300
sanguis vniuersus in peste cor petit. 257
sanguine abstinendum, 614
sanguinei pesti sunt obnoxii. 328
sanguinis soboles. 325
sapores amari & fatui in febribus. 319
saturnus melãcholicus marti cõiunctus, exitialis. 188
scabies contagii minimè expers est, veluti quoque dysenteria. 5
scabrities linguæ. 533
scarificatio à cucurbitis venæ sectionis vicaria. 555
scarificatio morbi progressu adhibenda. 557
scopus alimenti exhibendi. 420
scopus diætæ. 460
scelerum impunitas in peste. 252
secretum Ghini. 618
sectio venæ à clysmate. 524
sectio temere non est administranda. 564
sectio venæ dysenteriç adhibita ab Altimaro. 549
sectio venæ in peste curanda tertium locum sortitur. 501
sectio venæ in tumoribus quoque conspicuis vsurpanda. 545
sedem pestis in capite constituit. 254
semina pestis latentia. 108
seminaria morbi, quem Itali le petechie nominant ex Italia creduntur allata. 238

Seminaria pestis minimè cęca sunt constituenda. 119
Senes & melācholici dēsitate pesti non resistunt. 104
Sensus ope symptomata tertiæ classis obseruam⁹. 360
Sensus partis exquisitus vel obscurus. 450
Sēsus quos fontes suscipiat. 351
Sententia cōciliatoris Apponensis reprobata. 138.
Septica & caustica quomodo differant. 76
Series contagiosorum morborum. 80
Serum in regressu amittit impressiones. 144
Serum neque attrahitur, neque sua sponte redit, neq; retro pellitur. 143
Si pestis esset ex aere, cūcta animalia quæ eū hauriūt infecta oportuit. 108
Siccantia robur addunt leui prædita astrictione. 418
Siccitas condituris inducitur. 429
Sideratio. 320
Signa à causis præcedentibus docēt Astrologi. 362
Signa à iuuantibus & lædentibus. 369
Signa à natura rei signatæ deducta. 342
Signa à passim vagantibus. 369
Signa ab effectis certissima. 370
Signa certa. 346
signa concurrentia. 343
signa coniecturalia. 341
signa demonstratiua, commemoratiua, præsagientia. 342
signa è pulsu & vrina. 370
signa essentiam consequentia. 342
signa hecticæ pestilentis. 371.
signa hecticæ simplicis. 358
signa in peste salutem pollicentia. 386
Signa letalia quæ mortem portendunt. 383
signa morbi & causæ morbi sunt singularia. 352
signa pathognomonica, & quorsum referantur. 342
signa peptica. 343
signa pestis à causis & effectis sumpta. 361
signa probabilia. 362
signa vnde promantur. 341
significatio excremēti germana. 296
significatio excrementi græca aptior. 297
significatio pestis ex Ioubertо quadruplex. 31
signorum alia sensu percipiuntur, alia rationis ope deprehenduntur. 351
signorum commemorantium exiguus vsus. 342
significatio pestis germana. 33
similia conseruant. 460
similitudo & analogia n

qualitatib. 329
ſimplex epidemius morbus mitior. 7
ſingultus, 302
ſinceritas à febre tempus comedendi oſtendit. 490
ſingultus quomodo fiat. 271
ſitis auxilia. 531
ſitis delirijque in peſtilentibus cauſæ. 187
ſitis inexhauſta. 247,291
ſitis in morbo Hungarico. 222
ſoboles febris peſtilentis dũtaxat ſpiritibus oppreſſis. 62
ſol ſemina putria profligat 466
ſolicitudines peſtem conciliant. 183
ſolutio praua per liquamenta. 396
ſomno calor intimis obuerſatur. 257
Somno quies reſpondet. 437.
ſomnus criticus. 397
ſomnus cur noxius ſit in peſte. 491
ſomnus & vigiliæ ſibi mutuo ſuccedunt. 493
ſomnus peſte correptis interdictus. 438
ſomnus præſeruationi conducit. 438
ſomnus, ſi vires auxerit probandus. 491
ſo[illegible] lethalis in peſtilentijs. 438
ſopores in peſte diſcutiendi 492.
ſpacio diei naturalis omnibus iudicationibus ſatiſfaciendum. 497
ſpecies aromaticæ. 506
ſpecies contra peſtem. 516
ſpecies ſarracenicæ. 518
ſpeciebus animalium ſingulis peculiares peſtes nõ ſunt tribuendæ. 116
ſpes omnis in deum vitæ auctorem collocanda. 495
ſphaceli pedibus orti. 225.
ſphacelus. 97
ſpiritus graueolens peſtem letalem innuit. 200
ſpiritus irregularis. 309
ſpiritus odoribus cito reficiuntur. 528
ſpiritus olidus mortis præcurſor. 320
ſpiritus primum cordis, tum ſanguis & eiuſdem ſubſtantia ab aere peſtifero afficiuntur. 128
ſpiritus venenatus corrumpit, nihil generat. 78
ſpiritus vitalis ſali comparatur. 279
ſpiritus vitalis ſedes in corde. 279
ſpiritibus pollutis & ſanguine demum ſolida ſubſtantia cordis alteratur. 130.
ſporades non ſunt peſtilentes contra Montanum. 12

Sputa cruenta. 308
stellæ sporades apud Aristo telem. 3
stellæ sporades Arato. 3
stercoris & lotii excretiones 310
stillata caponum. 483
stillatum florentinorum. 484
sublunaria ferè omnia pestis exterminio materiā suppeditant. 502
substātia aeris à quibus corrumpatur. 61
substantia aeris immutata sæuiores parit ægritudines. 61
substantia cordis, illæsis humore & spiritibus ægrè patietur. 127
substantiæ per qualitates innotescunt. 127
subuersiones & biliosi vomitus ventriculi. 293
succi inspissati in peste. 506
succus assę carnis. 472
sudor. 303
sudor arte prolicitus quoque confert. 395
sudor Britannicus. 220
sudor criticus tutissima via. 395
sudor dormientium & conualescentium. 144
sudor frigidus & particularis minimè naturalis. 303
sudor frigidus ratione loci. 305
sudor lotio congener. 303
sudor partialis morbum loci portendit. 306
sudores frigidi semper symptomatici. 306
sudoris notæ. 521
summa tertij Aphorismorum libri. 364
suspiratio pauca. 459
symptomata ad morbos referenda. 256
symptomata cum inducant morbos, signorum naturam induunt. 340
symptomata luis venereæ. 81
symptomata medicos in morborum cognitionē deducunt. 241
symptomata morbi Hungarici 221
symptomata neque omnia neque eadem semper apparent. 326
symptomata pestilentium atrabiliaria. 180
symptomata pestilentium varia. 242
symptomati curatio nulla debetur. 449
symptomatis definitio. 242
symptomatis occurrēdum. 525
syncopes cordis affectus. 281
syncopes remedia 525
syrupi in peste. 505
TAbellæ in peste, 507
Tabes ex vno in al d cor

corpus transire potest. 5 226
Tamarindi conuenientes 523
Tartari & moschi crudiuori. 234
Theodosius Bon. medicus. 579
Theriaca optima haberi potest. 613
Theriacæ & mythridatico nihil æquiparandum. 612
Theriacæ nulla vis deleteria. 578
Temperati non facile impingunt. 329
Temperies membri. 449
Temperies quatuor anni tẽporum:moderata. 20
Tẽpestates aeris non variæ, etiam constantes morbos producunt & econtra. 20.
Templa cadaueribus referta. 250
Tempora morbi non diebus, sed materiæ motu sunt dimetienda. 392
Tempora morborum sectionem admittunt. 173
Tempus cibi exhibendi. 489
Tempus excercendi corporis. 435
Tempus excretioni alui proprium. 433
Tempus exhibendarum cõseruarum contra pestem. 512
Tempus solutionis morbi.
Tempus terminationis in peste. 389
Tẽpus terminationis morborum est varium. 380
Tempus venæ secandæ. 546
Terminatio pestis per decubitum. 395
Terminationes morborũ malæ. 380
Terra Lemnia mahometanis sacra. 597
Terra Lemnia putridis febribus non conducit. 598
Terræ medicamentosæ pesti medẽtur. 182
Terræ quibusnam facultatibus pesti conducant. 597
Terrores castrenses pestem pariunt. 181
Thucydides expositus. 214
Thucydides pestis symptomata recenset. 243
Timidi citius peste corripiuntur, 191
Toxicum. 570
Transitus ab aere pestilente in putiorem repente factus, noxius. 112
Transitus in habẽtibus symbolum, facilis. 81
Tristicia a peste correptis facessere debet. 441
Trochisci contra pestem. 506
Trochisci Theriaci. 615

Truces aſpectu deprehenſi. 37
Tubercula. 371
Tumor alarũ periculo plenus. 561
Tumores atrabiliarii non ſuppurantur. 188
Tumores boni vel praui cenſendi ſunt ratione membri ab humore occupati. 396
Tumores cõſpicui peſtem pronunciant. 33
Tumores peſtilentes. 28, 167
Tumores peſtilentes quid portendant. 62
Tumorum peſtilentium curandorum ratio. 558
Turundæ è radice gentianæ. 565
Tuſſis cauſa. 270
VApor cadauerum peſtilentior habetur. 200
Vapor è coctione eleuatus. 198
Vapor epileptici ſpiritus inficiebat. 130
Vapor malitioſus in corpore genitus. 129
Vapor ſanguinis, ſpiritus naturalis. 13.
Vapor tenax inhæret fomiti, propagatque contagium. 85
Vapores è febrib⁹ putridis exhalantes non eiuſdem qualitatis. 85
Vapores peſtilentium lenti & viſcidi. 85
Vapores putrès etiam ſpiritus corporis primum inquinant. 130
Vapores quanam via excernantur. 198
Vapores ſunt contagii traduces. 79
Vapores terrei meteora producunt. 297
Variolæ in vlcera abeunt. 556
Vartomanus Patricius Romanus. 590
Vehiculum contagii. 71
Vehiculum negato contactu admittendum. 70
Vena in mittendo ſanguine quænam ſit eligenda. 545
Vena ſecatur etiam in tumoribus gallicis. 551
Venę ſporades medicis. 4
Venefica apud Auſonium. 574
Venena contagiaque quomodo differant. 74
Venena cur antidotis commiſceantur. 576
Venena febrem non accendunt. 74
venena homini infeſta. 569
Venena putredinem parientia. 75
Venena quę naturæ ſunt inimica putredinem non inducunt. 45
Venena quomodo inficiāt. 571
Venena quomodo ſe n[illegible]tu

tuo extinguant. 573.
Venena vulgaria immodicò calore & ſiccitate nihil de nouo producunt. 78.
Venenata animalia. 569.
Venenis inter ſe aliquid ſimilitudinis intercedere. 577.
Venenorum contagiorũq; differentia duplex. 74.
Venenum aeri e terra communicatum. 368.
Venenum corporis noſtri ratione dicitur. 210
Venenum è cadauerum peſtilentium elixatorum iure confectum. 215
Venenum in corpore genitum. 119.
Venenum viperarum gingiuis latet. 572.
Venetorum, in profligandis peſtilentiæ ſeminariis ſolertia. 73.
Venti aduerſarii ædibus, peſtis tempore, ſunt excipiendi. 416.
Venti Boreales Auſtrinis præferendi. 365.
Venti certis regionibus exitiales. 416.
Venti contagium aduehentes. 368.
Venti frigiditatem & madorem vnde contrahant 305.
Venti occidentales cur ſint orientalibus ſalubriores veſperi, vt hi mane. 366.
Venti proſperi. 465
Venti ſalubres ex accidenti fiunt inſalubres. 416.
Ventorum ratio habenda. 21.
Venus & balnea quatenus tempore peſtis conceduntur. 341.
Venus quantum conceſſa, 442.
Veſpæ & veſpillones cur ſecuri ſint a contagio. 192
Veſpertinæ in morbo Hungarico exacerbationes. 222.
Veſpillones raro peſte corripiuntur. 183
Veterni cur letales in peſte. 492
Veternoſi ſoporis cauſa. 267.
Via ſolutionis peſtis. 394
Viæ nec non occaſiones excernendorum ſuperfluorum tres, 199
Victus frigidus morbos pituitoſos parit. 18.
Victus frigidus, tumores frigidos producit. 325.
Victus humidus in peſte a multis reprehenſus. 462.
Victus peſte mácipatorum cuiuſmodi eſſe debet. 461.
Victus regionum ratione diſſimilis. 17.
Victus ſiccus in cautione,

humidus in cura præferi bitur. 453
Vigilia motui respondet. 437.
Vina aromatica in syncope conuenientissima. 486
Vini desiderium. 226
Vinum e piris syluestribus. 427
Vinum granatorum. 427.
Vinum granatorum zucca to conditum. 486.
Vinum cui inimicum. 226
Vires antidotorum. 334
Vires Carolinæ radicis prodigiosæ. 610.
Vires contagii sunt in viuo corpore validiores, quã in supellectile quauis inanimata. 211
Vires destructæ ad actionẽ læsam referantur. 360.
Vires naturæ causas morbificas reiiciunt. 97.
Vires pro sanguinis incremento non augentur. 547.
Vires signum certissimum morbi terminationis edunt. 381.
Virtus cornu monocerotis eadem, quæ eboris & cornu cerui. 594.
Virtus vitalis pugnat aduersus putredinem. 279
Virus glutinosum. 73.
Virus ob solis absentiam noctu magis est efficax. 412.
Virus supellectilis in extremo. 207
Vis appetens emortua in peste 290
Vis terræ emplastica. 600
Visio quomodo fiat. 259.
Visiuæ facultatis detrimentum. 256.
Vita a corde propagatur. 280.
Vitales noxæ vuæ officiunt. 282.
Visus perspicax oculi integritatem arguit. 344.
Vitia aeris & præuideri & emendari possunt. 22.
Vitia aeris propinquioris causę vicem subeũt. 363.
Vitia aeris morbos generales pariunt. 18.
Vitia circa qualitates olfactiles. 319.
Vitia sanguinis commodissime per cutim extruduntur. 499.
Vlcera. 97. 393.
Vlcera a peste liberant. 389.
Vlcera late serpentia. 320.
Vlcera morbis non adeo frequentia. 335
Vlcus non statim occludendum. 565.
Vltima coctio iudicatur è primis. 145
Vnguenta contra pestem. 507.

341

Vnguenta pestilentia. 513
Vnguentum cordiale. 527
Vnguentum de Alabastro. 537
Vnguentum de Nenuphare citrino. 528
Vnum in curando plura indicare non potest. 164
Vocabulum Ephemeræ, ambiguum. 390
Vocabulum pestis simpliciter ne aeris corruptionem denotet. 30
Volucres domesticæ & syluestres. 424
Volucres pestem cęlitus inflictam experiuntur. 115
Voluptas ciborum vnde metienda. 212
Vomitus biliosi. 247
Vomitus est excretio minimè naturalis. 294
Vomitus minimè laudatur in peste 521
Vomitus non proritandus. 521
Vratislauiensis vespillonis facinus. 217
Vrina de corde nihil certi indicat. 145
Vrina de febre pestilēti, certi nihil indicat. 145
Vrina fallax præbet indicium in cordis & cerebri affectionibus. 142
Vrina laudata nunquam letale signum. 137
Vrina quid sit. 136
Vrina vesicæ excrementum. 143
Vrina vnde deriuetur. 136
Vrinæ acres & olidæ. 311
Vrinæ omnium pestilentium non sunt similes. 157
Vrinæ pessimæ. 311
Vrinæ pestilentium, cur sanorum simillimæ sint. 141
Vrinæ pestilentium sanas referunt. 137
Vrinæ pleuritidem, ratione febris ostendunt. 143
Vrinæ qua ratione affectus remotiorum membrorū indicent. 145
Vrinæ turbatæ per viam crisis laudabiles. 371
Vsus aeris animalibus congruus, ideoque facilè eo alteratur. 51
Vsus aeris omnibus animantibus necessarius. 16
Vsus aquarū destillatarum in peste. 510
Vsus arteriarum. 280
Vsus atque dosis preciosi lapidis Bezoar. 587
Vsus Carauitę olei præstantissimi. 620
Vsus carnium Cardano suspicione non caret. 469
Vsus conseruarum. 511
Vsus cornu monocerotis. 595
Vsus florum in peste. 509
Vsus fructuum in peste. 509
Vsus gemmarum. 608
Vsus herbarum in peste. 508

742

508 (febrib.538
Vsus vng. de Alabast. in
Vsus oleorum contra pestem. 513
Vsus ouorum Cardano suspectus. 469
Vsus radicum in peste. 507
Vsus seminum in peste. 509
Vsus terræ Lemniæ. 335
Vt eadem putredo, sic eadem pestis. 117
Vt non omnes homines, ita nec omnia animalia peste laborãt. 114
Vt non omnes humana peste intereunt, ita belluina belluę superstites manent plurimæ. 114
Vtero afflictæ frigidæ. 75
Vtilitas prognosticorum. 374
Vulgus etiam præter astrologos, futuræ pestis nouit indicia. 378

743

FINE


Errata.


Fol.72.lege exhalationes aut vapor.&c. Nam in paucissimis exemplaribus aliter est excusum 90. in marg. extrema, motu & actione 108. itidem in marg.extr.quae exm. 224. Szordinu.|Zagrabiensis. 282. exterminatum, sicut in multis exemplaribus tamen est excusum. 336.in marg.extr.deciderant. 354.in marg.princ.seu.Index tametsi mediocri cura sit collectus, inuenies tamen, humanissime Lector, errata quaedam praesertim in litera D.vbi se voces eo ordine vspiam non consequuntur, quo debebant. Sed huiusmodi & alia tu ipse facilime animaduertes, nobisque festinantibus ignosces.

FRANCOFVRTI.


Excudebat Andreas Wechelus:

ANNO SALVTIS M. D. LXXVI.












RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI
MARIO

